BIBLIORUM SACRORUM

CONCORDANTIÆ

VULGATÆ EDITIONIS

BIBLIORUM SACRORUM

CONCORDANTIÆ

AD RECOGNITIONEM

JUSSU SIXTI V. PONTIF. MAX.

BIBLIIS ADHIBITAM

RECENSITÆ ATQUE EMENDATÆ AC PLUSQUAM VIGINTI QUINQUE MILLIBUS VERSICULIS AUCTÆ INSUPER ET NOTIS HISTORICIS, GEOGRAPHICIS, CHRONOLOGICIS LOCUPLETATÆ

CURA ET STUDIO

F. P. DUTRIPON

THEOLOGI ET PROFESSORIS

EDITIO SECUNDA



BARRI-DUCIS

LUDOVICUS GUERIN, EQUES ORDINIS S. SILVESTRI, ET SOCII,

TYPOGRAPHI EDITORES

M DCCC LXVIII

PRÆAMBULA DOMINI HUBERTI PHALESII,

COENOBITÆ AFFLIGENIENSIS,

AD RECENSITAS HAS CONCORDANTIAS.

PRIMUM. — DE HAC CONCORDANTIARUM EDITIONE.

Sacrorum Bibliorum Concordantias, Opus toties cusum et recusum, cum rursus ad incudem revocare, et in lucem emittere statuisset celeberrimus Typographus Balthasar Moretus, rogavit me, qui privatim errores quosdam ultimæ editionis Plantinianæ annotaveram, ut porro etiam pergerem, iisque illustrandis operam aliquam impenderem. Obsecutus sum, ut potui, tam piis optimi Viri votis; quod ea in subsidium Ecclesiæ, verbi Dei præconum, et studiosorum utilitatem vergere sentirem : et gaudebam, commune bonum aliquousque saltem posse promovere. Quanta enim præclari hujus Operis sit præstantia atque utilitas, quotidianis patet experimentis, dum superioris editionis exemplaria omnia brevi tempore distracta intelleximus, et novam identidem editionem reposci. Curæ proinde fuit, ut secundis hisce curis emaculatius atque splendidius Opus ipsum prodiret. Etenim, ut prioris est magister posterior dies, ita ille nobis utcumque indicavit, quid priori editioni vel deesset, vel a nonnullis adjici desideraretur. Qua in re nec sumptibus Typographus pepercit, nec nostrum voluimus deesse laborem; ut, si non omnibus numeris absolutas (quis enim hoc spondere ausit?) non parum tamen copiosiores ac meliores exhiberemus Concordantias. Cum enim hoc Volumine non nisi sacræ Scripturæ verba afferantur, aut potius enumerentur, nullam hic diligentiam satis magnam, nullum studium arbitratus sum supervacaneum; cum vel iota unum, vel unus apex in lege Dei suam habeat utilitatem. Quod ne gratis dixisse videar, in ore duorum aut trium testium stabit hoc verbum. *Intoleranda prorsus*, inquit Basilius, *et gravis blasphemia fuerit, vel verbum asserere in Scriptura inveniri otiosum.* Et Hieronymus : *Singuli sermones, syllabæ, apices et puncta in divinis Scripturis plena sunt sensibus.* Denique Chrysostomus : *Diligenter Scriptura interpretanda est : non enim dictionem parvam, neque syllabam in divinis Litteris contentam inveniemus esse prætereundam. Non enim verba tantum sunt, sed et Spiritus sancti verba. Et propterea magnum in his thesaurum invenire licet etiam in una dictione.* Neque vero id mirum, cum viri eruditi non indignum suo labore judicaverint, omnium Poëtarum evolvere scripta, ut ex iis vel epitheta, vel phrases aut comparationes poëticas, vel syllabarum colligerent quantitates. Quanto studio nonnulli Terentii phrases, Plautinas voces, singula Ciceronis verba, omnemque loquendi ejus varietatem, in *Thesaurum Ciceronianum*, vel universas Martialis dictiones, in *Cornucopiam* (magna sane volumina) coacervarunt? At quanto utilius hæc diligentia sacris impenditur Litteris? Incredibilis sane fuit olim *Masoretharum* circa Hebræum sacræ Scripturæ textum diligentia. Nam, ut Serarius annotavit, singulorum librorum *versus omnes*, singulorum vocabulorum *litteras omnes* dinumerarunt, annotarunt, omnique posteritati transmiserunt : ut in *Masoreth* utraque, *magna* et *parva*, videre est, et fere in Hebræorum librorum fine, ubi versus cujusque summa ponitur. Quo exemplo animati densissimam hanc vocabulorum sylvam ingressi, quid hic vel ibi deesset, quid redundaret, indagare studuimus.

SECUNDUM. — CONATUS NOSTER CIRCA HANC EDITIONEM.

Sed quid in iterata hac editione præstitum, breviter aperiamus.

1° Recensita est diligenter novissima editio Plantiniana anni 1617, et plures quæ desiderabantur sententiæ suis titulis insertæ : capitum vel versuum numeri sæpe correcti.

2° Cum in editione Concordantiarum P. Gasparis Zamoræ, quæ Romæ excusa est, dicatur eas centies mille textibus excedere Plantinianas; placuit idipsum ad examen revocare, et sedulo dispicere, ex quo fonte tam ingens vocum in his prætermissio, in illis accessio profluxerit : re autem diligentius inspecta, compertum est, magna ex parte id evenisse, quod dictiones indeclinabiles, *a, ab, ad et, cum;* item, *dico, sum, Deus, Dominus,* et similia, doctorum virorum judicio a Plantiniana editione rejecta, in Zamoriana sint adjecta. Præterea quod in eadem restituta sint omnia vocabula Librorum tertii et quarti Esdræ, qui cum Apocryphi sint, eoque nomine ad calcem Bibliorum rejecti, consulto etiam hæc a Moretis prætermissa erant : et eodem titulo Zamora non inseruit dictiones quæ occurrunt in Oratione Manassis, quod nec ipsa sit de Canone. Sed ne quis jure queri possit quidpiam quod ad rem faciat prætermissum, restitutæ sunt in hac editione non tantum dictiones *Deus, Dominus*, sed et aliæ fere omnes consulto pridem omissæ : non quidem integra et pene infinita earum farragine coacervata; sed iis duntaxat descriptis sententiis, quæ in textu primo occurrebant, additis deinde quibusdam selectioribus, quæ sacrarum Litterarum studiosis possent deservire : atque ita ob verbi Dei reverentiam nullum apparebit vocabulum prætermissum; nec supervacaneis (quod eruditi metuebant) Liber oneratus dictionibus. Collatæ deinde sunt hæ duæ Concordantiarum editiones quoad titulos et dictiones majoris momenti; et ubi discrepabant, ad sacrorum Bibliorum textum recurrentes, plurimas invenimus dictiones, easque notabiles, quæ utrique deessent, et huic denuo insertæ sunt.

3° Quasdam quoque voces ante habitas quasi nullius essent momenti, ex integro reposuimus : quales sunt *sicut* et *quasi;* nam compendiose atque utiliter exhibent similitudines Bibliorum.

4° Aliqua etiam sub uno titulo male conjuncta separavimus, ut *Tibiam* partem corporis, a *Tibia* fistula; *Palmam* manum, a *Palma* arbore; *Plagam* partem mundi, a *Plaga* vulnere, afflictione, etc.

5° Denique in titulis hoc generaliter servatum (quod prius in aliquibus tantum fiebat) ut nimirum in eo ponerentur genere, numero, casu et modo, quo in ipsa Scriptura unumquodque nomen invenitur expressum. Exempli gratia : cum textus semel tantum habebat *Purpuraria*, titulus olim præferebat *Purpurarius;* pro *Desponsata* similiter, quod semel tantum tribuitur Virgini Matri, titulus habebat *Desponsatus. Fœtosus*, pro eo quod poni debuisset *Fœtosæ; Pseudoapostolus*, pro *Pseudoapostoli; Pseudochristus*, pro *Pseudochristi:* quæ Scriptura tantum in plurali usurpat; quod quidem quærentium commodo et faciliori usui facere videbatur.

TERTIUM. — OBSERVANDA PRO VERBIS SENTENTIISQUE QUÆ IN CONCORDANTIARUM LIBRO FRUSTRA QUÆRENTUR.

Quia autem et in hunc usum Concordantiarum servit Volumen, ut, quæ in veterum Patrum aliorumque libris sine ulla citatione producuntur sententiæ, earum indicio quibus locis scriptæ sunt, possint reperiri; notandum hic, eos non semper secutos Vulgatam translationem, sed plerumque LXX Interpretum, ut videre est in Patribus Græcis, atque in Latinis, Tertulliano, Cypriano, ut peculiaribus Indicibus ostendit Pamelius. Cassianus quoque, quamvis Vulgata editione fere uteretur, loca tamen quædam, sed præcipue ex Proverbiis, secundum LXX interpretationem citat; quorum Elenchum exhibet Petrus Ciaconius. Ambrosius item aliique hac editione non raro utuntur. Quæ autem ex ea frequenter producuntur testimonia, frustra in his Concordantiis quæret studiosus Lector :

quod præmonendum duximus, ne imperfectas quispiam ex hac parte suspiceretur, aut sententias illas non esse sacræ Scripturæ.

Illud præterea annotandum, citari a Patribus nonnullas sententias tanquam sacræ Scripturæ, aut Salvatoris nostri; quæ tamen in nullo Canonico libro inveniuntur: quarum hic fasciculum lubet exhibere, quem ex *Monasticis admod. R. D. Præpositi nostri Affligeniensis Disquisitionibus* cum bona ejus venia huc transtuli: ne frustra forte in his Concordantiis quærantur, aut incuria putentur neglectæ.

Sanctus Ignatius Martyr, Epist. ad Smyrnenses, adfert illa verba, *Ecce homo, et opus coram facie ejus*, tanquam a Christo prolata: quod et facit Greg. Nazianz. in Orat. de bono Ordine disserendi, atque alii: sed hæc sententia sumpta videtur ex lib. 2 de Doctrina Apostolorum, cap. 14.

Martyr quoque Justinus, Dialogo contra Tryphonem, asserit a Domino dictum esse: *In quibus te reperiam, in iis te judicabo.* Nec solus est, sed eum secuti sunt Origenes, tom. 1, Homil. in Jeremiam; S. Cyprianus, de Mortalitate, num. 29; Aimoinus noster, lib. 6, de Gest. Franc., cap. 51; et alii.

Tertullianus, lib. de Jejun. advers. Psychicos, cap. 6, ait: *Si enim Deus æternus non esuriet, ut testatur per Isaïam, hoc erit tempus quo homo Deo adæquetur, cum sine pabulo vivit.* Ad quem locum Pamelius: Cum etiam alibi istud Isaïæ adscribat Auctor, quærat locum Lector diligentior. Nimirum ipse frustra quæsierat; ut et duos alios locos a S. Cypriano pro S. Scripturæ verbis citatos. Priorem producit lib. 3 Testimoniorum ad Quirinum, cap. 6, ex Sapientia Salomonis: *In locis impiorum gemunt justi; in illorum autem perditionem abundabunt justi.* Alterum eod. lib., cap. 53, ex Isaïa: *Væ qui arguti sunt in semetipsis.* At nec illum in libris Salomonis, nec hunc in Isaïa inveniri, annotavit ipse Pamelius.

Est et alia sententia, quæ Domino a pluribus tribuitur: *Estote probati nummularii*, sive, *Efficiamur probati trapezitæ.* Quam citant Clemens Alexandrinus, Stromat. 1, circa finem; Origenes, in Joannem; S. Hieronymus, Epist. 152 ad Minerium et Alexandrum; Cassianus, Collat. 1, cap. 20, et Collat. 2, cap. 9; Damascenus, lib. 4, de Fid. orthod. cap. 18. Ad eamdem sententiam alludunt Basilius, in cap. 1 Isaïæ, et Ambrosius, lib. 1, cap. 1 in Lucam, et lib. 9, cap. 10.

Extat porro in Constitut. Apostolicis Clementis Romani, lib. 2, cap. 36 et 37, ubi etiam, cap. 43, allegatur locus, quem in Novo Testamento non leges: *Quia Dominus*, inquit, *ait: Si oblique in me inceditis, et ego item in vos obliquus incedam.*

Illud etiam B. Petrus dixit a Domino pronuntiatum: *Oportet venire bona; beatus autem per quem veniunt.* Quod habetur lib. 7 Narrationum in Disput. S. Petri cum Simone Mago habitis, quas scripsit Clemens Romanus in Recognit.

S. quoque Augustinus, in Regula sive Epistola 109, ait: Scriptum est: *Abominatio est Domino defigens oculum.* At ubi hoc scriptum? interrogat Stellartius in Nucleo historico Regulæ S. Augustini; aitque pro Mercurio sibi futurum quisquis certo indicarit locum.

Idem Augustinus, lib. de Perfect. justitiæ, cap. 9, citat ex Deuteronomio: *Et non erit inconsummatus in filiis Israël.* Quæ verba nec in toto Libro, nec in LXX quidem inveniuntur.

Et eodem lib., cap. 12, hæc habet: *Item inquit ad ipsum Job, et miraculum tenuit veracis hominis.* Non invenitur autem hic locus in libro Job, nec in nostra editione, nec in LXX, sed nec apud Augustinum in Annotationibus supra eumdem librum.

S. Gregorius, in cap. 7 Cant.: *Nemo* enim, sicut scriptum est, *repente fit summus.* Sed quæras ubi hoc scriptum? nusquam; nec enim in sacro Textu reperitur.

Sic nec illa in sacra Scriptura invenies, quæ S. P. N. Benedictus in Regula sua illi non semel tribuit. Cap. 7, Gradu 2 Humilitatis: Item dicit Scriptura: *Voluntas habet pœnam, et necessitas parit coronam.* Hanc sententiam Joannes Cœlestinus Monachus expresse haberi asserit in passione Anastasiæ. At illa, quam S. Benedictus, Gradu 11, pro Scriptura adfert, dicens: Scriptum est, *Sapiens verbis innotescit paucis;* extat in sententiis Xysti, num. 134. Cum vero idem sanctus Pater, Gradu 12, refert publicanum Evangelicum, fixis in terram oculis, dixisse: *Domine, non sum dignus ego peccator levare oculos meos ad cœlos* (quæ in toto Evangelio non reperies dicta); protulisse videtur ea, quæ ille, vel quispiam ei similis, dixisse præsumi potest: aut certe citaverit ex memoria, non ex Codice.

Non infrequens autem fuisse sacris Scriptoribus, etiam iis qui post S. Benedictum vixere, sententias Scripturæ nomine allegare, quæ in ea non inveniantur; discimus ex dictis S. Valerii, de generibus Monachorum, cap. 3, § 7 Concordiæ Regularum a Benedicto Anianæ Abbate allatis; ubi sic pronuntiat: Scriptura testatur, *Quod omne peccatum, quod remissus indisciplinatusque admiserit frater, ad negligentem protinus revertatur seniorem.* Verum, quis OEdipus edisserat, in quo sacræ Scripturæ libro hæc scripta legantur? Proinde non incongrue dixeris, *Scripturam* ibi non de sacra, sed de alicujus Sapientis scripto intelligendam. Ut etiam sumpsit S. Fructuosus, Regulæ cap. 10, et Magister Regulæ item suæ, cap. 31.

Nullus proinde mirari queat, has similesve in hisce Concordantiis non reperiri.

QUARTUM. — DE AUCTORE CONCORDANTIARUM.

Vulgatæ hactenus Concordantiæ nullum Auctoris præferebant nomen; sive quod ipse primum latere voluerit; sive quod opus per se usuque communi ita probatum esset, ut Auctoris splendore non indigeret illustrari; sive quod plurium in his desudasset labor, quem unus soli sibi non putaverit adscribendum. Utcumque tamen hoc sit, cum optime de sacra Scriptura, ejusque studiosis, ac Verbi Dei præconibus, tam præclari operis invento, meritus sit; gratissimum Lectoribus accidere arbitror, si quæ de eo scripta inveniantur, hic reddamus. Trithemius noster agens de Ecclesiasticis Scriptoribus, enumeratisque Conradi Halberstadiensis, Ord. Frat. Prædicat. Theologi, lucubrationibus, ita finit: *Hic etiam fertur Concordantias totius Bibliæ Novi et Veteris Testamenti primus ordinasse.* Plurium tamen et communior sententia est, Hugonem Carensem, sive de S. Caro, primum ex eodem Ordine S. R. E. Cardinalem, Biblicarum Concordantiarum primum inventorem et auctorem esse. Ita sentiunt S. Antoninus, 3 part. summæ Historialis, tit. 19, cap. 5, § 11; Sixtus Senensis in Biblioth. sancta, lib. 3 et lib. 4; Joannes Molanus, Doctor Lovaniensis, in M. S. Bibliotheca sacra; Joannes Mariana, Rerum Hispan. lib 13, cap. 2; Cardinalis Bellarminus, lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis; Antonius Possevinus, in Apparatu sacro; Aubertus Miræus in Scholiis ad Henric. Gandavensem de Scriptoribus Ecclesiasticis, et rursus in Auctario ad eosdem. Miris laudibus tam ipse quam hoc ejus opus celebratur. Unum juverit audivisse Sixtum Senensem, quem Possevinus etiam et Miræus delibarunt. *Hugo*, inquit, *Carensis, vel ex oppido S. Cari, vel de S. Theode co, Barchinonensis Episcopus, professione Dominicanus, tit. S. Sabinæ Presbyter Cardinalis, primus ex Ord. Prædicatorum ad Cardinalatum assumptus, vir morum sanctitate et litterarum copia insignis, quem Ubertus Viennensis, Prædicatorum Fratrum quintus Generalis Magister, auditor ejus ac discipulus, ex Academia sæcularium disciplinarum ad institutum Religionis suæ pertraxit; et paulo post Innocentius Pontifex IV, ejus dulci et erudita familiaritate summopere delectatus, in Collegium Cardinalium cooptavit, et in Germaniam ad Imperii Electores legatum misit, ut eo suasore in abrogati Friderici Secundi locum alium Imperatorem sufficerent. Hic Opera multa edidit: de quibus in universam Scripturam habentur commentarii juxta quadruplicem sensum. Post hos autem commentarios primus omnium excogitavit Indicem magnum in Sacrosancta Biblia,* Concordantias Bibliæ *prænotatum; laboriosissimum sane et immensi tædii ac temporis opus, sed sacrorum Voluminum studiosis magnopere necessarium; in quo singulas divinæ Scripturæ dictiones declinabiles secundum consequentiam litterarum accuratissima diligentia digessit, annotatis non solum libris, sed etiam librorum capitulis, et capitulorum lineis, in quibus unaquæque desiderata dictio contineretur. Sunt qui existiment, hoc Opus, ob immensi temporis laborisque dispendium, cui unius hominis vita satis esse non poterat, hortatu Hugonis injunctum fuisse quingentis studiosis Patribus diversorum Cœnobiorum, ea ratione, ut singuli singulas dictiones in Alphabeticas classes redigerent, sicque brevi tempore multorum sedulitate perfectum fuisse Opus; quod postea tam a Græcis quam ab Hebræis diligentissime imitatum vidimus opera R. Isaac Nathan Judæi, et Eutalii Rhodii Monachi: quorum ille Hebraïcas Bibliæ Concordantias, hic Græcas collegit. Has Romæ vidimus in antiquis membranis Græca manu descriptas; illas vero typis Justiniani Venetiis excusas.*

Claruit sub Friderico II Imperatore, et mortuus est Lugduni anno Domini 1262; atque ibidem sepulcrum obtinuit in templo Prædicatorum. Hactenus ille.

Circa cujus discursum quædam hic notanda. *Primum*, quod ait, *vel de S. Theoderico*: idipsum cognomen ei tribuitur in Chronica brevi de Magistris Generalibus et viris illustribus Ord. Prædicat. atque ita etiam sepulcralis ejus inscriptio habet, quæ hodieque Lugduni visitur, his verbis: *Hic jacet D. Hugo de S. Theoderico Ord. Fratrum Prædicatorum hujus Conventus, S. Theologiæ Doctor, et Prædicator egregius, quondam Cardinalis Sabinensis: qui obiit anno Domini* M. CC. LX, *14 Kal. Aprilis. Secundum*, quod ait, *Barchinonensis Episcopus;* negat Possevinus hanc dignitatem illum adeptum. *Tertium*, nec fuisse Hispanum patria Barchinonensem, ut Mariana asseruit: ortus enim est ex oppido *Delphinatum* in valle quæ ad Ebredunum est, cui *Barchinonetæ* nomen; ubi et hodie extat Conventus Dominicanorum haud ignobilis, ab ipso, ut fama est, erectus et auctus. Hunc Bellarminus et alii natione Burgundum faciunt. *Quartum*, quod ipsum hoc Concordantiarum spectat Volumen, vere Mariana dixit infinitum pene esse opus, quod Herculea plane audacia primus excogitaverit, et quingentorum Monachorum ope adjutus perfecerit. Medicorum quis dixerit doctissimum hunc Cardinalem cum suis subsidiariis æmulatum industriam: ut enim

illi singula membra et articulos aliasque partes a toto corpore divulsas seorsim collocant, et minutissima quæque in iis observantes naturam officiumque eorum singillatim exponunt; non secus hi singula sacrorum Bibliorum vocabula suis libris capitibusque exempta, longo ordine sub suis titulis reponentes, quid aliud, quam totius sanctæ Scripturæ Anatomiam Lectoribus exhibuerunt? Expetitum a parvulis Verbi Dei panem in congruas eorum imbecillitati fregerunt buccellas. Collegerunt, inquam, Dominicæ mensæ micas et fragmenta, eaque in his Concordantiarum sportis asportarunt: non solum ne perirent, verum etiam ut ex illis novi rursum studiosorum industria conficiantur panes; hoc ipso esurienti plebi futuros gratiores, quo ex pluribus divinæ Scripturæ micis fuerint coagmentati.

Sed enim, ut non difficile est inventis nova quædam adjicere; ita Hugonis studia alii deinde sunt æmulati. *Conradus* enim ille *Halberstadius*, de quo diximus, *cum in divinis Scripturis*, ut Senensis ait, *usque adeo exercitatus ac detritus esset, ut universum Vetus ac Novum Testamentum memoria teneret, composuit, ad imitationem Hugonis tit. S. Sabinæ Cardinalis, consimili labore Concordantias totius Bibliæ: in quibus non solum dictiones declinabiles, quod prius fecerat Hugo, sed et omnes indeclinabiles orationis partes juxta Alphabeti seriem adjecit.* Atque hæc de primis Concordantiarum Auctoribus. Quid vero post illos alii in eodem argumento præstiterint; Georgius præsertim Bullocus in sua Œconomia methodica Concordantiarum Scripturæ sacræ; Petrus Eulard in Concordantiis, ut vocat, Moralibus et Historicis; atque etiam Gaspard Zamora, aliive singuli suis exposuerunt præfationibus.

QUINTUM. — DE UTILITATE CONCORDANTIARUM USUQUE, EX SIXTO SENENSI, LIB. III BIBLIOTHECÆ SANCTÆ; DE SYLLABICA EXPONENDI RATIONE, METHODO TERTIA.

Συλλαβική, hoc est, syllabica, sive indicatoria methodus quæ librorum indices, a Græcis συλλάβους appellatos, componit, vetustissimum inventum est, sicut M. Tullius ad Atticum scribens testatur: cum enim studiosi illi veteres locupletem rerum ac verborum omnium copiam semper, et cum summa commoditate, in promptu habere desiderarent, excogitarunt sibi indices Alphabetario ordine digestos; quibus minimo laboris ac temporis dispendio, ad quod quisque perquireret, tanquam manu duceretur: quorum inventionem imitati posteriores litterarum amatores, præsertim Jurisconsulti et Theologi, libros fere omnes professionis suæ in elenchos, syllabos, indices, tabulas et repertoria copiosissima redegerunt; in quibus primum locum tenet opulentissimus ille Biblicus index, quem vocant Concordantias majores sacræ Bibliæ, ab Hugone Cardinali et Conrado Alberstadio Monacho collectas, suffragantibus quingentis diversorum Cœnobiorum Monachis: qui omnia nomina, verba, participia, adverbia, præpositiones, atque omnes tam declinabiles quam indeclinabiles orationis partes, toto Bibliorum corpore comprehensas, in Alphabeticum ordinem digesserunt, annotatis libris, capitulis, et singulis capitulorum lineis, in quibus quæcumque dictio quæsitæ dictioni similis et concordans haberetur. Est autem tanta hujus magni indicis et commoditas et utilitas, ut cum primum studiosus Lector ipsum prudenter et cum judicio versare didicerit, et familiaritati ejus assuescere cœperit, illico sentiat se in illo invenisse thesaurum quemdam inexplebilem, hoc est, universalem et absolutissimam totius divinæ Scripturæ expositionem; ex cujus usu non minorem fructum ac delectationem capiat, quam si innumeros expositorum commentarios evolveret.

Memini me olim rogantibus amicis dedisse in hunc indicem breve commentariolum, *De usu et utilitate Concordantiarum sacræ Bibliæ* inscriptum, breves et dilucidas quasdam regulas comprehendens; quibus instructi sanctarum Litterarum amatores facile possent ex hoc uno Concordantiarum volumine, etiam absque ullis expositorum commentariis, innumerabilium fere locorum in divinis Litteris obscurorum, sensus et intelligentias varias ac multiplices intelligere et explicare; nec explicare solum, sed, quod longe operosius est, comparare sibi super quacumque divinæ Scripturæ sententia latissimam enarrationem, et, si opus foret, etiam integræ et copiosæ concionis materiam invenire. Hujus artificii exemplum proponam tibi in principium Psalmi centesimi decimi sexti, ostendens qua ratione liceat ex hoc indice Concordantiarum colligere locupletissimam enarrationem super duabus primis hujus Psalmi dictionibus: pro quibus explicandis tria tibi prius peragenda sunt.

1° Aperto Volumine Concordantiarum, quæres sub syllaba LAU verbum LAUDARE, et omnes similiter voces eidem verbo affines, ut LAUS, LAUDATIO, LAUDANS, LAUDABILIS, LAUDANDUS, et his similes; et invenies statim sub his vocabulis omnia utriusque Testamenti dicta, testimonia, auctoritates ac sententias ad Dei laudem pertinentes numeratim citatas, truncatis tamen periodis, et concisis sæpe dictionibus strictissime annotatas.

2° Ex tam numerosa sententiarum multitudine eas tantum colliges, et in schedula describes, quas videris illustriores, quasque proposito tuo aptiores magisque accommodatas cognosces: cognosces autem illas facile inter alias, et a cæteris minus aptis parvo labore discernes, si prius fueris in sacrarum Litterarum lectione versatus, et non omni prorsus judicio destitutus. Oportebit autem, ut in describendis prædictis auctoritatibus habeas semper præ oculis codicem Biblicum; ut eo inspecto fideliter suppleas, et pristinæ suæ integritati restituas periodos illas, quas in Concordantiis truncatim citatas jam inveneras.

3° Postquam sententias instituto tuo idoneas integre conscripseris, iterum omnes a prima usque ad ultimam aliquantulum cogitatione percurrito, et singularum sensus tecum ipse parumper expendito; ac demum, juxta communem illam partitionis methodum, qua Dialectici, Rhetores, et optimi quique Scriptores uti solent, et quam te prius in scholis didicisse necesse est, distinguito jam collectam sententiarum sylvam, et in certos ordines classesque redige: et in his ordinibus separatim, et sub diversis titulis auctoritates singulas, ut tibi visæ fuerint magis inter se et sensu et scopo affines, ita coaptabis, ut ex ipsarum dispositione explicetur tota series argumenti de divina laudatione; hoc est, colligantur a te divinæ laudationis definitio, causæ, effectus, partes, officia, modi, loca, tempora, necessitas, utilitas, impedimenta, et his similia, quæ Dialectici et Rhetores in quocumque propositæ rei argumento jubent inquiri.

Sed, ut hæc planius intelligas, ponam tibi primum ob oculos indistinctam farraginem sententiarum divinæ Scripturæ ad divinam laudem pertinentium, ex libro Concordantiarum verbo tenus cum suis numeris desumptam; deinde easdem auctoritates in particulares titulos ea ratione distribuam, ut in his legere possis exactam et copiosam explanationem verborum, a quibus Psalmus centesimus decimus sextus incipit.

FARRAGO INDISTINCTA SENTENTIARUM

SACRÆ SCRIPTURÆ AD DEI LAUDEM PERTINENTIUM, E VERBO AD VERBUM EX INDICE CONCORDANTIARUM TRANSCRIPTA.

LAUDARE.

Psal. 21-23 In medio Ecclesiæ laudabo te
-27 Laudabunt Dominum, qui requirunt eum
34-18 In populo gravi laudabo te
-28 Tota die laudem tuam
62- 6 Labiis exultationis laudabit os meum
68-31 Laudabo nomen Dei cum cantico
Psal. 83- 5 In sæcula sæculorum laudabunt te
99- 4 Laudate nomen ejus: (-5) quoniam suavis est Dominus
118-175 Vivet anima mea, et laudabit te
134- 3 Laudate Dominum, quia bonus Dominus
144- 2 Laudabo nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi
- 4 Generatio et generatio laudabit opera tua
Psal. 145- 2 Lauda, anima mea, Dominum
Laudabo Dominum in vita mea
146- 1 Laudate Dom., quoniam bonus est psalmus
148- 2 Laudate eum, omnes Angeli ejus
Laudate eum, omnes virtutes ejus
- 3 Laudate eum, sol et luna
150- 2 Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus

Psal. 150- 3 Laudate eum in sono tubæ : laudate eum in psalterio et cithara
- 6 Omnis spiritus laudet Dominum
Act. 16-25 Media autem nocte, Paulus et Silas orantes, laudabant Deum

NON LAUDARE.

Psal. 113-17 Non mortui laudabunt te, Domine
Isai. 38-18 Non infernus... neque mors laudabit te

LAUDANS

Psal. 17- 4 Laudans invocabo Dominum
Luc. 24-53 Erant semper in templo, laudantes... Deum

LAUDATIO.

Psal. 144-21 Laudationem Domini loquetur os meum
146- 1 Deo nostro sit jucunda decoraque laudatio

LAUDABILIS.

Psal. 144- 3 Magnus Dominus, et laudabilis nimis

LAUS.

Deut. 26-19 Creavit in laudem, et nomen, et gloriam
Psal. 21-26 Apud te laus mea in Ecclesia magna
33- 2 Semper laus ejus in ore meo
49-14 Immola Deo sacrificium laudis
-23 Sacrificium laudis honorificabit me
68-31 Magnificabo eum in laude
115-17 Tibi sacrificabo hostiam laudis
118-164 Septies in die laudem dixi tibi
Eccli. 15- 9 Non est speciosa laus in ore peccatoris
43-33 Major enim est omni laude
Isai. 63- 7 Laudem Domini super omnibus
Jonæ. 2-10 In voce laudis immolabo
Ephes. 1- 6 In laudem gloriæ gratiæ suæ
Hebr. 13-15 Offeramus hostiam laudis

PRÆDICTA FARRAGINIS METHODICA PARTITIO IN VARIAS SENTENTIARUM CLASSES DISTRIBUTA, ET AD EXPOSITIONEM DUARUM PRIMARUM DICTIONUM PSALMI CENTESIMI DECIMI SEXTI PULCHRE ACCOMMODATA.

THEMA EXPONENDUM.

LAUDATE DOMINUM.

DEFINITIO.

Laudare Deum, est enarrare amplitudinem divinarum virtutum, quoad a nobis fieri potest.

Psal. 144- 4 Generatio et generatio laudabit opera tua :
- 5 et potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur : et mirabilia tua narrabunt. Et
- 6 virtutem terribilium tuorum dicent : et
- 7 magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt, etc.

Eccli. 43-35 Quis enarrabit, et quis magnificabit Deum,
-33 sicut est ab initio ? major enim est omni
-32 laude. Glorificantes Dominum quantumcumque potueritis, supervalebit adhuc admirabilis magnificentia ejus

ENCOMIUM.

Laus, sacrificium omnium præstantissimum, quo vel maxime delectatur Deus.

Psal. 49-14 Immola Deo sacrificium laudis : et sacrificium laudis honorificabit me
68-31 Laudabo nomen Dei cum cantico, et magnificabo eum in laude : et placebit Domino super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas
Psal. 115- 8 Tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo
Jonæ. 2-10 Ego autem in voce laudis immolabo tibi pro salute mea
Hebr. 13-15 Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus

Deum omnia fecisse in laudem gloriæ suæ.

Deut. 26-19 Cunctas gentes creavit Deus in laudem, et nomen, et gloriam suam
Ephes. 1- 4 Elegit nos ante mundi constitutionem, et
- 5 prædestinavit nos in adoptionem filio-
- 6 rum per Jesum Christum, in laudem gloriæ gratiæ suæ

NECESSITAS.

Omnes tam insensibiles quam sensibiles et intelligibiles creaturæ ex divino præcepto ad Dei laudem pro modo suo tenentur.

Psal. 148. Laudate Dominum, omnes Angeli ejus. Laudate eum, sol, et luna, omnes stellæ, et lumen. Laudate eum, cœli cœlorum, aquæ omnes, grando, nix, glacies, bestiæ, pecora, volucres, reges terræ, populi, etc., *usque in finem Psalmi*
150- 6 Omnis spiritus laudet Dominum.

CAUSÆ.

Deus innumeris de causis laudandus est a nobis, præcipue vero ob eximiam bonitatem, innumera beneficia, quæ nobis quotidie ex divinæ bonitatis et misericordiæ largitate præstantur.

Psal. 134- 3 Laudate Dominum, quia bonus Dominus : psallite nomini ejus, quoniam suave est
Isai. 63- 7 Demus laudem Domino super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, et super multitudinem bonorum, quæ largitus est secundum indulgentiam suam, et secundum multitudinem misericordiarum suarum
Ps. 99-4 *et* 5 Laudate nomen ejus : quoniam suavis est Dominus, in æternum misericordia ejus

MODUS.

Deus animo primum, deinde voce, Psalmis, canticis et musicis instrumentis, ac potissimum bonis operibus laudandus est.

Psal. 145- 2 Lauda, anima mea, Dominum : laudabo Dominum in vita mea
Eccli. 51- 8 Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum
Psal. 62- 6 Labiis exultationis laudabit os meum
146- 1 Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus : Deo nostro sit jucunda, decoraque laudatio
150- 3 Laudate eum in sono tubæ : laudate eum
- 4 in psalterio, et cithara. Laudate eum in tympano et choro : laudate eum in chor-
- 5 dis et organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus

TEMPUS.

Non solum statutis diei noctisque horis corde et ore laudandus est Deus ; sed et toto vitæ tempore affectu et opere celebrandus.

Psal. 118-164 Septies in die laudem dixi tibi
Act. 16-25 Media nocte, Paulus et Silas adorantes, laudabant Deum
Psal. 33- 2 Benedicam Dominum in omni tempore : semper laus ejus in ore meo
34-28 Lingua mea meditabitur justitiam tuam, tota die laudem tuam
144- 2 Per singulos dies benedicam tibi : et laudabo nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi
145- 2 Laudabo Dominum in vita mea : psallam Deo meo quandiu fuero

LOCUS.

In omni loco, sed in Ecclesia præsertim ac templo, laudandus est Deus.

Psal. 112- 3 A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini
21-23 Narrabo nomen tuum fratribus meis : in medio Ecclesiæ laudabo te
34-18 Confitebor tibi in Ecclesia magna : in populo gravi laudabo te
134-1 *et* 2 Laudate, servi, Dominum. Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri
Luc. 24-52 Discipuli regressi in Jerusalem cum gaudio
-53 magno, erant semper in templo, laudantes et benedicentes Dominum

In alia vita geminos esse æternos locos ; in quorum altero Deus perpetuo laudatur, in altero nunquam.

Psal. 83- 5 Beati qui habitant in domo tua, Domine : in sæcula sæculorum laudabunt te
113-17 Non mortui laudabunt te, Domine : neque omnes, qui descendunt in infernum
Isai. 38-18 Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te

UTILITAS.

Præmia laudantium Deum sunt auxilium divinæ gratiæ, salus a visibilibus et invisibilibus hostibus, et vita in sempiternum beata.

Ps. 118-175 Anima mea laudabit te, et judicia tua adjuvabunt me
17- 4 Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero
21-27 Laudabunt Dominum qui requirunt eum, vivent in sæculum sæculi

IMPEDIMENTA.

Peccata nos impediunt a divinis laudibus.

Eccli. 15- 9 Non est speciosa laus in ore peccatoris
Psal. 49-16 Dixit Deus peccatori : Quare assumis testamentum meum per os tuum ?

PUGNANTIA.

In Scripturis divinis esse locos de divina laudatione in specie pugnantes, quos conciliare oportet.

Psal. 116- 1 Laudate Dominum, omnes gentes : laudate eum, omnes populi
150- 6 Omnis spiritus laudet Dominum

Contra.

Psal. 49-16 Dixit Deus peccatori : Quare assumis testamentum meum per os tuum ?
Eccli. 15- 9 Non est speciosa laus in ore peccatoris

Item illud.

Psal. 150- 2 Laudate Dominum secundum multitudinem magnitudinis ejus

Contra.

Eccli. 43-35 Quis magnificabit Deum, sicut est ab initio ?
-33 major enim est omni laude

Vides hic, ingeniose Lector, quam magnam sententiarum copiam tibi subministraverit Concordantiarum Volumen in unius tantum dictionis particulari indiculo ; et quam copiosam verborum ac rerum supellectilem suppeditaverit ad explicandam primam hujus Psalmi dictionem. Quod si iterum, resumpto codice Concordantiarum, perquisiveris in ipso voces verbo laudandi synonymas, quales sunt CELEBRO, MAGNIFICO, GLORIFICO, BENEDICO, EXALTO, CONFITEOR, CANTO, PSALLO, PRÆDICO ; et fragmenta sacrarum sententiarum sub ipsis synonymis verbis collocata consimili studio colliges : rursus nova ac longe ditiori sermonis abundantia expositionem tuam locupletabis : ac demum, si eamdem diligentiam in singulis ejusdem Psalmi vocibus adhibueris ; tanta tibi sese offeret rerum omnium affluentia, ut vix queas susceptæ enarrationis fines invenire.

INDEX CHRONOLOGICUS IN SEX ÆTATES DIVISUS.

PRIMA MUNDI ÆTAS, QUÆ ANNOS 1656 COMPLECTITUR.

Anno mundi	Ante J. Ch.	
0	4054	Creatio hominis mulierisque.
1	4053	Nascitur Caïn, filius primogenitus Adam.
2	4052	Nascitur Abel, secundus Adam filius.
130	3924	Interficitur Abel a fratre suo Caïn.
131	3923	Nascitur Seth, filius tertius Adam.
236	3818	Nascitur Enos, filius Seth.
326	3728	Nascitur Caïnan, filius Enos.
396	3658	Nascitur Malaleel, filius Caïnan.
461	3593	Nascitur Jared, filius Malaleel.
623	3431	Nascitur Henoch, filius Jared.
688	3366	Nascitur Mathusalem, filius Henoch.
875	3179	Nascitur Lamech, filius Mathusalem.
930	3124	Moritur Adam cum esset annorum 930.
987	3057	Henoch annos 365 natus transfertur.
1042	3012	Moritur Seth, annos natus 912.
1057	2997	Nascitur Noë, filius Lamech.
1140	2914	Moritur Enos, filius Seth.
1235	2819	Moritur Caïnan, pater Malaleel.
1290	2764	Moritur Malaleel, pater Jared.
1422	2632	Moritur Jared, pater Henoch.
1537	2517	Noë jubetur a Deo ut arcam faciat.
1557	2497	Nascitur Japheth, juxta Hebræos.
1558	2496	Probabiliter hoc anno nascitur Cham.
1559	2495	Nascitur Sem, juxta Hebræos.
1651	2403	Moritur Lamech, pater Noë.
1656	2398	Moritur Mathusalem, pater Lamech.

ÆTAS SECUNDA MUNDI, A DILUVIO AD NATIVITATEM ABRAHÆ.

Anno mundi	Ante J. Ch.	
1657	2397	Ex arca egreditur Noë : nascitur Ælam, filius Sem.
1658	2396	Nascitur Assur.
1659	2395	Nascitur Arphaxad, filius Sem.
1660	2394	Nascitur Chanaan, filius Cham.
1661	2393	Nascitur Thubal, filius quintus Japheth.
1662	2392	Nascuntur Thiras et Haran, filii Sem.
1666	2388	Inebriatur Noë : maledicitur Cham : benedicuntur Sem et Japheth.
1694	2360	Nascitur Caïnan, filius Arphaxad.
1724	2330	Nascitur Sale, filius Caïnan.
1754	2300	Nascitur Heber, filius Sale.
1788	2266	Nascitur Phaleg, filius Heber.
1818	2236	Nascitur Reu, filius Phaleg.
1850	2204	Nascitur Sarug, filius Reu.
1854	2200	Turris Babel.
1880	2174	Nascitur Nachor, filius Sarug.
1909	2145	Nasc. Thare, fil. Nachor, pater Abraham.
1931	2123	Divisio linguarum : confusio, hominumque dispersio.
1932	2122	Regnat Nemrod, vel Belus in Babylone.
1979	2075	Nascitur Nachor II, filius Thare.
1997	2057	Regnat Ninus, secundus rex Babylonis.
2006	2048	Hoc anno moritur Noë, natus 950 ann.
2016	2038	Ninus vel Assur regnat in Assyria.
2026	2028	Moritur Phaleg, filius Heber.
2027	2027	Moritur Nachor I, filius Sarug.
2039	2015	Nascitur Abraham, ex Thare.
2049	2005	Nascitur Saraï, filia Aran, soror Loth.
2068	1986	Hoc anno Abraham ducit Saraï.
2079	1975	Moritur Sarug, filius Reu.
2105	1949	Chodorlahomor quinque reges Pentapoleos expugnat.

ÆTAS TERTIA MUNDI, A VOCATIONE ABRAHÆ, USQUE AD EGRESSUM ISRAELITARUM EX ÆGYPTO.

Anno mundi	Ante J. Ch.	
2113	1941	Thare educit Abraham, Loth, et Saraï de Ur Chaldæorum; vadunt usque Haran, ubi moritur Thare natus 215 annos.
2114	1940	Egreditur Abraham de Haran, pergit in Chanaan, et circa finem anni illius fame compulsus descendit in Ægyptum.
2115	1939	Ascendens Abraham cum Saraï et Loth de Ægypto, ven. in Bethel unde exierant.
2118	1936	Chodorlahomor rex Ælamitarum bellum init contra civitates Pentapoleos.
2124	1930	Abraham sumit sibi uxorem Agar Ægyptiam, uxoris suæ Saraï ancillam.
2125	1929	Nascitur Ismaël, filius Abraham ex Agar.
2139	1915	Nascitur Isaac, filius Abraham ex Sara.
2144	1910	Abraham expellit Agar et Ismaëlem.
2163	1891	Sacrificium Abrahæ.
2179	1875	Isaac ducit Rebeccam.
2199	1855	Nascuntur Esaü et Jacob ex Isaac.
2213	1841	Mors Abrahæ, cum esset annorum 175.
2223	1831	Esaü vendit primogenituram.
2238	1816	Esaü duas uxores ducit Hethæas.
2261	1793	Moritur Ismaël.
2276	1778	Jacob a patre benedicitur pro Esaü fratre.
2283	1771	Jacob ducit Liam et Rachelem in Mesopotamia.
Id.	*Id.*	Nascitur Ruben, filius Jacob ex Lia.
2284	1770	Nascitur Simeon, filius secundus Jacob ex Lia.
2285	1769	Nascitur Levi, filius tertius Jacob ex Lia.
2286	1768	Nascitur Judas, filius Jacob ex Lia.
Id.	*Id.*	Nascitur Dan, filius Jacob ex Bala ancilla Rachelis.
2287	1767	Nascitur Nephthali, filius Jacob ex Bala.
Id.	*Id.*	Nascitur Gad, filius Jacob ex Zelpha ancilla Liæ.
2288	1766	Nascuntur Aser et Issachar, filii Jacob ex Zelpha.
2289	1765	Nascuntur Zabulon, filius, et Dina, filia Jacob ex Lia.
2290	1764	Nascitur Joseph, filius Jacob ex Rachele.
2296	1758	Jacob fugit de Mesopotamia e domo Laban cum uxoribus, filiis et omni substantia.
2304	1750	Dina filia Jacob vi opprimitur a Sichem.
2305	1749	Nascitur Benjamin, filius Jacob ex Rachele.
Id.	*Id.*	Eodem anno nascitur Caath, filius Levi.
2306	1748	Joseph a suis fratribus venditur Ismaëlitis
2316	1738	Joseph a domina falso accusatus, in carcerem innocens truditur.
2318	1736	Isaac moritur, cum esset annorum 180.
2319	1735	Joseph interpretatur somnium Pharaonis utrumque.
2320	1734	Incipit fertilitas quam prædixerat Joseph.
Id.	*Id.*	Joseph ducit uxorem Aseneth filiam Putiphare.
2327	1727	Incipit fames quam prædixerat Joseph.
2329	1725	Jacob proficiscitur in Ægyptum.
Id.	*Id.*	Nascitur Job speculum patientiæ.
2345	1709	Hoc anno moritur Jacob in Ægypto; a filiis sepelitur.
2399	1655	Incipit historia Job.
Id.	*Id.*	Moritur Joseph, annos 110 natus.
2403	1651	Moritur Simeon.
2404	1650	Moritur Judas.
2406	1648	Moritur Ruben.
2409	1645	Moritur Issachar
2411	1643	Moritur Dan.
2413	1641	Moritur Aser.
2416	1638	Moritur Benjamin.
2418	1636	Moriuntur Gad et Nephthali.
2421	1633	Moritur Levi.
2428	1626	Moriuntur Manasse et Ephraïm, filii Joseph.
2451	1603	Incipit servitus Israëlitarum in Ægypto.
2455	1699	Obstetrices a Pharaone jubentur interficere omnes masculos Hebræorum.
2461	1593	Nascitur Aaron, filius Amram primus.
2464	1590	Nascitur Moyses, filius secundus Amram; de aquis educitur.
2494	1560	Nascitur Josuë, filius Nun.
2503	1551	Moyses quadragenarius fugit de domo Pharaonis.
2543	1511	Hebræi servitute o ressi clamant ad Dominum.

ÆTAS QUARTA MUNDI, AB EGRESSIONE ISRAELITARUM EX ÆGYPTO AD CONSTRUCTIONEM TEMPLI SALOMONIS.

Anno mundi	Ante J. Ch.	
2544	1510	Moyses educit populum Israël ex Ægypto.
2545	1509	Moritur Job. Construitur tabernaculum.
2546	1508	Idumæi ex Idumæa expulsi ab Amorrhæis.
2548	1506	Areopagus instituitur Athenis.
2571	1483	Nascitur Salmon, filius Naasson.
2582	1472	Trigesima secunda mansio Hebræorum in Asiongaber.
2583	1471	Moritur Maria. Moriuntur et Aaron et Moyses.
2584	1470	Josuë dux populi introducit Israëlitas in terram promissam.
2589	1465	Ossa Joseph conduntur in sepulcro Sichem.
2590	1464	Incipit divisio Terræ promissæ. Primus annus sabbaticus.
2591	1463	Tabernaculum in Silo transfertur. Terminatur divisio terræ promissæ.
2593	1461	Moritur Josuë.
2594	1460	Interregnum. Populus gubernatur a senioribus usque ad annum 2601, id est, per annos septem.
2601	1453	Othoniel judicat et gubernat populum.
2633	1421	Primus annus jubilæus.
2640	1414	Mors Othoniel, judicis secundi Israël.
2641	1413	Aod, judex tertius Israël, per annos 80 judicat populum.
2665	1389	Nascitur Booz, filius Salmon ex Rahab.
2683	1371	Annus secundus jubilæus.
2720	1334	Mors Aod et Samgar.
2721	1333	Debbora et Barac judicant populum. Expugnatur et interficitur Sisara.
2733	1321	Annus tertius jubilæus.
2748	1306	Incipit historia Ruth.
2759	1295	Regreditur Noëmi in Bethlehem.
2760	1294	Mors Barac et Debboræ : Israëlitarum oppressio per annos septem a Madianitis.
2761	1293	Incipit Gedeon judicare et liberare Israël.
2768	1286	Madianitas devincit Gedeon.
2783	1271	Annus quartus jubilæus.
2800	1254	Mors Gedeon. Imperium usurpat Abimelech.
2804	1250	Thola judicat populum per 23 annos.
2826	1228	Moritur Thola, septimus judex Israël.
2827	1227	Jaïr judicat populum per 22 annos.
2833	1221	Annus quintus jubilæus.
2842	1212	Nascitur Heli, populi judex, et summus sacerdos.
2848	1206	Moritur Jaïr, octavus judex in Israël.
Id.	*Id.*	Jephthe judicat populum per annos sex.
2849	1205	Jephthe Ammonitas expugnat.
2850	1204	Seditio Ephraïm contra Jephthe.
2854	1200	Moritur Jephthe, nonus judex Israël.
2855	1199	Judicat populum Abesan. Nascitur Jesse.
2861	1193	Nascitur Samson. Mors Abesan judicis.
2862	1192	Ajalon vel Elon judicat populum per annos decem.

INDEX CHRONOLOGICUS IN SEX ÆTATES DIVISUS.

CONTINUATUR ÆTAS MUNDI QUARTA.

Anno mundi	Ante J. Ch.		Anno mundi	Ante J. Ch.		Anno mundi	Ante J. Ch.	
2871	1183	Mors Ajalon judicis undecimi populi.	2962	1092	Reprobatur a Deo Saül.	2995	1059	David committit adulterium cum Bethsabee uxore Uriæ.
2872	1182	Abdon judicat populum per annos octo.	2964	1090	Primum rex ungitur David.			
2879	1175	Moritur Abdon; cui succedit Samson.	2971	1083	David pugnat contra Goliath, quem interficit.	2999	1055	Nascitur Salomon filius David ex Bethsabee.
2880	1174	Trucidantur Philisthæi a Samsone.						
2883	1171	Annus sextus jubilæus.	2972	1082	In matrimonio jungitur David cum Michol, filia Saülis.	3002	1052	Amnon filius David interficitur in convivio jussu Absalom.
2898	1156	Samson a Dalila deceptus. Eruuntur oculi ejus.	2974	1080	Saül palam persequitur David.	3003	1051	Absalom revocatur ab exilio.
2899	1155	Orat sibi reddi fortitudinem Samson; moritur.	2975	1079	Nascitur Miphibosceth, filius Jonathæ. Abiathar pontifex.	3005	1049	Insurgit Absalom contra David patrem.
						3006	1048	Fames trium annorum.
2900	1154	Heli decimus quartus judex Israël incipit judicare.	2976	1078	Saül persequitur David usque ad Engaddi	*Id.*	*Id.*	Plurima bella David adversus Philisthæos per decem annos.
			2977	1077	Moritur Samuël, decimus quintus judex			
2901	1153	Nascitur Samuël.	2978	1076	Saül persequitur David in desertum Ziph.	3016	1038	David recenseri jubet populum universum.
2913	1141	Incipit Samuël prophetare.	2979	1075	Moritur Saül cum filiis suis in Gelboë.			
2925	1129	Samuël revelationem sibi adversum Heli factam ei refert.	2980	1074	Regnat David super Juda, et Isboseth super Israël.	3017	1037	Pestis omne regnum ejus depopulatur.
						3018	1036	Nascitur Roboam, filius Salomonis ex uxore Ammonitide.
2933	1121	Septimus annus jubilæus.	2982	1072	Bellum inter David et Isboseth.			
2939	1115	Moriuntur Ophni et Phinees, filii Heli; arca capitur. Mors ipsius Heli.	2983	1071	Annus octavus jubilæus.	3020	1034	Salomon rex ungitur, vivente patre. Moritur David. Adonias uxorem petens mortem invenit.
			2987	1067	Interficitur Isboseth a duobus latronibus; regnat David super Israël et Juda.			
2950	1104	Nascitur David.						
2960	1094	Populum judicat Samuël, qui illum revocat ab idololatria.	2988	1066	David expugnat Philisthæos.	3021	1033	Salomon meretricum litem dirimit. Accipit in uxorem filiam Pharaonis.
			2990	1064	Arca Domini de domo Abinadab deponitur in domo Obededom.			
Id.	*Id.*	A Samuële rex ungitur Saül.				3022	1032	Salomon petit a Deo sapientiam, quam accipit cum divitiis et gloria.
2961	1093	Saül expugnat Amalecitas.	2992	1062	Victoria David contra Syros.			

ÆTAS QUINTA MUNDI, A CONSTRUCTIONE TEMPLI AD DESTRUCTIONEM JERUSALEM EJUSDEMQUE TEMPLI.

Anno mundi	Ante J. Ch.		Anno mundi	Ante J. Ch.		Anno mundi	Ante J. Ch.	
3023	1031	Salomon ædificare cœpit domum Dei.	3157	897	Interficitur Athalia: regnat Joas in Juda.	3310	744	Nascitur Tobias junior filius Tobiæ.
3025	1029	Semei qui maledixerat David, interficitur.	3172	882	Nascitur Amasias, filius Joas.	3312	742	Salmanasar rex Assyriæ obsidet Samariam.
			3178	876	Mors Jehu, regis Israël, anno abeunte.			
3030	1024	Templum peractum, in quo arca Dei collocatur.	3179	875	Regnat Joachaz filius ejus.	3314	740	Samaria capta, dissipatur regnum Israël.
			3185	871	Duodecimus annus jubilæus.	3315	739	Captivus ducitur Tobias Ninivem cum uxore et filio.
3033	1021	Annus nonus jubilæus.	3191	863	Mors summi pontificis Joïadæ.			
3045	1011	Salomon perficit domum suam regiam et domum reginæ.	3192	862	Idololatria Joas regis Juda. Mors Zachariæ inter vestibulum et altare.	3320	734	Ægrotat Ezechias; sol retrogreditur.
						3321	733	Angelus occidit 185 millia Assyriorum.
3047	1007	Regina Saba venit ad audiendum et videndum Salomonem.	3193	861	Regnat Joas una cum patre suo Joachaz in Israël.	3325	729	Tobias hirundinis stercore excæcatur.
						3329	725	Visum recuperat Tobias, et gratias agit Deo.
3054	1000	Salomon amore stulto excæcatus idololatra fit.	3195	859	Moritur Joachaz undecimus rex Israël.			
			3196	858	Interficitur in domo sua Mello Joas rex Juda octavus.	3333	721	Quintus decimus annus jubilæus.
3058	996	Adversarios suscitat Dominus contra Salomonem.				3338	716	Moritur Ezechias rex Juda; pro eo regnat Manasses.
			3197	857	Regnat Amasias, filius Joas, rex Juda.			
3059	995	Moritur Salomon, annos natus 60, regni sui 40.	3198	856	Mors Elisei prophetæ.	3346	708	Holofernes Bethuliam obsidet: Judith caput ejus obtruncat.
			3199	855	Joas, rex Israël, participem regni sui facit filium suum Jeroboam.			
3060	994	Pro Salomone Roboam filius ejus regnat super Judam, Jeroboam vero super decem tribus Israël.				3352	702	Manasses, decimus quartus rex Juda, captivus ducitur in Babylonem.
			3200	854	Victoria Joas regis Israël adversus Syros.			
			3201	853	Altera victoria Joas adversus Syros.	3371	683	Nascitur Amon, filius Manasses: moritur Tobias.
3063	991	Jeroboam idololatria.	3208	846	Victoria Amasiæ regis Juda in Idumæos.			
3064	990	Sesac, rex Ægypti, expugnat Jerusalem, et domos diripit.	3209	845	Victoria Joas, regis Israël, in Amasiam regem Juda.	3383	671	Sextus decimus annus jubilæus.
						3387	667	Nascitur Josias, filius Amon.
3076	988	Mors Roboam regis Juda.	3210	844	Moritur Joas rex Israël; regnat pro eo Jeroboam II.	3392	662	Moritur Manasses: regnat pro eo Amon.
3077	987	Regnat Abiam super populum Juda.				3393	661	Moritur Amon, anno abeunte.
3079	975	Moritur Abiam; regnat Asa filius ejus.	3225	829	Moritur Amasias rex Juda; regnat pro eo Ozias filius.	3395	659	Regnat Josias, rex Juda sextus decimus.
3081	973	Moritur Jeroboam rex Israël. Pro eo regnat Nadab.				3401	653	Nascitur Joakim, filius Josiæ regis Juda.
			3227	827	Mittitur Jonas propheta ad prædicandam eversionem Ninivis.	3405	651	Nascitur Joachaz, filius secundus Josiæ.
3082	972	Moritur Nadab; pro eo regnat Baasa.				3406	648	Josias idola et fana idolorum evertit.
3083	971	Decimus annus jubilæus.	3233	821	Decimus tertius annus jubilæus.	3410	644	Moritur Tobias junior, annos natus 99.
3090	964	Bellum inter Asa regem Juda, et Baasa regem Israël.	3248	806	Amos propheta prædicit captivitatem populi Israël.	3411	643	Nascitur Ezechiel propheta.
						3414	640	Josias, templo restaurato, Phase celeberrimum celebrat.
3093	961	Asa expugnat Zara regem Æthiopiæ.	3251	803	Mors Jeroboam II, regis Israël.			
3095	959	Rursus bellum init Asa adversus Baasa.	*Id.*	*Id.*	Interregnum duodecim annor. in Israël.	3415	639	Nascitur Sedecias, filius Josiæ.
3105	949	Moritur Baasa; pro eo regn. Ela in Israël.	3253	801	Nascitur Joathan, filius Oziæ regis Juda.	3418	636	Nascitur Joachim, filius Joakim.
3106	948	Moritur Ela rex Israël; pro eo regnat Zambri, deinde Amri.	3263	791	Regnum suscipit Zacharias in Israël.	3420	634	Mors Judith viduæ in civitate sua Bethulia.
			3264	790	Regnat Sellum, deinde Manahem in Israël.			
3111	943	Nascitur Joram, filius Josaphat.				3425	629	Mors Josiæ regis Juda; pro eo regnat Joachaz filius secundus tribus mensibus.
3117	937	Moritur Amri rex Israël; pro eo regnat Achab.	3274	780	Nascitur Achaz, filius Oziæ. Ozias lepra percutitur.	3426	628	Regnat Joakim, rex Juda decimus octavus: nascitur Daniel.
3120	934	Mors Asa; regnat pro eo Josaphat.	3275	779	Mors Manahem; filius ejus Phaceïas regn.			
3128	926	Nascitur Ochozias, filius Joram.	3276	778	Moritur Phaceïas rex Israël.	3427	627	Regnat Jechonias una cum patre Joakim.
3133	921	Undecimus annus jubilæus.	3277	777	Regnat Phacee in Israël.	3428	626	Captivi ducuntur Joakim, Daniel, etc.
3134	920	Victoria prima Achab adversus Benadad regem Syriæ.	*Id.*	*Id.*	Moritur Ozias rex Juda.	3452	622	Joakim tributarium se faciens, Jerusalem revertitur.
			3278	776	Regnat Joathan in Juda. Institutio Olympiadum apud Græcos.			
3135	919	Victoria secunda Achab adversus Benadad regem Syriæ.				3453	621	Annus jubilæus decimus septimus.
			3283	771	Decimus quartus annus jubilæus.	3455	619	Nabuchodonosor interficit Joakim, captivumque ducit Jechoniam in Babylonem; regnat Sedecias.
3137	917	Regnat Joram una cum patre Josaphat in Juda.	3285	769	Nascitur Ezechias, filius Achaz, rex Juda.			
			3293	761	Moritur Joathan; pro eo regnat Achaz in Juda.			
Id.	*Id.*	Regnat Ochozias una cum patre Achab in Israël.				3458	616	Susannam innocentem liberat Daniel a falsa accusatione.
			3295	759	Rasin rex Syiæ et Phacee rex Israël obsident Jerusalem.	3444	610	Sedecias rebellat contra regem Babylonis.
3138	916	Mors Achab et Ochoziæ; regnat Joram.						
3139	915	Ascendit Elias per turbinem in cœlum.	3297	757	Moritur Phacee; pro eo regnat Oseas in Israël.	3445	609	Obsidetur Jerusalem: in Sedeciæ auxilium advenit rex Ægypti, quem repellit Nabuchodonosor.
3145	909	Mors Josaphat regis Juda.						
3146	908	Moritur Joram rex Juda; pro eo regnat Ochozias in Juda.	3300	754	Incipit Romulus condere Romam.			
			3308	746	Moritur Achaz; pro eo regnat Ezechias in Juda.	3446	608	Jerusalem captam incendit et templum rex Babylonis.
3151	903	Mors Joram reg. Israël; pro eo regn. Jehu.						

SEXTA ÆTAS MUNDI, A JERUSALEM CAPTA ET DIRUTA USQUE AD NATIVITATEM JESU CHRISTI.

Anno mundi	Ante J. Ch.	
3447	607	Judæi captivi ducuntur in Babylonem.
3448	606	Moritur in Ægypto Jeremias propheta.
3450	604	Baruch fugit de Jerusalem in Babylonem. Moritur Sedecias.
3452	602	Nabuchodonosor in somnio videt statuam prodigiosam.
3454	600	Nascitur Darius Medus.
3456	598	Sidrach, Misach et Abdenago in caminum mittuntur.
3460	594	Ezechiel in spiritu videt templum restauratum.
3461	593	Nascitur Salathiel, filius Jechoniæ.
3463	591	Nabuchodonosor videt arborem magnam.
3464	590	In sylvis errans sese abscondit, vivens more bestiarum.
3470	584	Ad sanitatem mentis reducitur Nabuchodonosor.
3471	583	Moritur Nabuchodonosor, anno abeunte.
3472	582	Regnat Evilmerodach : liber fit Jechonias.
3483	571	Annus jubilæus decimus octavus.
3492	562	Mors Evilmerodach; regnat pro eo Baltassar in Babylone.
Id.	*Id.*	Regnat Cyrus apud Persas; Darius apud Medos.
3498	556	Baltassar, qui et Neriglissar, in convivio perterritus, videns digitos scribentes in pariete.
Id.	*Id.*	Interficitur Baltassar; regnum Darii.
3516	538	Regnat Cyrus in Babylone.
3518	536	De captivitate ascendunt Judæi. Templi inchoant restaurationem.
3519	535	Daniel vaticinatur regna evertenda Persarum, Syriæ et Ægypti.
3523	531	Moritur Cyrus, rex Persarum.
3524	530	Pro Cyro regnat filius ejus Cambyses.
3531	523	Moritur Cambyses.
3532	522	Regnat Darius successor Cambysis.
3533	521	Annus jubilæus decimus nonus.
3538	516	Perficitur opus templi interioris.
3541	513	*Sacrificia* offeruntur, gratiarum actiones Deo tribuuntur, pro restauratione templi.
3554	500	Nascitur Abiud, filius Zorobabel.
3556	498	Hoc anno probabile est nasci Esdram.
3583	471	Annus jubilæus vigesimus.
3594	460	Esdras *cum multis* ascendit Jerosolymam cum edicto regis.
3600	454	Nehemias, impetrata licentia, venit Jerosolymam et ad murorum instaurationem hortatur. Prima Danielis hebdomas.
3605	449	Nascitur Eliacim, filius Abiud.
3621	433	Nehemias vadit apud Persas.
3629	425	In Jerusalem redit : moritur Artaxerxes.
3633	421	Annus jubilæus vigesimus primus.
3640	414	Mors Esdræ.
3651	403	Somnium propheticum Mardochæi apud Persas.
3652	402	*Convivium* Assueri : regina Vasthi repudiata.
3661	393	Aman mittit sortes in urnam quo die et quo mense gens Judæorum debeat interfici.
3683	371	Annus jubilæus vigesimus secundus.
3707	347	Nascitur Sadoc, filius Azor.
3718	336	Darius regnat in Perside; Alexander Magnus in Græcia.
3720	334	Darius victus ab Alexandro Magno.
3721	333	Alexander occupat Palæstinam.
3730	324	Mors Alexandri. Regnat Ptolemæus Lagus in Ægypto.
3753	321	Annus jubilæus vigesimus tertius.
3758	296	Nascitur Achim, filius Sadoc.
3783	271	Annus jubilæus vigesimus quartus.
3793	261	Mors Antiochi Soteris. Antiochus Deus.
3798	256	Nascitur Eleazar, pater septem Machabæorum.
3817	237	Nascitur Antiochus Magnus, rex Syriæ.
3833	221	Annus jubilæus vigesimus quintus. Moritur Evergetes.
3834	220	Regnat Ptolemæus Philopator.
3850	204	Mors Philopatoris; regnat Ptolemæus Epiphanes.
3860	194	Nascitur Eleazar, filius Eliud.
3867	187	Mors Antiochi Magni; regnat Seleucus Philopator.
3873	181	Mors Ptolemæi Epiphanis, regnat Philometor.
3876	178	Dositheus epistolam Phurim affert in Jerusalem.
3879	175	Moritur Seleucus : regnat Antiochus Epiphanes in Syria.
3882	172	Menelaüs pontificatum Jasonis usurpat.
3883	171	Annus jubilæus vigesimus sextus.
3885	169	Antiochus Epiphanes prædatur templum.
3886	168	In idololatriam inducit Judæos, et interficit Eleazarum.
3888	166	Moritur Mathathias, pater Machabæorum
3890	164	Judas Machabæus expugnat Lysiam, templumque purificat.
3891	163	Mors Antiochi Epiphanis : regnat Eupator.
3892	162	Annus sabbaticus.
3893	161	Mors Antiochi Eupatoris : regnat Demetrius Soter.
3894	160	Mors Judæ Machabæi, cui succedit frater ejus Jonathas.
3897	157	Bacchides congregat exercitum adversus Jonatham.
3911	143	Tryphon Jonatham insidiose captum interficit; cui succedit Simon.
3912	142	Mors Antiochi; regnat Tryphon.
3919	135	Simon a Ptolemæo genero suo interficitur
3920	134	Joannes Hircanus, pontifex Judæorum.
3921	133	Hircanus pacem et societatem init cum Antiocho Pio.
3925	129	Antiochus Pius vita fungitur apud Parthos
3931	123	Judæi Jerosolymitani scribunt ad fratres suos in Ægypto *commorantes*.
3933	121	Annus jubilæus vigesimus septimus.
3950	104	Mors Joannis Hircani.
3951	103	Filius Hircani Aristobulus nomen et regiam dignitatem usurpans eodem anno moritur.
3952	102	Cui frater Alexander Jannæus succedit.
3962	92	Nascitur Jacob, filius Mathan.
3968	86	Nascitur Anna prophetissa.
3978	76	Mors Alexandri Jannæi.
3979	75	Alexandra uxor Alexandri Jannæi regnat in Judæa.
3982	72	Nascitur Herodes Ascalonita.
3983	71	Annus jubilæus vigesimus octavus.
3987	67	Mors Alexandræ, Judæorum reginæ.
3988	66	Regnat Aristobulus qui Hircanum fratrem s. prælio vincit et in templo oppugnat.
3990	64	Nascitur S. Joachim, pater S. Virginis.
3991	63	Nascitur Octavianus Cæsar.
Id.	*Id.*	Pompeius occupat Jerusalem.
3998	56	Aristobulus a Gabinio captus, Romam mittitur.
4007	47	Herodes tetrarcha Galilææ factus.
4010	44	Mors Cæsaris, quem in senatu interficiunt Cassius et Brutus.
4012	42	Nascitur sanctus Joseph sponsus beatæ Virginis.
4017	37	Jerusalem occupat Herodes, a Sosio adjutus.
4018	36	Nascitur sanctus Jacobus Minor.
4026	28	Herodes uxorem Mariamnam occidi jubet.
4032	22	Fundamenta templi novi jacit Herodes.
4033	21	Annus jubilæus vigesimus nonus.
4039	15	Nascitur beatissima Virgo Maria.
4041	13	Dedicatio templi Herodis.
4042	12	Beata Virgo Maria a parentibus in templo offertur.
4044	10	Nascitur Nero, filius Drusi et Antoniæ.
4053	0	Nascitur sanctus Joannes Baptista die junii 24.
Id.	*Id.*	Cum ascendissent Joseph et Maria in Bethlehem, impleti sunt dies ut pareret Maria, et peperit filium suum (CHRISTUM) primogenitum et unigenitum, quem pannis involutum reclinavit in præsepio, idque vigesima quinta Decembris, ut constans fert traditio.
4054	1	Octavo a nativitate die, circumcisus est puer et vocatus JESUS.
		Magi paulo post veniunt ab Oriente adorare eum.
		Die host partum 40, Maria Jerosolymam ad templum venit, tum ut puerum Jesum sisteret Domino; tum ut hostiam offerret par turturum aut duos pullos columbarum.
		Exinde Joseph in somnis ab Angelo præmonitus, accepit puerum et matrem ejus, et fugit in Ægyptum.
		Herodes vero infantem perdere volens, occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem et in finibus ejus, a bimatu et infra... Mors Herodis.
4055	2	Archelaüs regnat in Judæa.
4056	3	Cum audisset Joseph Archelaüm regnare in Judæa, Herode mortuo, divinitus admonitus secessit et habitavit in urbe Nazareth.
4062	9	Archelaüs apud Cæsarem accusatus, Viennam Galliæ relegatur, ubi misere vitam finit.
4063	10	Templum Jerusalem a Samaritanis profanatum.
4065	12	Jesus in templo invenitur inter doctores.
4066	13	Annius Rufus præficitur Judææ.
4067	14	Mors Augusti; regnat Tiberius.
4072	19	Valerius Gratus succedit Annio Rufo et præses fit Judææ.
4079	26	Pontius Pilatus succedit Valerio Grato.
4083	30	Jesus Christus a Joanne baptizatur in Jordane.
4084	31	Interficit Herodes sanctum Joannem propter saltatricem.
4086	33	*Crucifigitur* Jesus Christus; *moritur* : tertia die resurgit a mortuis.
4087	34	Conversio sancti Pauli.
4088	35	Abdicatur Caïphas a Vitellio, præside Syriæ.
4089	36	Nascitur Domitius Nero.
Id.	*Id.*	Pontius Pilatus deponitur; cui succedit Marcellus.
4091	38	Herodes ad Lugdunum Galliæ cum sua Herodiade damnatur exilio. Addit Josephus : « in Hispaniam fugit, et, in Hispania peregrinante secum etiam uxore, decessit. »

FINIS HUJUS PRIMÆ TABULÆ CHRONOLOGICÆ ET HISTORICÆ.

CHRONOLOGIA SECUNDA HISTORIÆ SACRÆ,

JUXTA SUPPUTATIONEM ALTERAM, SERVATA HUJUSCE NOMINUM ORTHOGRAPHIA AD FACILIOREM INTELLIGENTIAM.

Sic totius ævi spatium in septem ætates distribui potest, quibus absolutis, futura est illa octava in Sanctorum beatitudine nunquam finem habitura, quam etiam Christus præsignavit, qui octavo, id est, septimum proxime sequenti die resurgere voluit.

Ætas I mundi comprehendit	1656	annos,	1	menses,	26	dies, a creatione ad diluvium.
Ætas II.	426	—	4	—	18	— a diluvio ad vocationem Abraham.
Ætas III.	430	—	»	—	»	— ab illa vocatione ad Exodum.
Ætas IV.	479	—	»	—	17	— ab Exodo ad jacta templi fundamenta.
Ætas V.	475	—	11	—	29	— a fundamentis templi ad finem captivitatis.
Ætas VI.	531	—	7	—	3	— a libertate donata per Cyrum, ad Christum natum.
Summa.	3999	annos,	2	menses,	3	dies.

Ætas VII vero, quæ a Christo nato anno incipit, indefinita est.

ÆTAS PRIMA, A CREATIONE AD DILUVIUM.

Anno mundi	Ante ær. v.	
1	4004	Creationis initium supponimus factum nocte illa, quæ diem 23 Octobris nostri præcesserit. Absoluta est intra sex dies. Prima die creavit Deus supremum cœlum cum Angelis; deinde infimum hunc globum ex abysso et terra conflatum. Cumque terra esset incomposita et invisibilis, in medio ipso die creata est lux quam a tenebris distinguens Deus, illam appellavit Diem, et tenebras Noctem. — Secunda die expanso creato, quod Cœlum est appellatum, distinctio facta est inter aquas superiores et inferiores terræ circumfusas. — Tertia die, aquis inferioribus in locum unum confluentibus, apparuit Arida, quam germinare Deus fecit herbas, plantasque cum seminibus et fructibus. Paradisus in Eden constituitur, in quo omne lignum pulchrum visu et ad vescendum suave; arbor quoque vitæ, et arbor scientiæ boni et mali. — Quarta die creantur sol et luna, reliquaque sidera. — Quinta die, aquatilia et volatilia creata sunt, et fœcunditate donata. — Sexta die, terrestria animalia creata sunt, tam grandia quam repentia. Demum vero homo ad imaginem Dei conditus est. Tum circa vesperam ex dormientis latere costa desumpta mulier formatur. — Septima die, quievit Deus ab universo opere; diei septimo benedicens, Sabbatum instituit et sanctificavit. Primi conjuges in Paradisum introducti, fructu arboris boni et mali interdicuntur. Deus universa animantia terræ et volatilia cœli adduxit ad Adam, ut videret quid vocaret ea. Diabolus vero eorum felicitati invidens, mulierem per serpentem, per mulierem virum ad peccatum sollicitat. Citatis et convictis a Deo pœnæ imponuntur, statimque ipsi e Paradiso ejiciuntur, ne de fructu vitæ, quem hactenus non attigerant, vescantur. Quod die mundi 10 non incongrue factum videri potest.
2	4003	Post lapsum, primus e muliere nascitur Caïn, deinde Abel.
130	3874	Abele autem a fratre Caïno occiso, Deus alium Evæ filium reposuit nomine Seth, anno Adami et mundi 130.
235	3769	Cujus filius Enos, anno Seth 105, nascitur.
325	3679	Caïnan filius Enos nascitur, anno patris 90.
395	3609	Malaleel filius Caïnan nascitur anno Caïnan 70.
460	3544	Jared filius Malaleel, anno patris sui 65, nascitur.
622	3382	Enoch filius Jared, anno patris sui 167, nascitur.
687	3317	Mathusala filius Enoch, anno patris sui 65, nascitur.
874	3130	Lamech, filius Mathusala, anno patris sui 187, nascitur.
930	3074	Adam moritur, annos natus 930.
987	3017	Enoch homo septimus ab Adam transfertur, annos natus 365.
1042	2962	Seth moritur, annos natus 912.
1056	2948	Noë homo decimus ab Adam nascitur in annos patris sui Lamech 182.
1140	2864	Enos moritur, annos natus 905.
1235	2769	Caïnan moritur, annos natus 910.
1290	2714	Malaleel moritur, annos natus 895.
1422	2582	Jared moritur, annos natus 962.
1556	2448	Japheth primogenitus Noë nascitur, anno patris 500.
1558	2446	Sem secundo genitus Noë nascitur.
1651	2343	Lamech moritur cum 777 esset annorum.
1656	2348	Mathusala annos natus 969 moritur paulo ante diluvium. Hujus anni mense 2, die 10 mensis (Decembris nostri 1) Deus edicit Noë ut se paret ad ingressum in arcam. Mensis 2 die 8 (Decembris 8) Noë cum suis et animantibus omnibus in arcam ingresso, pluviam immisit Deus super terram diebus 40 et 40 noctibus, et prævaluerunt aquæ.

SECUNDA ÆTAS MUNDI, A DILUVIO AD VOCATIONEM ABRAHAMI.

Anno mundi	Ante ær. v.	
		Diluvium duravit annum integrum. *Vita autem hominum quasi dimidio brevior facta est.* Noë siccata jam terra exivit ex arca.
1657	2347	Deus autem terram corruptam nova benedictione reparat.
1658	2346	Arphaxad filius Sem nascitur, anno patris sui centesimo, secundo post diluvium.
1693	2311	Sale filius Arphaxad nascitur, anno patris sui 35.
1723	2281	Heber filius Sale nascitur, anno patris sui 30.
1757	2247	Phaleg filius Heber nascitur, anno patris sui 34. *Exinde anni humanæ vitæ iterum quasi dimidio breviores fiunt.*
1787	2217	Reu nascitur anno patris sui Phaleg 30.
1819	2185	Sarug nascitur anno Reu patris sui 32.
1849	2155	Nachor nascitur anno patris sui Sarug 30.
1878	2126	Thare nascitur anno patris sui Nachor 29.
1915	2079	Ægialeus Sicyoniorum in Peloponneso regnum incœpit, annis 1313, ante primam Olympiadem.
1920	2084	Hysci, quod lingua Ægyptiaca reges pastores sonat, ex vicina Arabia irrumpentes Memphim capiunt, totaque Ægypto inferiori potiuntur.
1948	2056	Haran primogenitus Thare nascitur anno patris sui 70.
1996	2008	Phaleg moritur, annos natus 239.
1997	2007	Nachor moritur, annos natus 148.
2006	1998	Noë moritur, annos natus 950.
2008	1996	Abram, postea dictus Abraham, tertius Thare filius nascitur anno patris sui 130.
2018	1986	Saraï, sive Sara, quæ et Ischa, ex Haran septuagenario nascitur.
2026	1978	Reu moritur annos natus 239.
2049	1955	Sarug moritur, annos natus 230.
2083	1921	Hoc fere tempore, Chodorlahomor rex Elam, sive Elamidis, inter Persiam et Babyloniam sitæ, Pentapoleos reges subegit, qui ei servierunt annis duodecim. — Abram a Deo vocatur ex Ur Chaldæorum in Mesopotamia: Charamque pervenit in eadem Mesopotamia sitam, ubi Tharei patris sui gravi imbecillitate detentus, consedit, donec ille anno vitæ 205 moreretur.

TERTIA MUNDI ÆTAS, A VOCATIONE ABRAHAMI AD EXODUM.

Anno mundi	Ante ær. v.	
2083	1921	Abrahamum, patre mortuo, denuo vocat Deus, addita etiam Evangelici fœderis promissione, anno ætatis 72. Indeque 430 anni peregrinationis et servitutis assumendi.
2084	1920	Abram descendit in Ægyptum, fame cogente.
2091	1913	Rex Sodomæ cum reliquis adversus Chodorlahomor rebellat. Abram Lothum liberat et decimas offert Melchisedecho.
2094	1910	Ismaël nascitur filius Abram ex Agar ancilla Saraï.
2096	1908	Arphaxad moritur annos natus 438.
2107	1897	Circumcisio instituitur, nominaque Abram in Abraham, et Saraï in Sara mutantur. Sodoma evertitur.
2108	1896	Isaac nascitur, nec diu post Moab et Ammon, eodem patre et avo Loth.
2113	1891	Ablactatur Isaac; et Ismaël eum persequens ejicitur cum Agar: indeque anni numerandi quibus Abrahami semen affligendum in terra non sua prædixerat Deus.
2126	1878	Sale moritur annos natus 433.
2145	1859	Isaac per fidem offertur ab Abrahamo, anno ætatis 37. — Sara moritur eodem anno, ætatis suæ 127.
2148	1856	Isaac ducit Rebeccam filiam Bathuëlis, filii Nachor, fratris Abraham. Inachus Argivorum in Peloponneso primus rex, regnat per annos 50.
2158	1846	Sem moritur annos natus 600.
2168	1836	Jacob et Esaü nascuntur, anno Isaac 60.
2179	1825	Thermosis sive Amosis, rex Ægypti superioris, Hyscos sive pastores ex Ægypto pellit inferiori; illique in Phœniciam sibi sedes eligunt.
2183	1821	Abraham moritur annos natus 175.

CONTINUATUR ÆTAS MUNDI TERTIA.

Anno mundi	Ante ær. v.	
2187	1817	Heber moritur annos natus 464. Hic omnium post diluvium diutissime vixit.
2208	1796	Ogygium in Attica diluvium.
2237	1773	Ismaël moritur annos natus 137.
2242	1762	Evechoüs apud Chaldæos imperare cœpit 224 annis ante Arabes; qui videtur esse Belus Babylonius, sive Jupiter Belus, a Chaldæis postea deus habitus.
2245	1759	Isaac senex (ann. 44 ante obitum) filiis benedicit. Jacob fugit ad Laban.
2252	1752	Jacob cum septem annis apud Laban servisset, ducit Liam et Rachelem.
2253	1751	Ruben ejus primogenitus ex Lia nascitur.
2254	1750	Levi tertius filius de eadem nascitur.
2256	1748	Judas quartus de eadem nascitur.
2259	1745	Joseph de Rachele nascitur, anno 14 servitutis Jacobi finito.
2265	1739	Jacob cum adhuc annos sex servisset, redit in patriam.
2276	1728	Joseph venditur a fratribus, anno ejus 17 incunte, et servit annis 14.
2287	1717	Carcere conclusus, duobus aulicis somnia interpretatur.
2288	1716	Isaac moritur, 180 annos natus.
2289	1715	Joseph exaltatur, atque ab hujus anni messe, septem ubertatis anni numerantur.
2296	1708	Anni septem famis cœperunt; et Joseph annos natus 37 universa Ægypti horrea aperuit.
2298	1706	Jacob cum universa familia descendit in Ægyptum, anno secundo sterilitatis jam exacto.
2315	1689	Jacob moritur in Ægypto, cum ibi fuisset annis 17.
2369	1635	Joseph moritur, cum Ægypto præfuisset annis 80.
		Atque hic terminatur liber Genesis.
2391	1613	Levi moritur in Ægypto, annos natus 137.
2427	1577	Ramesses Miamûn regnat annis 66, mensibus 2 : rex ille novus, qui non noverat Joseph, quique infantes submergi imperavit. Ejus cognomen a *Moy*, quod lingua Ægyptiaca aquam significat : unde est Neptuni a mythologis impositum illi nomen. Filios habuit Amenophim et Busiridem.
2430	1574	Aaron nascitur, anno ante Exodum 83.
2433	1571	Moyses nascitur, anno 80 ante Exodum, post mortem Levi 41.
2448	1556	Cecrops Ægyptius Athenarum regnum condidit. Victis Chaldæis, Arabes in Babylone regnarunt. Primus eorum rex Mardocentes per annos 45 regnat, qui videtur esse Merodach, pro deo habitus.
2473	1531	Moyses, occiso Ægyptio, fugit in terram Madian.
2474	1530	Caleb nascitur.
2494	1510	Ramesses Miamûn moritur. Ei succedit filius Amenophis
2513	1491	Moyses videt rubum ardentem, et ad liberandum populum mittitur cum haberet annos 80.
Id.	*Id.*	Mensis Abib (qui deinceps primus mensis anni erit) die 15 Israëlitæ ad sexcenta millia Ramesse proficiscuntur.

QUARTA MUNDI ÆTAS, AB EXITU EX ÆGYPTO AD JACTA TEMPLI FUNDAMENTA.

Anno mundi	Ante ær. v.	
2513	1491	Mense secundo ab exitu, manna pluit de cœlo, quo pane deinceps, annis 40 vescuntur Israëlitæ. — Mense tertio legem Decalogo comprehensam promulgavit Deus. Immolatis victimis fœdus inter Deum populumque sancitur. — Mense quarto, duas legis tabulas obtinet Moyses, quibus ob vituli idololatriam fractis, sexto tandem mense, tabulis prius dispositis, cum lege denuo scripta de monte descendit.
2514	1490	Primo hujus anni semestri tabernaculum, arca fœderis, altare, mensa positionis, candelabrum, et reliqua instrumenta sacra in deserto Sinaï fabricantur. — Anno secundo ab exitu, primi mensis die prima tabernaculum erigitur.
2522	1482	Ægyptus, qui et Ramesses, et Sosootris, et Sesoosis dicitur, Amenophis, sive Beli filius, fratrem suum Daneum regno pellit, et Ægypto nomen suum dedit. *Juxta* Diod.
2533	1471	Busiris, Neptuni, sive Ramessis Miamûn filius apud Nili vicina loca tyrannidem exercet.
2549	1455	Phœnix et Cadmus, de Thebis Ægypti in Syriam profecti apud Tyrum et Sidonem regnarunt.
2552	1452	Anno 40 ab exitu mense secundo, Maria soror Moysis et Aaron moritur, utroque fratre senior, quæ ad annos 130 pervenerat.
Id.	*Id.*	Eodem anno, mense quinto, die prima, Aaron in vertice montis Horeb moritur anno ætatis 123.
2553	1451	Anno sequenti mense sexto, Israëlitæ pugnant contra Arad. Serpens erigitur. Sehon et Og debellantur. Balaam accersitur a Balac. Sors duarum tribuum et semis citra Jordanem assignatur. Tandem mense duodecimo Moyses moritur, annos natus 120.
		Atque hic finitur Pentateuchus, historiam annorum 2552 cum dimidio complectens; et liber Josuë cum anno 41 ab exitu incipit.
Id.	*Id.*	Primo mense, Josuë duo sexploratores mittit. Jordanem transit. Circumcisionem redintegrat. Jerichontem expugnat. Aïn delet, punito prius Achan sacrilegio. Solem et lunam stare præcipit. Quinque reges suspendit. Atque ita terminatur annus 2553, in cujus medio, cessante manna, de proventu terræ populus vivere cœpit.
2554	1450	Ab autumno hujus anni, quo primum serere Israëlitis contigit, numerandus primus annus agriculturæ, et radix annorum sabbaticorum ibi figenda.
2559	1445	Devictis quinque regibus, reliqui omnes conjunctis copiis sese Israëlitis opposuerunt : contra quos Josuë toto sexennio bellum gessit.
Id.	*Id.*	Josuë jam senex terram cis Jordanem novem tribubus et dimidiæ Manassi dividit. — Prima quies per Josuë terræ data.
2560	1444	Annus septimus a terra primum coli cœpta, et primus sabbaticus, a quo jubilæorum epocha ducenda.
Id.	*Id.*	Josuë moritur, annos natus 110, cum præfuisset annis circiter 17.
		Atque hic terminatur liber Josuë.
2585	1419	Sub senioribus qui longo post Josuë vixerunt tempore, Israël servivit Domino, puta per annos circiter 15.
2591	1413	Interregnum annorum aliquot, puta 6, quibus non erat rector in Israël; sed suo quisque vivebat arbitrio. Quo spatio contigere ea quæ quinque postremis capitibus libri Judicum continentur, de idolo Michæ, de uxore Levitæ cujusdam, etc., etc.
2599	1405	Prima servitus in manu Chusan Mesopotamiæ regis per annos 8.
Id.	*Id.*	Othoniel Israëlem liberat, et quievit terra anno 40 post quietem a Josuë primam constitutam.
2609	1395	Jubilæus primus in terra actus
2658	1346	Jubilæus secundus in terra actus.
2658	1346	Secunda oppressio annorum 18, sub Eglon Moabitarum rege.
2680	1324	Aod Eglonem interimit; et quievit terra anno 80 post quietem proximam ab Othoniele restitutam.
2682	1322	Samgar sexcentos Philisthæos occidit stimulo bovis.
Id.	*Id.*	Belus Assyrius in Babylonia post Arabes regnat annis 55. Jul. Afr.
2699	1305	Tertia servitus annorum 20 sub Jabin Chananæorum rege.
2707	1297	Jubilæus tertius in terra actus.
2719	1285	Debbora cum Barac Sisaram profligavit, et quievit terra anno 40 post quietem superiorem.
2752	1252	Quarta Israëlitarum oppressio, annorum 7 sub Madianitis.
2756	1248	Jubilæus quartus.
2759	1245	Gedeon, qui et Jerobaal, Madianitas profligavit : quievitque terra anno 40 post quietem superiorem a Debbora et Barac restitutam.
2768	1236	Cum primum vita excessit Gedeon, Israëlitæ ad idololatriam conversi sunt.
Id.	*Id.*	Abimelech ejus filius regnum affectans septuaginta fratres suos interimit.
2771	1233	Cum triennio regnasset Abimelech, ad obsidionem Thebes, fragmento lapidis a muliere jacto interiit.
2772	1232	Tola judicavit populum Israël per annos 23.
2789	1215	Semiramis, Nini uxor, universa Asiæ præter Indos imperavit. Vixit annos 62.
2790	1214	Heli sacerdos nascitur.
2795	1209	Tolæ successit Jaïr, qui Israëlem judicavit annis 22.
2799	1205	Quinta servitus 18 annorum sub Philisthæis et Ammonitis.
2805	1199	Jubilæus quintus.
2817	1187	Jephthe Jaïro successit, qui ab Ammonitis Israëlitas liberavit, et annis 6 judicavit.
2820	1184	Troja a Græcis expugnata, annis 408 ante primam Olympiadem.
2823	1181	Mortuo Jephthe, Abesan judicavit Israëlem per annos 7.
2830	1174	Elon ei successit, et judicavit Israël annos 7.
2851	1173	Ninius, interfecta Semiramide matre, apud Assyrios regnat 38 annis.
2840	1164	Eloni succedit Abdon, qui 8 annos judicavit.
Id.	*Id.*	Huic successit Heli summus sacerdos qui judicavit annis 40, rursumque peccantes filii Israël traditi sunt in manus Philisthæorum, annos item 40.
2850	1154	Samson Nazaræus nascitur.
Id.	*Id.*	Samuël quoque nascitur.
2854	1150	Jubilæus sextus.
2869	1135	Heli judicis officium exequente, vindicis quoque partes agere cœpit Samson, quasi 19 annorum existens.
2887	1117	Samson Dagonis ædem divellens, plures moriens interficit quam vivus occiderat, cum judicasset Israëlem annos 20.
2888	1116	Arca capitur. Ophni et Phinees in prælio occiduntur. Heli fracta cervice moritur. Ei Samuël sufficitur. Arca post septem menses remittitur.
2903	1101	Jubilæus sextus.
2908	1096	Annis 20 postquam arca in Cariathiarim permansit, Samuël insignem de Philistæis obtinuit victoriam.
2909	1095	Israëlitæ regem sibi dari petunt, quibus Saül 40 annis datur, cum Samuël hactenus per annos 21 cum dimidio judicasset.
2911	1093	Saül imperio suo a Philisthæis est velut exutus, cum duobus annis regnasset. Israële oppresso gravi servitute, qua tandem amota, Saül regnum super Israël recuperasse dicitur.
Id.	*Id.*	Samuël pronuntiat Saüli, quæsivisse Dominum sibi virum juxta cor suum, ut esset dux super Israël, de Davide loquens annis 8 antequam esset natus.
2919	1085	David nascitur.

CONTINUATUR ÆTAS MUNDI QUARTA.

Anno mundi	Ante ær. v.	
2934	1070	Saüle rejecto, Samuël in Bethlehem mittitur ad ungendum David, qui tum erat circiter annorum 15.
2942	1062	David Goliath occidit, tunc annos circiter 23 natus.
2944	1060	Industria Michol manus Saülis evadit. In Nobe panes et gladium obtinet, quam ob causam Saül sacerdotes omnes trucidat.
2945	1059	David de Ceïla in desertum Ziph se recipit.
2946	1058	Inde in locis Engaddi, ubi oram chlamidis Saül abscidit.
2947	1057	Samuël moritur, annos natus circiter 97.
2949	1055	Abigaïlem David ducit uxorem. Saülis dormientis hastam abstulit, et ad Achis se recipit.
Id.	*Id.*	Saül Pythonissam consulit. Siceleg vastatur, et post aliquot menses Saül et filii ejus in prælio contra Philisthæos occiduntur. — David annos 30 natus in Hebron unctus, super domum Judæ per annos 7 cum dimidio regnat.
2951	1053	Exacto biennio, quo pacifice Israëlis regno potiebatur Isboseth, diutinum inter ipsum et David bellum exarsit.
2952	1052	Jubilæus octavus.
2957	1047	David arcem Sion occupat, ibique sede constituta, annos 33 universo Israëli imperat.
2959	1045	Arca fœderis, primo sabbatico Galgala inducta in Silo, hoc etiam anno sabbatico de Cariathiarim, quo ante annum 10 translata fuerat, e domo Abinadab in domum Obededom primum, deinde post tres menses in arcem Sion inducta est, ubi permansit usque dum a Salomone proximo jubilæo in templum infertur.
2960	1044	David Nathan consilium suum aperit de æde Deo construenda. Cui responsum est id a filio pacifico Salomone ipsi nasciturо perficiendum.
2967	1037	Legati ad Ammonitarum regem consolandum missi, indignis modis accipiuntur.
2969	1035	Cum Bethsabee adulterium. Agebat tunc David annum 50.
2970	1034	Post natum ex adulterio filium, David a Nathan correptus resipuit. Infans nihilominus moritur.
2971	1033	Salomon ex Bethsabee jam legitima uxore nascitur.
2972	1032	Amnon sororem suam Thamar violavit.
2974	1030	Biennio post, Absalonis jussu ille interficitur. Absalom vero fugit apud Tholmaï regem Gessur avum suum maternum, ibique triennium mansit.
2981	1023	David fugit a facie Absalom. Absalom a Joab confoditur.
2987	1017	David universo populi censu instituto, iram Dei in Israëlitas accendit.
2988	1016	Universam materiam ad structuram domus Dei præparat.
2989	1015	Salomonem regem instituit.
2990	1014	David moritur cum regnasset in Hebron 7 annis et 6 mensibus; in Jerusalem vero 33 annis.
2991	1013	Salomon Pharaonis filiam ducit : sapientiam a Deo petit.

ÆTAS MUNDI QUINTA, A FUNDATIONE TEMPLI AD FINEM BABYLONICÆ CAPTIVITATIS.

Anno mundi	Ante ær. v.	
2993	1011	Salomon anno 480 ab exitu ex Ægypto, anno 4 regni sui, mensis secundi die secunda, templi jacit fundamenta, ita ut ille annus ex parte concurrat cum anno mundi 2992.
3000	1004	Anno undecimo ejus regni, mense octavo, tota structura est absoluta.
3001	1003	Jubilæus nonus. Quartum mundi millenarium aperiens, in quo templi dedicatio magnifice celebrata est mense septimo, circa festum tabernaculorum.
3013	991	Salomon regiæ suæ structuram absolvit. Jam senex adamat mulieres alienigenas.
3029	975	Moritur cum regnasset 40 annis.
Id.	*Id.*	Roboam ejus filius decem tribus a se avertit, qui Jeroboamo se dediderunt regno bifariam distracto.
3030	974	Roboam regnat in Juda 17 annos.
Id.	*Id.*	Jeroboam regnat in Israël annos 22.
3046	958	Abia filius Roboam patri succedens, regnat annis 3 in Juda.
3049	955	Asa filius Abia patri succedens regnat in Juda 41 annis.
3050	954	Jubilæus decimus.
Id.	*Id.*	Nadab patri succedit in Israël 2 annis.
3051	953	Baasa Nadab occidit, et regnum occupat per 24 annos.
3074	930	Ela filius Baasa regis Israël regnat duobus annis.
3075	929	Zamri regnum Israël occupat, septem diebus. Amri a populo rex constituitur, et regnat cum Thebni annis 12.
3079	925	Mortuo Thebni, solus regnare cœpit Amri.
3086	918	Achab filius Amri regnat in Israël 22 annis.
3090	914	Josaphat rex Juda patri suo Asa successit, et regnavit 25 annis.
3099	905	Jubilæus undecimus.
3106	898	Achab rex Israël proregem Ochosiam constituit, qui duobus annis regnum administravit.
3108	896	Joram filius Achab, Ochosiæ fratri succedit, et regnat 12 annis.
Id.	*Id.*	Elias sub Achab, Ochosia et Joram, prophetavit, per annos circiter 20.
3112	892	Josaphat rex Juda jam senior Joramum regni consortem constituit.
3118	886	Ochosias patre morbo graviter laborante, prorex in Juda constituitur.
3119	885	Et tandem patre mortuo in regnum succedit in Juda.
3120	884	Athalia regnum Juda occupat per annos 6.
Id.	*Id.*	Jehu ab uno ex prophetis unctus in regem regnat 28 annis super Israël.
3126	878	Joas septennis puer, a Joïada sacerdote productus, rex ungitur, et regnat 40 annis.
3148	856	Jubilæus duodecimus.—Joacham filius Jehu patri succedens regnat in Israël 17 annis.
Id.	*Id.*	Ælisæus propheta sub Jehu et Joacham docuit, et ad Joas initia pervenit, annis circiter 50.
3163	841	Joas rex Israël a patre regni particeps factus, regnat 16 annis.
3165	839	Amasias rex Juda patri succedens regnat 29 annis.
Id.	*Id.*	Jonas prædicit regnum ab oppressione Syrorum vindicandum.
3168	836	Jeroboam II a patre ad bellum Syriacum profecturo in regni Israël consortium assumitur.
3179	825	Joas rex Israël mortuo, Jeroboam demum dicitur regnasse pro eo 41 annis.
3194	810	Ozias sive Azarias, patre Joas rege Juda per conjurationem interfecto, regnum accepit, et annis 51 regnavit.
Id.	*Id.*	Osæas propheta docuit circa ista tempora per integrum fere sæculum. Eodem tempore prophetat Joël.
3195	809	Phul Assyriorum rex, Sardanapali pater, regnat 42 annis. Illeque videtur esse qui prædicatione Jonæ pœnitentiam egit.
3197	807	Jubilæus decimus tertius. Amos prophetare incœpit, anno Oziæ 23, nec ejus regnum est transgressus.
3217	797	Mortuo Jeroboam II, in præceps omnia ruere, et ad anarchiam undecim annorum res Israël deducta est.
Id.	*Id.*	Abdias et Isaïas prophetant in his temporibus.
3228	776	Prima Græcorum Olympias.
3232	772	Jonas ad prædicandum Ninivitis mittitur.
Id.	*Id.*	Zacharias quartus et postremus e stirpe Jehu, regnat in Israël.
3233	771	Sellum cum interfecisset Zachariam, regnavit in Israël.
Id.	*Id.*	Manahem Sellum occidit, et per undecim fere menses de regni possessione contendit; tandemque auxilium ferente Phul rege Assyriorum, regnare cœpit pacifice.
3237	767	Sardanapalus Assyriorum imperium obtinet annis 20.
3243	761	Phaceïa patri suo Manahem succedit in Israël, et regnat biennio.
3245	759	Phacee filius Romeliæ, interempto Phaceïa, regnat annis 20.
3246	758	Jubilæus decimus quartus. Joatham, patre mortuo suo Ozia, regnum Juda suscipit, et annis 16 regnat. Sub eo et duobus ejus successoribus Michæas prophetavit, annis circiter 50.
3257	747	Arbaces Mediæ præfectus Niniven expugnat. Atque ita destructum est Assyrium imperium, postquam annos 520 stetisset. — Ninus junior Assyriorum obtinet imperium : is est qui dicitur Theglathphalasar.
3262	742	Achaz patri suo Joatham succedit, et annis 16 regnat in Juda.
3265	739	Osee filius Elæ, interfecto Phacee, regnum Israël invadit.
3276	728	Salmanasar patri suo Theglathphalasar succedit in regno Assyriæ, et facit tributarium Osee regem Israël.
3277	727	Ezechias rex Juda patre mortuo regnat 29 annis.
3283	721	Anno Osee 9 Salmanasar Samariam per annos tres obsidet et capit, et decem tribus in captivitatem abducit. Atque hic finis regni Israël.
Id.	*Id.*	Post abductas decem tribus, Nahum prophetat, consolatur captivos et obsessos.
3291	713	Cum jugum Assyriorum excussisset Ezechias rex Juda, Sennacherib qui patri suo Salmanasar successerat, regnum Judæ invadit. Ex lethali vulnere decumbenti Ezechiæ Isaïas prorogationem regni in 15 annos et liberationem e manu Assyriorum, signo mirabili, umbræ solaris retroactæ, dato, denuntiat. Reipsa ab Angelo occisis 185 hominum millibus de exercitu Assyriorum una nocte, in Assyriam revertitur Sennacherib, et a duobus filiis occiditur, cui succedit Asarhaddon.
3294	710	Cum Medi huc usque sine rege fuissent, Dejocis imperio sese subjiciunt.
3295	709	Jubilæus decimus quintus reliquorum omnium medius, et post acta Salomon encænia lætissimus ob tantæ liberationis tam recentem memoriam.
3306	698	Manasses morienti Ezechiæ, bono patri, impius succedit filius annos tantum 12 natus, annisque 55 regnavit Jerosolymis.
3327	677	Eodem tempore quo Samariam inducti coloni, principes exercitus regis Assyriæ in Judæam progressi, Manassem in vepretis latitantem ceperunt, et compedibus vinctum Babylonem abduxerunt.
3344	660	Jubilæus decimus sextus. — Circa id tempus historia Judith.
3361	643	Amon impius patri Manassi succedit.
3363	641	Josias, octennis puer, Amon patri per domesticorum proditionem occiso succedit, et regnat 31 annis.
3375	629	Anno Josiæ regni 13, Jeremias adhuc puer ad propheticum munus a Deo vocatur. Ei adjunguntur Sophonias, Baruch, et alii. Holda prophetissa sub Josia quoque floruit.
3393	611	Jubilæus decimus septimus.
3394	610	Josia a Nechao rege Ægypti occiso, populus Joachaz juniorem ejus filium in regem unxit; sed post tres menses Nechao regem constituit Eliakim fratrem ejus seniorem, quem Joakim appellavit.

CONTINUATUR ÆTAS MUNDI QUINTA.

Anno mundi	Ante ær. v.	
3397	607	Hoc circiter tempore Habacuc prophetavit, cum jamjam immissurus esset Deus Chaldæos in Judæam.
3398	606	Judæam invasit Nabuchodonosor, et Joakim catenis vinxit, undeque initium captivitatis Babyloniæ, LXX annorum, in qua Daniel, tunc annorum circiter 8, cum cæteris captivis abductus est. Qui vixit usque ad Cyri tempora, hoc est, ad annum circiter 80.
3401	603	Joakim postquam tribus annis in fine Nabuchodonosoris permansit, rebellavit.
3405	599	A Chaldæis vero captus, abjectus est insepultus.
Id.	*Id.*	Ei successit filius ejus Jechonias, qui cum menses tres et dies decem regnasset, captivus abductus est cum matre et proceribus.
Id.	*Id.*	Anno 5 a deportatione prophetare incipit Ezechiel.
3409	595	In locum Jechoniæ substituitur Mathanias patruus ipsius, Josiæ filius, nomine suo in Sedeciam mutato.
3435	569	Mente alienatus Nabuchodonosor, per septem annos bestiarum more vivit.
3468	536	Sanitati et regno restitutus paulo post moritur, cum regnasset solus annos 43, cum patre menses circiter 20. Ei successit Evilmerodach, anno a deportatione Jechoniæ 37, cujus convivæ Jechonias et Daniel. Cum Evilmerodach paulo plus quam duobus annis regnasset, eum occidit Neriglissar, qui adversus Medos et Persas, subditos suos et socios sollicitat. Hac occasione Cyrus a patre Cambyse et avunculo Cyaxare, totius exercitus imperator constituitur. Hoc in prælio Babylonius occiditur. Laborosoarchadus patri Neriglissari succedens regnat menses novem. Quo interfecto, ei succedit Nabuchodonosoris ex filio nepos Nabonydas, qui et Danieli Baltassar, regnatque annos 17. Baltassar eadem nocte qua convivium celebrabat a militibus Cyri interficitur. Estque regnum Babylonicum ad victores Medos et Persas translatum. Tunc Darius Medus Chaldæorum imperium a victore Cyro accepit.
		Jubilæus decimus octavus habitus erat anno 3442, quem prætermittere debuimus, ne secaretur series Nabuchodonosoris.

ÆTAS SEXTA MUNDI, A LIBERTATE CONCESSA PER CYRUM AD CHRISTUM NATUM.

Anno mundi	Ante ær. v.	
3550	454	Cyrus, exinde Cambyse patre in Persia et Cyaxare patruo (sive Dario Medo) in Media, vita functis, solus Orientis monarchia potitus est annis septem; tuncque Judæis redeundi potestatem fecit. Septuagenarius vero vita functus est. Cambyses ejus filius regnat annos 7 et menses 5. Quod reliquum anni, Magus occupavit. Magi fraude detecta, a septem conjuratis ille conficitur; e quibus Darius Hystaspis unus, rex ab aliis salutatur, regnatque annis 36. Hunc reginæ Esther Assuerum esse putamus. Xerxes Darii filius regnat annis 12, qui omnem vim adversus Græcos concitavit, juxta vaticinium Danielis. Artaxerxes Longimanus ejus filius regnat annis 48. Anno regni ejus septimo, Esdras diploma obtinuit ad rempublicam Judaïcam reformandam, et cum magna Judæorum multitudine profectus est. Anno quidem 20, mense Nisan, restituendæ Jerusalem potestatem obtinet Nehemias; nam licet magna pars populi jam esset in patriam redux, parum processerat opus propter vexationes Samaritanorum. Intra hoc tempus, nempe ab anno 3468 ad annum 3550 extiterunt Aggæus propheta Judæorum negligentiam in extruendo templo carpens; Zacharias propheta populum ad resipiscentiam hortans. Habitique sunt jubilæi decimus nonus et vigesimus. Hinc est initium *septuaginta septimanarum Danielis*.
3562	442	Nehemias redit ad regem Persarum.
Id.	*Id.*	Malachias ultimus prophetarum videtur Nehemiæ æqualis.
3589	405	Jubilæus vigesimus primus.
3638	366	Jubilæus vigesimus secundus.
3674	330	Ab anno 3579 quo mortuus est Xerxes I, regnarunt Xerxes II ejus filius : Secundianus, Xerxe fratre interfecto : Ochus alter Artaxerxis filius, necato Secundiano; qui Ochus mutato nomine, Dariæus sive Darius Nothus est appellatus : Artaxerxes Mnemon : Ochus II, qui voluit Artaxerxes cognominari. Quo a Bagoa Ægyptio interfecto, regnavit Arsen filius ejus minimus : quo item a Bagoa sublato, Codomanus in regno est collocatus, qui Darii nomen assumpsit. Alexander Macedo, pugna ad Arbellam data, Darium delevit. Mox Babylonem contendit, totiusque Orientis potitur.
3681	323	Huic vero monarchiæ Alexander annis sex et mensibus decem præfuit, quo tantulo spatio, tot et tanta in Oriente ille gessit, ut pervolasse potiusquam peragrasse dicere possis : unde etiam pardo alato comparatur a Daniele. Post mortem Alexandri, orta de formando rerum statu discordia, provinciæ inter principes sunt distributæ. Qui cum mutuis inter se bellis diu exarsissent, alia aliis incrementorum materies fuere imperia : quorum quatuor præcipua a Daniele obscuris significationibus sunt adumbrata.
3682	322	Horum principes fuere Ptolemæus in Ægypto; Seleucus in Babylone et in Syria; Cassander in Macedonia et in Græcia; Antigonus in Asia. Ex quibus Ægypti et Syriæ reges maxime faciunt ad sacram historiam. Referemus itaque tantum quæ ad hanc spectant, et quidem summatim. Ptolemæus in Ægypto, Seleucus in Syria regnant.
3687	317	Jubilæus vigesimus tertius.
3719	285	Philadelpho regnum tradit Ptolemæus, tuncque accurante Demetrio Phaleræo, versio Græca sacrorum Voluminum a LXXII Interpretibus facta est, quam ideo nonnulli e Patribus sub Ptolemæo Sotere institutam aiunt, quia adhuc eo vivo; alii sub Philadelpho, quia eo jam regnum adepto
3736	268	Jubilæus vigesimus quartus.
3758	246	Ptolemæus Evergetes patri succedit in Ægypto.
3783	221	Ptolemæus Philopator patri succedit.
3785	219	Jubilæus vigesimus quintus.
3800	204	Ptolemæus Epiphanes patri succedit.
3816	188	Galatæ sive Galli a Manlio in Olympo monte oppugnati; postea ad Ancyram devicti, ubi captivi catenas morsibus et ore tentaverunt, atque suffocandas invicem fauces præbuerunt. De hac victoria meminit 2 Mac. 8-20.
3824	180	Ptolemæus Philometor patri succedit.
3834	170	Jubilæus vigesimus sextus.
3836	168	Perseo a P. Æmilio victo, regnum Macedonicum cecidit.
3842	162	Onias, Oniæ III pontificis filius, videns summum sacerdotium Alcimo datum, in Ægyptum venit.
3843	161	Machabæus fœdus init cum Romanis, et paulo post fortiter dimicans interimitur. Jonathas ipsius loco dux eligitur. Joannes eorum frater dolo occiditur.
3850	154	Antiocheni a Demetrio deficiunt, subornantque infimæ sortis juvenem, cui nomen Alexandri inditur, genitusque ab Antiocho dicitur.
3852	152	Jonathas cum hoc Alexandro pacem renovat, qui eum summum sacerdotem constituit.
3854	150	Onias, cum de recuperando pontificatu ad Asmonæos transmisso nulla spes superesset, a Philometore obtinet, ut in Hieropolitana præfectura templum ad instar Hierosolymitani extrueret; illicque ipse pontifex constituitur.
3860	144	Tryphon, ex Arabia adducens Antiochum puerum filium Alexandri Balæ, regnum illi asseruit.
3861	143	Jonathas Ptolemaïde a Tryphone occiditur.
Id.	*Id.*	Simon postea dux eligitur. Antiochum Theon occidit Tryphon, imponitque sibi diadema. Demetrius priora pacta cum Simone confirmat, tributa remittit. Atque ita, jugo gentium ab Israële sublato, cœpit populus in syngraphis scribere.
3863	141	Demetrius contra Parthos movens, vivus in potestatem hostis venit.
3866	138	Tryphon Apamæam fugiens se recipit, qua capta interficitur.
3868	136	Simon pontifex insidiis Ptolemæi generi sui in convivio periit.
Id.	*Id.*	Joannes Hyrcanus exinde pontifex factus est.
		Atque hic finis historiæ Machabæorum.
		Reliquum vero tempus ab anno 3868 ad Christum natum habetur apud Josephum, Justinum, Pausaniam, Strabonem, Porphyrium, Eusebium, etc., etc., et sic abbreviari potest :
3871	133	Joannes Hyrcanus, tribus millibus talentorum e sepulcro David ablatis, primus Judæorum alere cœpit peregrina auxilia.
3873	131	Jesus filius Sirach in Ægyptum veniens, librum avi sui Jesu in Græcum transtulit.
3874	130	Antiochum Sidetem contra Phraatem secutus Joannes a devictis Hircanis cognomen accepit.
3875	129	Hyrcanus templum Cuthæorum diruit. Et subjugatos Idumæos circumcisionem accipere coëgit, indeque inter Judæos censeri cœpti sunt.
3883	121	Jubilæus vigesimus septimus.
3898	106	Hyrcanus moritur. Ei successit Judas Aristobulus, quinque filiorum maximus, qui primus post Babylonicam captivitatem regnum et diadema sumpsit.
Id.	*Id.*	Matrem illi æmulam, quam Hyrcanus rerum dominam reliquerat, conjecit in carcerem, et fame necavit.
3899	105	Aristobulo mortuo, Salome uxor ejus, quam Græci Alexandram nominant, Alexandrum Jannæum regem constituit.
3920	84	Alexander Jannæus Diam urbem cepit, Edessam expugnavit, Gaulonam et Seleuciam cepit. Demetrium principatu suo exuit, et tertio demum expeditionis anno completo, domum rediit. Ibi ex temulentia morbo contracto, triennio febre quartana laboravit.
3926	78	Alexander Jannæus moritur. Uxor ejus Alexandra, ex mariti monitis, captata Pharisæorum benevolentia regnum occupat; deinde Hyrcanum ejus majorem natum filium pontificem declaravit, minorem autem Aristobulum privatum vivere jussit.
3932	72	Jubilæus vigesimus octavus. Antipas sive Antipater Idumæus Herodem filium hoc anno suscepit.
3935	69	Alexandra regina moritur. Hincque Hyrcanum inter et Aristobulum bella ingentia.
3941	63	Pompeius Aristobulo iratus, Judæam armatus ingreditur, et Jerosolymam. Qui favebant Aristobulo, in templum se recipiunt, quod

CONTINUATUR ÆTAS MUNDI SEXTA.

Anno mundi	Ante ær. v.	
		Romani obsident et capiunt. Hyrcano pontificatum restituit Pompeïus, sed diadema vetuit, Judæosque tributarios fecit.
3955	49	Instantibus belli civilis motibus inter Cæsarem et Pompeïum, Cæsar Aristobulum in patriam dimisit; at ille veneno interiit.
3967	37	Deinde discordiæ, æmulationes et scelera inter contendentes usque ad annum 3964, quo Herodes rebus desperatis, Romam ad Antonium profectus, ejus opera, favente etiam Cæsare, REX EST APPELLATUS, atque intra septem dies ex Italia profectus est, ut regnum Antigono eriperet, adversus quem debellavit per tres annos, et tandem vicit. Antigonus Antiochiæ interemptus est.
		Herode igitur regnante, anno 3999, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur totus Romanus orbis. Dum prior vero ageretur hic census a Cyrino, vel Quirino, ascendit Joseph a Galilæa in Bethlehem civitatem David, ut profiteretur, cum Maria desponsata sibi uxore prægnante.

ÆTAS SEPTIMA MUNDI, DURATURA USQUE AD FINEM TEMPORUM.

Anno mundi	Ante ær. v.	
4000	1	Cum ergo ascendissent Joseph et Maria in Bethlehem, impleti sunt dies ut illa pareret, et peperit filium suum CHRISTUM primogenitum; idque vigesima quinta Decembris die, ut constans fert traditio.
4001	2	Octavo die a nativitate circumcisus est puer, et vocatus Jesus. Magi paulo post veniunt ab Oriente adorare eum. Die post partum 40, Maria Hierosolymam ad templum venit, tum ut puerum Jesum sisteret Domino, tum ut hostiam offerret par turturum aut duos pullos columbarum. Exinde Joseph admonitus in somnis ab Angelo, accepit puerum et matrem ejus, et fugit in Ægyptum. Herodes vero, infantem perdere volens, occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem et in finibus ejus, a bimatu et infra. Hinc, morbo correptus est Herodes, et obiit misere, cum regnasset annis 37.
4011	12	Defuncto Herode, Joseph in terram Israël revertitur monitus ab Angelo. Cum audisset autem Archelaüm regnare in Judæa, divinitus monitus secessit in partes Galilææ, et habitavit in urbe Nazareth. Et de Jesu ac de parentibus nulla est mentio per duodecim annos. In diebus ergo Paschatis, Jesus annum ætatis agens duodecimum, in templo, in medio doctorum sedens, et audiens illos atque interrogans est inventus.
4031	33	Anno imperii Tiberii Cæsaris 15, cœpit Joannes baptizare et pœnitentiam prædicare.
4033	34	Cum jam annum et aliquot menses prædicasset Joannes ut impleret cursum suum, cumque ab eo jam baptizaretur omnis populus, tum hoc anno, Christum a Nazareth ad eum venisse credimus; et ab eo baptizatum esse, idque die sexta Januarii, ut constans tenet traditio.
Id.	*Id.*	Hoc quoque anno, PRIMUM PASCHA ministerii sui Christus celebravit. A quo primus annus septuagesimæ et ultimæ hebdomadis Danielis incipit, in qua fœdus confirmatum est multis.
4034	35	SECUNDUM PASCHA ministerii Christi. A quo secundus annus septuagesimæ hebdomadis Danielis incipit.
4035	36	TERTIUM PASCHA ministerii Christi. A quo tertius annus septuagesimæ hebdomadis Danielis incipit.
4036	37	QUARTUM et ultimum Christi PASCHA, in quo ipse immolatus est ineunte anno quarto, sive medio postremæ septimanæ Danielis, idque feria sexta, die tertia Aprilis.

Jesu mortuo, corpus ejus aromatibus conditum est, positum in sepulcro quod inimici ejus custodiendum curarunt. At tertia die, quæ Dominica erat, Jesus de sepulcro vivus prodiit, et custodes quasi mortui manserunt. Ejus resurrectionem ægerrime crediderunt Apostoli; nec ante persuasi sunt, quam ipsum oculis vidissent, manibus palpassent, et cum eo comedissent. Apparuit eis sæpius per quadraginta dies, præcepitque ut irent, et Evangelium prædicarent cunctis gentibus, easque baptizarent in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Dedit etiam eis potestatem remittendi peccata, et promisit se cum eis futurum usque ad finem sæculorum. Tandem ad cœlum coram eis ascendit, ibique manet sedens ad dexteram Dei Patris omnipotentis, creatis omnibus excelsior. At non cessat sua pro nobis merita Deo offerre, Ecclesiæque suæ subvenire, donec e cœlo iterum descendat, ut veniat vivos et mortuos judicaturus.

ARGUMENTA IN LIBROS VETERIS ET NOVI TESTAMENTI

EX BIBLIIS TUM VATABLEIS, TUM VITREIS, ITEM ET EX BIBLIIS ROBERTI STEPHANI, SANTIS-PAGNIGNI, ETC., ETC.; PRÆSERTIM EX SANCTO HIERONYMO; ET JUXTA VETEREM CHRONOLOGIAM, QUÆ PARUM DIFFERT A NOSTRA.

GENESIS, HEBRAICE BERESITH.

Primum istum Moysis librum LXX interpretes Γένεσιν inscripserunt, id est, *generationem, procreationem et originem*, quod in eo ostendatur mundum a Deo conditum fuisse, neque illum esse creationis expertem, ut nonnulli philosophi existimarunt; aut quod generis humani, reliquorumque animantium, uno verbo, omnium quæ terra capit, ortus et generatio hoc libro comprehendatur. Hebræi vero BERESITH a prima totius libri dictione, suo more appellaverunt: BERESITH enim significat *in principio*. Hic autem liber continet mirabilem historiam 2369 annorum, et creationem mundi, Dei gubernationem pertexit ad obitum usque Josephi.

EXODUS, HEBRAICE VEELLE-SEMOTH.

Secundus liber Moysis Græce dicitur Ἔξοδος, id est, *exitus;* quod nomen habet ab insigni illo ac stupendo miraculo, quo filii Israël, relicta Ægypto, pristinam, diuque expectatam libertatem recuperarunt. Hebraïce vero VEELLE-SEMOTH nuncupatur, id est, *et hæc nomina*, a primis ipsiusmet libri dictionibus. Continet autem duram populis Iraëlitici servitutem apud Ægyptios, admirandam ejusdem liberationem, divinæ legis promulgationem, denique res per 145 annos gestas, a morte scilicet Josephi, usque ad erectum tabernaculum.

LEVITICUS, HEBRAICE VAICRA.

Tertius hic Moysis liber a Græcis dicitur Λευιτικός, id est, *Leviticus*, quod in eo fusissime ac prolixissime tractentur quæcumque pertinent ad officium, ad cæremonias Levitarum, ut sunt holocausta, et reliqua omnia sacrificiorum et oblationum genera, ignis perpetuus, discrimen animalium mundorum et immundorum, indictio festorum dierum, promulgatio anni jubilæi, et alia quam plurima notatu digna, quæ in populo Dei dicta factaque sunt intra unum mensem et dimidium. Ab Hebræis vero dicitur VAICRA, id est, *et vocavit*, a primo libri vocabulo; aliter etiam illum vocant TORAT HACCOHANIM, id est, *lex sacerdotum*.

LIBER NUMERORUM, HEBRAICE VAJEDABBER.

Hunc quartum Moysis librum Græci Ἀριθμούς, Latini *Numeros* inscripserunt, quod in ipsa fronte Moyses et Aaron ineant numerum populi tributim. Hebræi vero, ut superioribus libris, ita huic quoque nomen exposuerunt a prima voce VAJEDABBER, id est, *et locutus est*. Continet autem res gestas et leges promulgatas a secundo mense anni secundi post exitum ex Ægypto, usque ad initium mensis undecimi anni quadragesimi, id est, historiam annorum fere triginta novem.

LIBER DEUTERONOMII, HEBRAICE ELLE-HADDEBARIM.

Quintus Moysis liber a Græcis Δευτερονόμιον, a δεύτερος, *secundus*, et νόμος, *lex*, quasi dicas *secundam* vel *secundariam legem*. Non quod alia sit ab ea quæ in monte Sinaï data est, sed quod denuo repetita coram filiis eorum qui post primam promulgationem perierant in deserto. Hebræi suo more hunc librum inscripserunt a primis vocibus: ELLE-HADDEBARIM, id est, *hæc sunt verba*. Incipit autem a brevi narratione rerum præteritarum, moxque continet exhortationem ad legis obsequium, quam diligenter repetit et explicat, denique alterum Moysis Canticum, et ipsius mortem. Atque hic ultimus liber Moysis PENTATEUCHUM absolvit, qui a quinque voluminibus seu partibus nomen habet. Continet autem PENTATEUCHUS historiam annorum 2552 cum dimidio.

LIBER JOSUE, HEBRAICE JEHOSUA.

Hic liber primus est prophetarum priorum quos vocant Hebræi; qui ab illis inscribitur JEHOSUA, a LXX vero Ἰησοῦς Ναυή. Describit res memoria dignas a morte Moysis usque ad mortem ipsius Josuë, qui transit Jordanem, hostium regna subvertit, dividit terram victori populo, et per singulas urbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, regna describit. Josuë, ut communior fert sententia, per annos 17 rexit populum Israël, sicut et ab omnibus admittitur eum esse auctorem libri.

LIBER JUDICUM, HEBRAICE SOPHETIM.

Hic liber secundus prophetarum priorum appellatur *Judicum*. Sic enim summi magistratus Israëlitarum ante constitutos reges vocabantur. Refert statum reipublicæ a morte Josuë ad Samsonis mortem, et servitutes varias exhibet quibus Deus eorum peccata castigabat. Sub finem vero aliqua habentur exempla, quibus etiam ante tempora servitutum, quam corruptis moribus et ad idololatriam propensi fuerint, ostenditur. Aiunt Hebræi Samuëlem prophetam scripsisse hunc librum. Quanti autem sit temporis totius libri historia, valde dubium est. Probabilius sentire videntur, qui putant hoc libro spatium 317 annorum comprehendi.

LIBER RUTH.

Hanc historiam tempore judicum contigisse constat ex Scriptura, sub quo autem judice minime constat. Verum non incommode referri potest ad Samgaris tempora aut Debboræ. Eximiæ pietatis et divinæ providentiæ singulare exemplum exhibet istud parvum volumen. Ruth enim Moabitis socrum suam in patriam revertentem pie subsecuta, Boozo prædiviti secundis nuptiis jungitur, cui parit Obed Davidis avum, unde Christus genus suum secundum carnem ducit. Auctor libri est vel Ezechias, vel Esdras, et probabilius Samuël.

LIBER PRIMUS SAMUELIS,

QUEM NOS PRIMUM REGUM DICIMUS.

Quatuor libri qui sequuntur Βασιλείων a Græcis dicuntur, id est, *regnorum*, ut a quibusdam Latinis nuncupati sunt, quod de duodecim tribuum regno, primum integro, postea diviso tractent. Plerique tamen Latini Regum dicere maluerunt, quod præposita tantum Samuëlis historia, quæ et ipsa ad dignoscendam originem instituti regni erat necessaria, cætera ad regum facta pertinent. Hebræi vero duo tantum posteriores *Regum* appellant, priores *Samuëlis* nomine insigniunt. Cujus hæc esse potuit ratio, quod et historiam duorum regum a Samuële unctorum contineant, et quæ tam in hoc de Saüle, quam in altero de Davide referuntur, Samuëlis vera esse vaticinia comprobent. Horum ergo primus res gestas narrat sub judicibus Heli et Samuële, necnon sub rege Saüle, et per spatium annorum 101 extenditur. Tribuitur Esdræ ex scriptis Samuëlis, Nathan et Gad, quæ non extant.

LIBER SECUNDUS SAMUELIS,

QUEM NOS SECUNDUM REGUM DICIMUS.

Secundus liber Regum, res gestas a morte Saülis ad finem usque Davidis regni describit, annorum circiter 40 historiam exhibens. Auctor videtur Esdras.

LIBER REGUM TERTIUS,

SECUNDUM HEBRÆOS PRIMUS MELACHIM.

Incipit a Salomone, præmissa tantum narratione, qua ostenditur quomodo ad regnum ipse pervenerit. Regno deinde in duas partes scisso, quatuor regum Juda et octo regum Israël res gestas pertexit. Tota vero libri historia annos complectitur 126, e quibus priores 40 Salomonis fuerunt; cæteri reliquorum regum, tum Judæ, tum Israëlis. Auctor videtur esse Esdras.

Sub Achab horum ultimo, maxime floruit Elias propheta.

LIBER REGUM QUARTUS,

SECUNDUM HEBRÆOS MELACHIM SECUNDUS.

Hic liber continet res gestas sexdecim regum Juda, et duodecim regum Israëlis. De Elia interea mira quædam prosequitur. Multa insuper addit de Elisco individuo ejus comite et successore. Estque historia 308 annorum.

LIBER PRIMUS PARALIPOMENON,

HEBRAICE DIBRE-HAJAMIM.

Libros Paralipomenon, hoc est, *prætermissorum*, quod ibi quædam in libris Regum omissa habeantur, Hebræi, Dibre-Hajamim, id est, *verba dierum*, vocant, quod ex regum diurnis excerpti sint. Unus est autem apud eos, sed a nostris divisus, quem ab Esdra scriptum constans fama semper obtinuit. Præcipuus auctoris scopus fuit, familias, maxime sacerdotales et Leviticas, a se invicem distinguere, earum facta genealogica recensione, ut post reditum e captivitate, unicuique familiæ idem ordo, eædem functiones, iidem agri restituerentur, qui ejus fuerant ante captivitatem. Quidam *Chronicorum* libros inscribere maluerunt. In horum priore, propagatio gentis Israëliticæ ab Adamo ad reditum usque a captivitate breviter recensetur. Deinde repetita a Davide historia, ejus regnum accuratius describitur, ad Salomonis usque unctionem.

LIBER SECUNDUS PARALIPOMENON.

In hoc secundo libro, Esdras historiam annorum 479 percurrit; ab anno scilicet mundi 2990, ad annum 3468, quo finitis septuaginta annis captivitatis, Cyrus redeundi potestatem facit.

LIBER PRIMUS ESDRÆ.

Paralipomenon libros excipit ille qui ab Esdra scriptore nomen est sortitus. Erat autem Esdras eruditissimus, et in lege versatissimus; cui hoc insuper debetur, quod totam Scripturam sacram, negligentia sacerdotum et injuria temporum multis locis depravatam, correxerit et restaurarit. Samaritanos characteres, quibus antea Judæi utebantur, Samaritanis relinquens, Chaldaïcos ille tum substituisse dicitur; sive quod populus his jam assuevisset tempore captivitatis, sive ut animos Judæorum a Samaritanis longius alienaret. Est autem series historiæ hoc libro comprehensæ annorum 82 : ab anno scilicet 3468, quo Cyrus, Cambyse patre in Persia, et Cyaxare socero in Media, vita functis, Orientis monarchia potitus est; ad annum 3550, Atraxerxis illius, qui Longimanus dictus est, vigesimum.

LIBER NEHEMIÆ,

QUI ET ESDRÆ SECUNDUS DICITUR.

Hic liber a Nehemia nomen accepit (quod ex commentariis ab ipso compositis ferme verbo ad verbum exscriptus fuerit). Nehemiæ profectionem evenisse postquam ascendit Zorobabel anno 82, et postquam Esdras ascendit anno 13 constat ex annotatis ad marginem fere omnium Bibliorum. Vidit hic Esdram, eique superstes fuit, ex cujus consilio animum ad scribendum applicuisse dicitur, unde etiam Esdræ secundus liber dictus, qui olim a priori non discriminabatur, ut testis est sanctus Hieronymus. Continet autem instaurationem Jerosolymorum, correctionem reducis populi, et labentis Dei cultus renovationem. Historia est annorum circiter 31 : ab anno scilicet Artaxerxis Longimani vigesimo, qui est mundi 3550, ad regnum jam inchoatum Darii Nothi, ejus filii, qui anno mundi 3581 auspicatus est.

LIBER TOBIÆ.

Continet hic liber, eximiæ pietatis, singularis patientiæ, et Dei in suos providentiæ, præclara documenta. Tobias enim pater semper in Deum fidelis, cum in captivitatem abduceretur, quo tempore, capta a Salmanasare Samaria, Israëliticum regnum eversum est, a piis operibus nunquam destitit. Hunc ab eodem Salmanasare primum clementer habitum, et annonæ curatorem constitutum Græci testantur codices, a Chaldæis, quos in versione nostra secutus est Hieronymus, non parum diversi. Post autem a Sennacheribo, cujus offensionem, suo in mortuos sepeliendos studio, memorat, bonis et exilio mulctatus est; sed ab Asarhaddone statim restitutus, opera Achioris filii fratris sui, quem ille rex omnibus suis rationibus præfecerat. At postea bonis iterum spoliatus est. Quin et cæcitate interim a Deo probatus. Tandem, filio, quem in Mediam ad pecuniam a Gabelo repetendam miserat, cum nuru ingentibusque divitiis, recepto; visu recuperato, Dei benedictionibus cumulatus, ingentem ex filio post se reliquit sobolem, cui moriens bene precatur, et ex prophetarum dictis de Ninive evertenda, bene consulit. Scriptus est liber partim a patre, partim a filio, partim a nepotum aliquo.

LIBER JUDITH.

De Judith tempore et historia varie disputant eruditi. Hanc alii ante captivitatem collocant; alii post reductum populum, imperantibus Persis. Antiquam hujus libri auctoritatem esse ex eo patet quod refert sanctus Hieronymus : *Hunc in sanctarum Scripturarum numero, Nicænam synodum computasse.*

LIBER ESTHER.

Assueri, ut et Artaxerxis nomen, pluribus principibus commune fuisse, nemo nescit. Quis autem sit ille de quo agitur in libro Esther, alii aliter sentiunt. Auctor hujus libri probabiliter est Mardochæus; videtur tamen ipsa quoque Esther quædam inseruisse.

LIBER JOB.

Historiam hanc veram fuisse docent non solum personarum, gentium, et regionum nomina propria, sed et Tobiæ, Ezechielis, atque Jacobi Apostoli testimonia. Hanc historiam a Salomone conscriptam quidam existimarunt, quod in ea reperiantur eadem doctrina, sententiæ similes, voces eædem, quæ leguntur sparsim in libris Salomonis; alii contendunt fuisse Moysem scriptorem; alii volunt Isaïam, alii denique ipsummet Job. Quisquis autem is est, personis quas inducit nihil tribuit quod non conveniat Job. patriæ, moribus, tempori, quod fuisse putamus illud ipsum, quo Hebræi commorabantur in deserto, tum quia Job cognovisse videtur transitum Hebræorum per medios fluctus maris Rubri; tum quia verisimile est Job eumdem esse cum Jobab, qui quartus est ab Esaü, sicut Moyses quartus est a Jacob.

LIBER PSALMORUM.

Liber iste ab Hebræis vocatur Sepher Tehilim, id est, *liber laudum*, non quod nullæ in eo sint querelæ, precationes, imprecationes, etc., sed quod a potiori parte, plerique Psalmi in canendis Dei laudibus versentur. Hunc librum in quinque partes dividunt Hebræi et nonnulli interpretes, quarum unaquæque terminatur hac clausula, *fiat, fiat.* Psalmi, Davidis vulgo dicuntur, non quod omnium sit auctor, sed quod multos veterum collegerit, plurimos addiderit ipse egregius psaltes Israël, aut ab hominibus idoneis addi curaverit; quin et aliquos quoque qui posterioris ætatis sint, ab ipso Esdra aliisque prophetis additos generaliter admittitur. In hac autem collectione Psalmorum non est ullus ordo quærendus, sive rerum, sive temporum. Constat Psalmos esse centum et quinquaginta, sed de numerandi ratione non convenit Hebræos inter et Latinos; illi enim Psalmos 10 et 113 in duos secant, nec ad summam redeunt, nisi juncto 114 cum 115, et 146 cum 147.

LIBER PROVERBIORUM.

Hic liber, Græce Παροιμίαι, ab Hebræis Mischle, a Latinis Proverbia, ab Hieronymo *Parabolæ* dicitur. Constat ex 1 Reg. 4-32 Salomonem tria Parabolarum millia edidisse, sed an nongentæ quindecim quæ hoc libro continentur, pars earum sint e naufragio superstes, et a quo collecta, incertum est. Apparet tantum ex capite 25-1 septem ultima capita fuisse jussu regis Esdræ translata seu collecta; unde non mirum si in iis quædam e præcedentibus repetantur. Illud interim extra dubitationem esse debet Salomonem harumce sententiarum non consarcinatorem tantum fuisse, sed germanum auctorem; id enim pertinere videtur ad divinam hujus libri auctoritatem, de qua fidem faciunt varia quæ exinde in reliquis Scripturis laudantur testimonia.

ECCLESIASTES.

Nomen hujus libri Coheleth ab Hebræis dicitur, quod vertere LXX Interpretes Ἐκκλησιαστήν; a Latinis vero appellatur *Ecclesiastes*, hoc est, *concionator*, vel *congregans :* toto enim in libro de mundi ac rerum mundanarum vanitate concionatur. Porro cum auctor dicat se fuisse regem Israël in Jerusalem, et ea passim de se enarret quæ in Salomonem solum cadere possunt, qualia sunt, sapientiæ investigatio, ædium, hortorum, piscinarum extructiones, voluptatis cujuslibet degustatæ illecebræ, Parabolarum compositio, dubium non est quin Salomoni liber iste tribuendus sit, et quidem Salomoni jam seni. Hunc librum apud Judæos et apud Christianos semper fuisse in sanctum Canonem receptum omnes admittunt.

CANTICUM CANTICORUM.

Carmen hoc vocatur ab Hebræis Sir Hasirim, id est, *Canticum Canticorum*, quasi diceres nobilissimum carmen seu excellentissimum Canticorum; quia totum est mysticum, plenissimum incomprehensibilis amoris Christi erga sponsam suam, ac vicissim sponsæ erga Christum sponsum. Notandum vero cum sancto Hieronymo hoc Canticum apud Hebræos non ante annum ætatis trigesimum legi solitum; et is solus, omni occasione carnis præcisa, remotisque atque depulsis illecebris voluptatum, mente tranquillus, corpore casto, et animo, temperantiæque viribus vallatus sit, is, inquit auctor quidam, solus Cantico Canticorum intrepide adire potest. Constans est interpretum sive Judæorum, sive Christianorum sententia, Salomonis esse hunc librum.

LIBER SAPIENTIÆ.

Liber hic, *Sapientiæ liber* dicitur, quod de Sapientia tam increata quam creata sublimius diviniusque tractet. Apud Græcos inscribitur SAPIENTIA SALOMONIS; quod si non ipsiusmet libri scriptor sit Salomon, ut voluerunt Irenæus, Tertullianus, Ambrosius et alii, sententiarum saltem ac sensuum sit auctor, quod ipsa libri verba testantur, cap. 9-7 : *Tu elegisti me regem populo tuo, et dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo.* Quis autem illas sententias Græce expresserit, incertum est. Quidam id Philoni seniori tribuunt, quem Josephus, lib. 1 contra Appionem, Demetrio Phaleræo jungit, alii autem unum ex LXX Interpretibus fuisse æstimant, unde hic liber Siracidæ, utpote antiquior, ordine præponitur.

Dividitur autem in tres partes : prima, ad caput septimum usque, hortatur ad zelum et amorem sapientiæ; secunda, hinc usque ad caput decimum, explicat originem sapientiæ; tertia, quæ superest, effectus et fructus sapientiæ proponit. Denique totus liber utilis ad ædificationem plebis, habitus est etiam apud eos qui Canonicæ Scripturæ auctoritatem illi denegarunt.

ECCLESIASTICUS JESU FILII SIRACH.

Liber hic ECCLESIASTICUS, id est, *concionator*, a Latinis inscribitur, ad imitationem simul et distinctionem libri Salomonis, qui *Ecclesiastes* dicitur : complectitur enim similia morum axiomata. Antiqui etiam Πανάρετον vocant, quasi sit *omnis virtutis* liber, et de omni virtute præcepta tradat. Scriptus est autem sermone Hebræo a seniore Jesu filio Sirach; sed in Græcum versus ab alio Jesu nepote vel abnepote. Exemplar Hebraïcum se reperisse testatur sanctus Hieronymus, verum ab illius tempore excidit, servata tantum versione Græca junioris Jesu, cujus est etiam Prologus præcedens librum.

ISAIAS.

Prophetæ in Majores quatuor, et Minores duodecim vulgo distribuuntur. Majores dicuntur quorum majora sunt opera; minores, quorum minora. Hebræi tres tantum majores nominant; nam Danielem prophetis non ascribunt, non magis quam Davidem; non quod non multa eximia prædixerint, sed quia vitæ genus propheticum non sectabantur, cum alter rex esset, alter vero satrapa. Apud Græcos præcedunt Minores; Latini Majoribus priorem dant locum. Græcos id spectasse probabile est, quod inter Minores aliqui sint valde antiqui. Est enim hic ordo temporis inter prophetas ac prophetarum opera, quantum ex eorum scriptis ac certis quibusdam conjecturis assequi possumus : *Ozeas, Joël, Amos, Isaïas, Jonas, Abdias, Michæas, Nahum, Jeremias, Sophonias, Habacuc, Daniel, Ezechiel, Aggæus, Zacharias, Malachias.* In editis vero nostris Bibliis, alius est ordo quem videre est. Primus est Isaïas, secundus Jeremias, cui adjungitur Baruch, scriba ipsius, deinde Ezechiel, etc., etc.

Isaïas, cujus nomen Hebraïcum, *Jesaïahu, salus Domini* interpretatum est, *propheta sanctus, magnus et fidelis* ab Ecclesiastico dicitur, qui id quoque addit de eo : *Spiritu magno vidit ultima, et consolatus est lugentes in Sion; usque in sempiternum ostendit futura et abscondita antequam evenirent,* Eccli. 48-27; ut etiam si non temporis, meriti quidem ratione aliis omnibus jure præponatur, quippe a Synagoga et ab Ecclesia maximi semper habitus. Vir nimirum per omnia magnus; primo splendore generis; nam Amosi, fratris Amasiæ regis Juda, fuit filius : secundo, vitæ sanctitate, ut ejus scripta testantur : tertio, eloquentia, « quippe vir » nobilis et urbanæ eloquentiæ... Unde accidit ut præ cæteris florem sermonis ejus » translatio non potuerit conservare, inquit Hieronymus; » quarto constantia in adversis et gloriosa morte; quem serra lignea ab impio rege Manasse dissectum, cum ejus monita ferre non posset, communis fert Hebræorum traditio. Quam traditionem si sequamur, integro fere sæculo eum munere prophetandi functum esse constabit. Tandem « etiam hoc adjiciendum, ait Hieronymus, quod non tam » propheta dicendus sit quam Evangelista. Ita enim universa Christi Ecclesiæque » mysteria ad liquidum prosecutus est, ut non putes eum de futuro vaticinari, » sed de præteritis historiam texere. »

JEREMIAS.

Hebraïce IRMIAHU, id est, *excelsus Domini*, nomine huic viro Dei apprime convenienti, qui ex utero matris propheta consecratus, sacerdos etiam et doctor extitit. Adhuc puer, hoc est anno ætatis circiter 15, ut putat sanctus Hieronymus, propheticum munus, quod eadem qua Moyses verecundia detrectaverat, a Deo jussus obire cœpit. Versatur autem ejus prophetia in acerbissimis reprehensionibus suorum temporum, in increpationibus et lamentis; deinde vero in consolationibus Ecclesiæ graviter afflictæ, quam promissionibus amplissimis de regno Christi, gentibus in Ecclesiam inducendis, ac multiplici gratia Novi Testamenti reficit et erigit. Scripsit stylo, qui *quantum in verbis simplex videtur et facilis, tantum in majestate sensuum profundus est*, ait sanctus Hieronymus. Scriba ejus Baruch, qui, cum prophetias diversis temporibus editas colligeret, ordinem temporum neglexit, ut legenti patebit. Apud Græcos interpretes, sæpe alius est ordo capitum, quam in Hebræo vel in Latino. Caput LII non videtur R. P. Calmet, Jeremiæ esse, sed duorum ultimorum 4 Reg. libri capitum summarium, ab Esdra fortasse additum, ut clarissimus putat Huetius.

Jeremias munus suum constanter obiit per annos 45, a decimo tertio scilicet regis Josiæ, ad quintum excisæ Jerusalem et templi. Vir plane magnus et fortis, qui nec minis nec carceribus deterreri potuit, quin veritatem regi et populo libere et constanter aperiret; qui catenis et miseriis obrutus, expressa Christi patientis effigies et figura extitit; qui post incensam urbem a Chaldæis bene habitus, cum pauperioribus ad patriam eversam redire maluit. Contra Tertullianus, Hieronymus et alii plerique, in Ægypto, quo abductus fuerat a reliquiis populi, mortuum censent, et quidem lapidibus obrutum. Virginem tota vita permansisse docent Ignatius et Hieronymus, quod colligitur ex cap. 16-2 : *Non accipies uxorem.* Post mortem, Judæ Machabæo apparuit, *gloria mirabilis, et magni decoris habitudine,* ut est 2 Mac. 15-13. De quo ibidem sanctus pontifex Onias ait : *Hic est fratrum amator et populi Israël, hic est qui multum orat pro populo et universa sancta civitate,* JEREMIAS *propheta Dei.*

THRENI,

SIVE LAMENTATIONES JEREMIÆ PROPHETÆ.

Hic liber lugubres Jeremiæ querimonias continet, de miserabili statu Judæorum, et de vastitate Jerosolymæ, sive eam intelligamus quam passa est ab interitu Josiæ, ut volunt Hebræi, Chaldæus et quidam alii; sive eam quam ab captivitate Jechoniæ, ut Eusebius; sive potius illam accipiamus quam intulit Nabuchodonosor sub Sedecia rege, cum urbs eversa est, et templum incensum, ut censent Origenes ac Theodoretus, et quoque in fronte libri hujus ascripserunt Græci Interpretes; sive etiam ad illam direptionem respiciamus, quam fecit Titus Vespasianus, quæ ex mente Hieronymi, veluti complementum hujus prophetiæ est. Quidquid sit, certum est Josiæ mortem, qui a Nechaone rege Ægypti interiit anno mundi 3394, omnium istorum malorum fuisse exordium, et Jeremiam, valde actum ad tractandos affectus, *ejus mortem deflevisse, omnesque cantores et cantatrices* singulis annis *lamentationes ejus super Josiam replicasse,* ut est 2 Paral. 35-25, sive de his, sive de aliis lamentis id accipiendum sit. Ergo *argumentum* libri est excidium Jerusalem et deportatio per Nabuchodonosor facta. Auctor Jeremias : *stylus* poëticus : *ordo* alphabeticus, fortasse ut facilius disceretur, et memoria teneretur.

PROPHETIA BARUCH.

Baruch Hebraïce *benedictum* significat, qualis certe fuit vir ille qui e nobili Judæorum prosapia oriundus, scribæ officium Jeremiæ præstare non abnuit, ejusque assecla et omnium laborum ac periculorum particeps fuit. Huic enim ad mortem usque constanter adhæsit; etiam cum ille per Johanan in Ægyptum abductus est.

Hunc autem librum Baruch in Babylonia scripsisse nominatim dicitur hic vers. 1. Quo vero tempore in Babyloniam ierit, minime dicitur. Opinantur alii post mortem demum Jeremiæ id factum, quod ibid. vers. 2 incendium Jerosolymorum memoretur quasi jam peractum. Alii vero ante eversum templum, quod quædam hic narrentur de sacrificiis vasisque redimendis ac reponendis, quæ de eo adhuc stante intelligenda videantur. Itaque Baruchum in ea legatione fuisse putant illi, quæ anno quarto Sedeciæ ascribitur ab Jeremia 51-59, cujus princeps erat Saraïas Baruchi frater. His enim Jeremias sua de excidio Babylonico vaticinia tradiderat perlegenda captivis, ac postea in Euphratem projicienda. Anno vero sequenti, cum reditum maturarent, Baruchum volunt iidem hoc scriptum concinnasse, et cum rege aliisque, qui in Babylone erant, communicasse; tum ut ipsorum dolorem consolaretur; tum ut ex eorum sententia atque consilio, collectaque pecunia, populi, qui adhuc Jerosolymis supererat, calamitatibus subveniret. Baruchum Hebraïca lingua, in qua, teste Josepho, egregie fuerat eruditus, aut saltem Chaldaïca scripsisse suadent cum tempus et locus, tum ipsa phrasis, quæ passim ad Hebræam accedit. Verum exemplar Hebraïcum jam olim intercidit. Ad finem libri sui adjecit Baruch Epistolam Jeremiæ ad deportandos, qua illi adversus idola et idololatriam confirmantur.

PROPHETIA EZECHIELIS.

Ezechiel, cujus nomen *fortitudo Dei* explicatur, e nobili sacerdotum stirpe ortus est. Inter eos fuit qui primi omnium evecti fuere cum Jechonia rege Juda. Prophetare cœpit in Chaldæa anno quinto deportationis ejusdem, ad annum usque 27, id est, per 22 annos, quorum priores 11, cum 11 posterioribus Jeremiæ concurrunt. Et certe idem est utriusque prophetiæ argumentum, etsi tectius illud paulum per ænigmata videlicet et figuras, Ezechiel persequatur, quod ideo fecisse videtur, ne Babyloniis Judaïci populi res innotescerent. Quæ ergo Jeremias de excidio templi et urbis proponit necnon de captivitate Babylonica, eadem Ezechiel repetit, maxime ut refellat ficta vaticinia pseudoprophetarum, Jeremiam falsitatis arguentium, pacemque et prospera omnia prædicantium. Et sicut Jeremias aliis vicinis nationibus per Chaldæos excidium intentat; ita facit Ezechiel. Denique ut Jeremias, sic ipse Ezechiel prædicit reditum et liberationem Judæorum e captivitate, Messiæ regnum, vocationem gentium, victoriam et instaurationem Ecclesiæ, et interitum hostium illius. Stylus ipsius, observante Hieronymo, nec sublimis est, qualis Isaïæ, nec demissus, sed inter utrumque medius, ac plerumque difficilis et obscurus, quippe symbolis ac ænigmatibus crebris involutus; unde apud Judæos ante trigesimum ætatis annum hujus prophetiæ initium et finem legere nemini licebat.

DANIELIS PROPHETIA.

Daniel, ex semine regio natus, a Nabuchodonosor adhuc adolescens ac pene puer Babylonem translatus creditur, anno regni Joachimi quarto; qui annus, conjecto in vincula rege, ac nonnisi duris demum conditionibus soluto, SEPTUAGINTA ANNORUM CAPTIVITATIS initium attulit. Daniel, Babylone in litteris et lingua Chaldæorum per triennium eruditus, omnibus Magis decuplo superior inventus est. Primo hujus triennii anno Susannam ab infanda accusatione vindicasse videtur; unde illi tanta inter Magos illos et ariolos fama, imo et pietatis ac sapientiæ apud regem et suos commendatio. Cur autem prophetis eum non accenseant Hebræi, id evenit quod vitam egerit non propheticam, sed satrapicam. Attamen Christus ipse eum prophetam appellat. Creditur Daniel obiisse in Perside, ubi etiam post solutam captivitatem remansit, sive senio gravis, sive ut gratia qua in aula pollebat, Judæis in patriam, sive reditum aspernatis, sine reversis patrocinaretur. Totum Danielis librum tripartito considerare possumus. Primis enim sex capitibus eventa narrat ab initio regni Nabuchodonosoris, ad eversum per Medos et Persas Babylonicum imperium. Cantica trium puerorum in fornace illæsorum, necnon duo ultima capita fragmenta sunt historica, quæ in Hebræo non habentur; sunt tamen pia et ab Ecclesia recepta. At a capite septimo ad duodecimum, visa sibi divinitus oblata Daniel exponit; quæ quia variis temporibus contigere, ea cogitur tempore repetere, quæ jam in historiæ serie erat prætervectus. Stylus Danielis Chaldaïcus est a cap. 2-4 usque ad cap. 8, ubi nimirum formalia recitantur verba loquentium Chaldæorum; cætera, Hebræus; isque variis de causis obscurus. Hinc frustra sudant cum Porphyrio, qui quæ propheta se non intellexisse dixit, putant intelligere, librumque signatum, et usque ad tempus consummationis involutum, præsumptione mentis per singula volunt edissere, inquit sanctus Hieronymus.

PROPHETIA OSEE.

Osee *salvatorem* sonat; ab eadem radice Hebraïca, a qua deducuntur nomen Josuë, qui et ipse antea Osee vocabatur, et nomen Isaïæ. Osee fuit prophetarum primus, ut sentit sanctus Hieronymus. Regnante Jeroboam secundo, sub quo regnum Israël maxime floruit, ruinam ejus prædixit, quam ut videret, ministerium suum ad Ezechiæ tempora productum effecit; cujus anno sexto, regnum illud finem sortitum est, ut integrum circiter sæculum munus suum continuaverit. Fere totus est in persequendis Hebræorum vitiis et impendentibus calamitatibus, ac præsertim captivitate, subjuncta tamen liberationis consolatione. «Non culpandus est, ait sanctus Hieronymus, propheta, si meretricem » converterit ad pudicitiam, sed laudandus potius, quod ex mala bonam fecerit; » præsertim cum non ob causam luxuriæ, non libidinis, non propria fecerit voluntate; sed Dei paruerit imperio, ut quod in isto carnaliter legimus, in Deo factum » spiritualiter probaremus. »

PROPHETIA JOEL.

Hujus prophetiæ liber spectat regnum Judæ, ac nullum tempus prænotatum habet. Censet tamen sanctus Hieronymus Joëlem Oseæ fuisse æqualem. Eum Judæi sub Manasse collocant, post deportatas decem tribus; nonnulli, sed leviore fundamento, sub Josaphat. Quidquid sit, stylo poëtico ac plena energiæ brevitate describit impendentem Judææ desolationem, a locustis præsertim ac siccitate profecturam, indeque plurium annorum famem.

PROPHETIA AMOS.

Amos, armentarius, uti se ipse appellat, Thecuë duodecim ab Jerusalem millibus, fuit oriundus. Ad propheticum munus obeundum missum se testatur biennio ante terræ motum, de quo etiam Zachar. 14-5, et Joseph. Antiq. 9-11, ubi et prodigium istud accidisse numerat ad puniendam Osiæ incensum adolere aggressi audaciam; cui astipulantur Judæi ac tribus in locis Hieronymus. Cæterum et si nullis liberalibus artibus institutus Amos, quod et comparationes, etc., satis arguunt, attamen non sine affectuum ac verborum adminiculo, tum vicinorum populorum, tum Israëlis ac Judæ vitia insectatur; quorum in pœnam captivitatem prænuntiat, ac reditum pollicetur.

PROPHETIA ABDIÆ.

Quo tempore scripserit Abdias, parum constat. Hebræorum quidam hunc esse illum regiæ domus dispensatorem existimant, qui centum prophetas pavit. Sanctus Hieronymus coævum Oseæ, Joëli et Amoso facit. Dicunt quidam post eversam Jerusalem scripsisse, et quidem inter captivos Israëliticos fuisse. Omnium prophetarum numero verborum brevissimus est, at gratia mysteriorum cuivis æqualis.

PROPHETIA JONÆ.

Jonam Oseæ, Joëli et Amoso coævum, aut etiam prævium fuisse apparet ex. lib. 4 Reg. 14-25, ubi mentio fit alterius ejus, sub Jeroboamo II, prophetiæ: proinde ista forte, de Ninive antiquioris; rex enim Ninives, de quo hic agitur, videtur fuisse Phul, quem Sardanapali patrem esse credunt. Jonas Ninivem missus circa annum 3196, erat de Geth-Epher, oppido tribus Zabulon, in Galilæa gentium. Quod obiter notandum adversus Pharisæorum illud Joan. 7-52 : *Scrutare Scripturas, et vide quia a Galilæa propheta non surgit.* Solus ex omnibus prophetis ad gentes missus, in quo typus Christi fuit, ut etiam in eo quod tertia die ex ventre ceti vivus emersit.

PROPHETIA MICHÆÆ.

Michæas præcedentibus prophetis ætate suppar fuit, ac nominatim Isaïæ, cui ut spiritu, ita et stylo, simillimus est. Munus suum obiit sub Joatham, qui anno mundi 3246 regnum est auspicatus, et sub Achaz et Ezechia. Invehitur Michæas in idololatriam et alia inde enata scelera, tam duarum quarum tribulis fuit, quam decem tribuum : unde utrisque excidium et captivitatem, his per Assyrios, illis per Chaldæos prænuntiat. Tandem tamen lætum reditum e Babylonia per Cyrum promittit, et lætiorem ex servitute peccati, mortis et diaboli per Christum, quem in Bethlehem nasciturum prædicit.

PROPHETIA NAHUM.

Nahum idem est quod Noë, id est, *consolator*. Censent Hebræi eum Manassis scripsisse temporibus. Sub Joatham Nahum vixisse, et eum Assyriorum ac Ninives subversionem prædixisse, quæ post 115 annos completa est, affirmat Josephus, cum ex illo temporis spatio colligendum potius fuisset eum prophetavisse sub Achaz Joatham filio qui regnum auspicatus est anno mundi 3262, ante Christum 742. Verum ob descriptum excidium urbis Ægypti No-Ammon, deportationem decem tribuum, Sennacheribi interitum, etc., etc., Isaïæ coævus existimandus est.

PROPHETIA HABACUC.

Habacuc longe post Nahum prophetavit, si is ille est, ut sentit Hieronymus, cui suffragatur Epiphanius, qui ab Angelo raptus, laboranti Danieli in lacu leonum subvenit. Hanc enim historiam sub Evilmerodach Nabuchodonosoris Magni filio evenisse putamus, qui anno demum 3442, ante æram Christi vulgarem 562, in regnum successit. Unde cum putat Hieronymus in Babylonia prophetasse. At Hebræi et alii multi id volunt factum ante captivitatem duarum tribuum, cum jam proximum esset ut Chaldæos mitteret Deus in Jerusalem; unde ait : *Ecce ego suscitabo*, et de Nabuchodonosore loquens, *ipse de regibus triumphabit;* ex quibus concludendum videtur eum circa Joachimi tempora propheticum munus obiisse, qui Joachim a Nabuchodonosore captus, insepultus abjectus est. Quapropter Jeremiæ æqualem fuisse Habacuc necesse est, eumdemque jam seniorem officium præstitisse Danieli. Remansisse videtur ex Dan. 14-32, in Judæa post abductos Babylonem, aut profugos in Ægyptum contribules suos, et ibi agrum coluisse. Porro conqueritur primum propheta de sceleratissima Judæorum vita. Deinde eversionem Jerosolymorum per Chaldæos eventuram prophetat, ac Chaldæorum ipsorum excidium. Judæorum liberationem per Cyrum subnectit, et totius humani generis per Christum. Ac tandem librum suum concludit insigni *oratione pro* IGNORANTIS, id est, peccatis populi, et suis, quæ egregia clausula terminatur.

PROPHETIA SOPHONIÆ.

Sophonias, e tribu Simeon oriundus, scripsisse se ait tempore Josiæ. Convixit itaque Jeremiæ, cui persimilis est etiam stylo, ut ejus abbreviator haberi possit. Judæos hortatur ut relicta idololatria aliisque criminibus resipiscant. Mox quasi lata contra Judæos primum, dein contra alios populos atque etiam Ninivem sententia, promissiones evangelicas subjicit, de vocatione gentium, Ecclesiæ instauratione, remissione peccatorum, sanctificatione et gloria æterna, per Christum.

PROPHETIA AGGÆI.

Aggæi maxime hortatu instauratum est templum. Apparet eum non tantum vitæ innocentia, sed etiam spiritu magno fuisse, qui adversus potentissimi Persarum monarchæ edictum, et Samaritanorum aliorumque populorum vexationes, institerit operi. Castigatis autem frivolis excusationibus Judæorum de fabrica templi diutius differenda, principi Zorobabeli fabricam resumenti promittit Messiam ex ejus stirpe nasciturum, ostenditque, uteumque structura hæc non sit cum altera priore comparanda, gloria tamen majori potituram, præsentia, doctrina et miraculis Christi, de cujus regno propheliam subnectit.

PROPHETIA ZACHARIÆ.

Zacharias, Aggæi æqualis, una cum ipso urget templi Jerosolymitani instaurationem, simulque monet Judæos ne idola et vitia majorum imitentur, quorum viderunt acerbam punitionem per excidium et captivitatem. Typis maxime et ænigmatibus abundat, quibus prædicit, non secus ac Daniel, varia Judæis eventura usque ad Christum; maxime quatuor monarchiarum successiones, quæ desinent in regnum Christi, cujus vitam et passionem pene instar Evangelistæ recenset.

PROPHETIA MALACHIÆ.

Malachiæ nomen in Hebræo sonat *Angelum*, quod moribus et officio præstitit hic propheta, ultimus prophetarum. Nehemiæ fuisse æqualem, Aggæo et Zachariæ supparem aut potius posteriorem ex eo colligunt, quod non hortetur populum ad ædificationem templi, ut illi fecere; sed extructo jam templo, eas reprehendat corruptelas, quas tempore secundæ suæ præfecturæ apud Judæos se deprehendisse Nehemias passim in suo libro affirmat; conjugia nimirum cum alienigenis inita, decimarum detentionem, et divini cultus depravationem. Et quia deinceps per 420 annos, solita prophetarum successio non erat expectanda; extremis verbis populum hortatur Malachias, ut legi Moysis constanter adhæreat usque dum exhiberetur summus propheta CHRISTUS, cujus præcursor Joannes Baptista venturus esset in spiritu et virtute Eliæ, ut converteret corda patrum in filios, et rebelles ad prudentiam justorum. Voluit nempe Deus ista fame verbi, ut Scripturæ loquuntur, appetentiores Messiæ facere Judæos, qui prophetas omnes, ut natura et officio, doctrina et miraculis esset superaturus.

MACHABÆORUM LIBER PRIMUS ET SECUNDUS.

Libri Machabæorum quatuor circumferuntur; sed duo tantum priores auctoritatis canonicæ sunt habiti, qui soli jam in sacris Bibliis extant. Vocantur Machabæorum, quod Machabæorum seu Asmonæorum gesta contineant. Exponunt hi duo libri statum Ecclesiæ Dei ab Antiochi Epiphanis initiis ad mortem usque summi pontificis Simonis; et quanquam in eodem prope argumento auctor libri secundi versetur, non videtur tamen priorem exscripsisse. Quin eos libros a diversis scriptoribus exaratos vel inde patet, quod prior historiam longius continuet, et posterior altius paulo repetat : ac easdem sæpe res aliter narrent. Stylus etiam longe diversus, siquidem prior ad phrasim Hebræam propius accedit; et fortasse ea, qualis post captivitatem viguit, lingua scriptus est. Imo non eadem in utroque annorum ratio. Quam discrepantiam ut intelligas, vide specimen Scaligeri omnibus in Bibliis attextum.

EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM.

Veteri Testamento Novum successit, id est, umbræ lux, imagini corpus, figuræ veritas. Cum illa advenisset toties prophetis notata temporis plenitudo, quo caput serpentis a semine mulieris erat conterendum, misit Deus in terram unigenitum Filium suum, factum ex muliere beata Virgine Maria, de qua natus anno correct. Jul. 41, imperantis Augusti a cæde Cæsaris 40, periodi Julianæ 4709, mundi 4000, et juxta alios 4054, ante æram vulgarem 4, Deus et homo Jesus Christus, cum in illo veri Salomonis adventu mundus alta compositus pace quiesceret. Baptizatus a Joanne Baptista, anno ætatis 34 ineunte, munus suum auspicatus est; eoque per tres annos ac menses aliquot functus, benefaciens, mortuos suscitans, omnem sanans languorem, hominesque evangelicæ vitæ præceptis erudiens, tandem anno imperii Tiberii 19, cum ipse 37 ætatis attigisset, sub Pontio Pilato præside, pro nostra ac totius mundi salute, quarto ministerii sui Paschate, immolatus est, ac die tertia a mortuis resurrexit, et post 40 dies in cœlum ascendit, ubi Patris dexteræ æternum assidet. Illius facta dictaque, cum ipse nihil de se scripsisset, divino consilio, ad Ecclesiæ solatium et institutionem, quatuor Discipuli litteris mandavere, quorum Matthæus et Joannes, rem ut viderunt narrarunt; alii duo, Marcus et Lucas, ut ex oculatis testibus acceperant. « Quod di- » vina Providentia, *inquit Augustinus*, per Spiritum sanctum procuratum est; ne » putaretur quod attinet ad percipiendum et prædicandum Evangelium, interesse » aliquid, utrum illi annuntient qui eumdem Dominum hic in carne apparentem » secuti sunt, an hi qui ex illis fideliter comperta crediderunt. »

Matthæus primus omnium scripsit Evangelium, testibus Hieronymo, Irenæo, Athanasio et aliis, idque Hierosolymis, ac sermone Hebræo vel Syriaco potius, quo tunc utebantur Judæi, *ob horum nempe vel maxime causam scripsit, qui in Jesum crediderant ex Judæis,* inquit Hieronymus, *et nequaquam legis umbra secedente Evangelii veritatem servabant.* Quod fecisse putatur rogatu Discipulo-

rum et jussu aliorum Apostolorum. Exemplar illius Hebraïcis conscriptum litteris secum apud Indos detulit sanctus Bartholomæus Apostolus, ut docet Hieronymus, quod ibi ad Commodi tempora servatum esse notat Eusebius. In Græciam detulerat quoque sanctus Barnabas, cum cujus corpore repertum esse sub Zenone imperatore refert auctor ejus Vitæ. Illud quoque pro concionibus exposuisse Hierosolymitanis sanctum Jacobum fratrem Domini scripsit Athanasius. Nunc tamen illud Evangelium ea qua scriptum est lingua non extat. Scripsit Matthæus circa annum 6 a passione Christi.

EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

Post Petri et Pauli discessum ex urbe Roma, Marcus discipulus et interpres Petri et ipse quæ a Petro annuntiata erant, per scripta nobis tradidit, inquit Irenæus. Scriptum igitur fuit hoc Evangelium anno æræ vulgaris 63. Recepta antiquitus opinio est Marcum Romæ, et quidem a Romanis rogatum, scripsisse, non tamen Romana seu Latina lingua, quamvis id affirmet Syriacæ versionis auctor, silentibus aut etiam inficientibus veteribus; sed omnino Græca, Judæis ipsa cæterisque in urbe Christianis, tum temporis familiari. Augustino Marcus videtur Matthæi pedissequus et breviator, et quidem usum esse Marcum Matthæi Evangelio apertum fieri collatione asserit Grotius. Verumtamen ordinem a Matthæo servatum non ubique sequitur. Deinde in ejusdem rei narratione Matthæo haud raro prolixior est, circumstantias passim plures inserens, easque magni ad elucidandam historiam momenti. Denique haud pauca habet, quorum nulla apud Matthæum occurrunt vestigia, qualia sunt de dæmoniaco, de cæco, de paupercula, etc., etc. Cæterum observat sanctus Chrysostomus Marcum imitatum esse succinctam Petri brevitatem, uti Lucam Pauli copiam.

EVANGELIUM SECUNDUM LUCAM.

Lucas Antiochia Syriæ oriundus, Hebræi tunc temporis sermonis non fuit ignarus, et Græcis litteris fuit eruditus. Fidem faciunt ejus scripta, Evangelium, et Acta Apostolica; ambo enim frequentibus Syriacismis seu Hebraïsmis respersa sunt, et non imperitum produnt Hellenistam. Inscribuntur Theophilo, qui in Evangelio, *optimi* appellatione designatur, et cum appellatio hæc in Actis Felici et Festo tribuatur, magistratibus Romanis, videtur Theophilus vir fuisse in dignitate constitutus, quem in recepta nuper doctrina Christiana roborandum ac confirmandum utroque hoc scripto suscipit Lucas. Lucam Evangelium in Achaïæ et Beotiæ partibus Græce eum scripsisse tradit Hieronymus, et sane circa annum æræ nostræ 56 vel 57, a passione vero 23 aut 24. Hanc scriptionem eo consilio suscepit ut pseudoapostolorum temeritatem confutaret, qui ut Pauli prædicationi abessent, aliter quam ipse enuntiabat, conati erant narrationem rerum a Christo completarum ordinare.

EVANGELIUM SECUNDUM JOANNEM.

Joannes Apostolus, dilectus Christo Discipulus, e Bethsaïda oriundus, filius fuit Zebedæi et Salomes, frater Jacobi Apostoli quem Herodes post Passionem Christi decollavit. « Totas ille, *ait Hieronymus*, Asiæ fundavit et rexit Ecclesias: » secundam autem post Neronem persecutionem movente Domitiano, in Pathmo » insula relegatus, scripsit Apocalypsim. Evangelium vero nonnisi demum Ephe- » sum reversus novissimus omnium scripsit, coactus ab omnibus pene tunc Asiæ » episcopis, et multarum Ecclesiarum legationibus, indicto prius in omnium jeju- » nio. » Unde pulchre Epiphanius : « Spiritus sanctus Joannem invitum licet ac » religione quadam et reverentia defugientem, ad scribendum impulit, affecta » jam ætate, utpote qui nonagesimum annum excederet postquam ab insula » Pathmo reversus est. » Scripsit Græce, et quidem Nervæ anno primo, ut notat Eusebius, hoc est, æræ nostræ 96, a Passione 63. Quod ipse fecit, tum ut Cerinthi, Ebionis, aliorumque nascentes adversus Christi divinitatem, religionis Christianæ basim ac fundamentum, hæreses confutaret; tum ut quæ ab aliis Evangelistis prætermissa fuerant, suppleret; scilicet omnia in hoc Evangelista fere nova sunt et reliquis intacta. Etiam in ipsa Passionis narratione, quam cum cæteris communem habet, haud pauca occurrunt singularia. Maxime illud, ubi se ipsum introducit, reliqui enim Discipuli fugerant, tanquam oculatum testem crucifixionis. Id quod egregie facit ad confirmandam hujus historiæ, præcipuæ quoque partis evangelicæ, veritatem : *Qui vidit*, inquit cap. 19-35, *testimonium perhibuit; et verum est testimonium ejus; et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis.* Tandem senio confectus, anno 68 post passionem Domini mortuus est, ac juxta Ephesum urbem sepultus.

ACTUS APOSTOLORUM.

Hunc librum Syri Historiam Apostolorum vocant; Tertullianus, Commentarium Lucæ; sanctus Chrysostomus, Librum dogmatum de Spiritu sancto; OEcumenius, Evangelium Spiritus sancti, quod in ea narrentur quæ, Spiritus instinctu, Apostoli maxime memoranda gessere. Hic porro miranda cernitur illa Ecclesiæ Christi infantia, ejusque in omnes gentes propagatio per Apostolos, et præcipue per Apostolorum principes, Petrum et Paulum, cujus comes individuus et adjutor Lucas, cum in Evangelio audita narrasset, hic visa memorat, eaque quorum ipse non testis modo, sed et minister aliquando fuit. Cæterum relegenda, quæ pauca in ejus Evangelium prænotata sunt. Continet autem Actuum liber historiam annorum fere 30, a morte scilicet Christi, et anno æræ nostræ 33, ad biennium illud, quod in libera custodia Romæ consumpsit Paulus, quod nos ad annum æræ vulgaris 63 extendendum putamus.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD ROMANOS.

In digerendis sancti Pauli Epistolis, dignitatis potius eorum ad quos scriptæ sunt, quam temporum habita ratio est. Hinc prima locata est ad Romanos, ob regnatricis Urbis et principalis Ecclesiæ amplitudinem. Nam quatuordecim Epistolarum sancti Pauli assignari potest ordo sequens : ad Thessalonicenses prima; ad eosdem secunda; ad Galatas; ad Corinthios prima; ad eosdem secunda; ad Romanos; ad Philippenses; ad Philemonem; ad Colossenses; ad Ephesios; ad Hebræos; ad Timotheum prima; ad Titum; ad Timotheum secunda, paulo antequam ipse Apostolus subiret martyrium. Epistolæ ad Romanos argumentum breviter perstrinxit Augustinus, cum dixit : *Quæstionem in ea versari operum legis et gratiæ.* Orta siquidem contentio fuerat inter fideles, tum Judæos, tum gentiles, qui Romæ degebant, de justificatione, cum utrique suis meritis Evangelii gratiam arrogarent. Hinc controversiæ disceptator Paulus interveniens, « Ea, inquit » idem doctor, moderatione utitur, ut nec Judæos superbire permittat, tan- » quam de meritis operum legis; nec gentes merito fidei adversus Judæos in- » flari, quod ipsi receperint Christum quem illi crucifixerunt. » Ostendit itaque omnes priusquam vocarentur ad Christi fidem, fuisse peccatis subditos, et a vera justitia alienos; atque adeo gratuitum Dei donum esse justificationem, eamque non ex lege aut ex meritis operum, sed ex fide Christi proficisci. Circa finem vero moralis subditur instructio, atque in actione gratiarum ac salutationibus finem tenet Epistola. Scriptam eam Corintho fuisse pluribus probat Origenes; quod missa fuerit per Phœben diaconissam Ecclesiæ quæ erat Cenchris portu Corinthiorum; quod Caïum qui Corinthi morabatur, hospitem suum vocet; quod in salutationibus, eorum meminit qui cum ipso iter Jerosolymitanum ingressi sunt, quique dicuntur Corintho cum Paulo esse profecti. Data est anno æræ vulgaris 57, post Christi passionem 24; quo tempore cum collectis in Macedonia et Achaïa eleemosynis, profectus erat Apostolus Hierosolymam. Ponitur tamen hæc omnium Epistolarum prima, tum quod « gratiam fidei maxime commendat et inculcat, » quæ caput est et initium Christianismi; » tum ob præstantiam, ut jam diximus, Romanæ urbis et Ecclesiæ, « cui potissimum beatus Apostolus de gratia » Christi multa et multipliciter est locutus, inquit Augustinus, ut inde se præ- » dicatio ejus velut a capite orbis toto orbe diffunderet. »

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD CORINTHIOS PRIMA.

Paulus per amicos edoctus ortas inter Christianos Corinthios ex nimio erga magistros studio contentiones, necnon de connubiis, de mulierum moribus in Ecclesiis, de natura et usu spiritualium charismatum, ac denique de resurrectione mortuorum, de qua dubitabant nonnulli propter adventus Domini tarditatem; quin et per se ipsum conscius omnimodarum impudicitiarum quæ committebantur in ea urbe; imo admissum a quodam ex Corinthiis gravissimum scelus, patris uxore sibi incestis nuptiis copulata; alios denique nimis elatos; nonnullos contra vere religiosos et pios; multus est in insectanda impudicitia, et in cæteris orationem ita moderatur, ut modo solatia, modo castigationes adhibeat, laudesque reprehensionibus admisceat, ut hæc aut illa sibi quisque ex conscientiæ monitu accommodaret. Constat Ephesi, non vero Philippis, scriptam esse hanc Epistolam, missamque per Stephanum, Fortunatum et Achaïcum, quos Corinthii ad visendum Apostolum miserant, idque circa annum vulgaris æræ 57, a morte Christi 24.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD CORINTHIOS SECUNDA.

Cum Timotheus a Paulo missus Corinthum ad eum rediisset, et quam bene ejus labor apud plerosque successerat, renuntiasset; alteram hanc ad eos scripsit Epistolam Paulus, in qua tum bonis de sincero erga se studio gratulatur, tum pseudoapostolorum sibi invidentium obtrectationibus respondet. Scripta est apud Macedonas, et quidem in urbe ipsorum primaria, Philippis. Missa est vero per Titum ac Lucam eodem anno quo superior, hoc est, circa annum æræ nostræ 57, a Christi morte 24.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD GALATAS.

Cum Apostolus Paulus, peragratis superioribus Asiæ partibus, Galatia et Phrygia, venisset Ephesum, ubi per biennium docuit in schola cujusdam tyranni, rescivit Galatas statim ab ejus discessu a falsis fratribus deceptos esse, qui hominem ex operibus legis justificandum docerent, eosque sic ad circumcisionem et cæteras legis cæremonias traducerent; non illi quidem ut Christum penitus abjiciendum, sed ut legem cum Christo conjungendam esse contenderent. Et quia pseudomagistris illis notum erat dogmatum vel acerrimum adversarium esse Paulum Apostolum, ideo ejus auctoritatem elevare, eumque longe infra cæteros deprimere omnibus modis tendebant; imo ipsum quasi a reliquorum Apostolorum doctrina dissentientem non obscure insimulabant. Ergo ut illorum audaciam Paulus coërceat, sui dignitatem apostolatus in primis tuetur, et doctrinæ suæ cum reliquis Apostolis concordiam ex habita cum ipsis collatione comprobat. Moxque adductis rationibus et e Scriptura veteri testimoniis, Galatas ab errore circa legis observationem quasi ad justificationem necessariam, non sine acri objurgatione revocat. Interim varios affectus inspergens Epistolæ ægris illorum animis varie medetur. Scripta est Epistola Epheso, ut ex peregrinatione Pauli intelligitur, idque circa annum æræ nostræ 56, a morte Christi 23.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD EPHESIOS.

Romæ scripta est ex vinculis, quorum ter meminit. Per Tychicum diaconum transmissa, cujus in fine mentio est, circa annum æræ vulgaris 62, a Christi morte 29. Dividitur Epistola in duas partes : priore, quæ dogmatica est usque ad caput 4, disputat Apostolus de arcano divinæ prædestinationis et electionis gentilium, nominatimque Ephesiorum ad veram fidem, justitiam et salutem, præ tot myriadibus aliorum hominum; posteriore, quæ moralis est, mores cujusque ætatis et conditionis instruit.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD PHILIPPENSES.

Hanc Epistolam eodem anno, æræ vulgaris 62, et ex eodem carcere ex quo præcedentem ad Ephesios, scripsit Apostolus; quo tempore vincula in prætorio inclaruerunt, nonnullis ex ipsius Cæsaris quoque palatio ad fidem Christi conversis. Fuerunt autem Philippi prima urbs quam Paulus ingressus est, cum Macedoniam cœlesti monitione excitus peteret, ubi et ob Pythonissam curatam virgis cæsus et incarceratus fuit : quare Philippenses obstricti tot nominibus sancto Paulo, tener-

rime illi afficiebantur, et mox ut audierunt vinctum Romæ detineri, miserunt eo cum muneribus Epaphroditum episcopum suum solatio et auxilio futurum Apostolo. Sed is in morbum ibidem lapsus parum abfuit a morte. Cumque tandem convaluisset, ad suos cum his litteris remissus est, quibus monentur ut in fide Christi constanter perstent, nec adversis frangantur, nec fidem habeant judaïzantibus, quos canes et inimicos crucis Christi appellat. Miscet interim pia hinc inde monita, præsertim de imitanda Christi humilitate; postremo ipsorum munificentiæ gratias agit.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD COLOSSENSES.

Eodem cum duabus præcedentibus anno, a morte Christi 29, æræ nostræ 62, et ex eodem carcere conscripta, ac per Tychicum et Onesimum Colossas transmissa, urbem Phrygiæ, ab Hierapoli et Laodiceæ, quarum in hac Epistola meminit, haud procul dissitam. Instituti autem erant Colossenses per Epaphram Apostoli discipulum, sed post acceptum Evangelium, a quibusdam, quorum studium erat sinceritatem apostolicæ doctrinæ corrumpere (Simonianos fuisse credere par est) persuasi sunt accessum se habere ad Deum, non per Filium, sed per Angelos. Accedebant observationes ac superstitiones Judaïcæ, ab Evangelio prorsus dissentaneæ. Primum igitur docet Apostolus nonnisi per Christum Dei Filium, per quem omnia condita sunt, nos instaurari ac reconciliari Deo; Judaïcas autem et philosophicas observationes penitus aspernandas. Atque id agit cap. 1 et 2. Reliqua pars Epistolæ fere in tradendis Christianæ vitæ præceptis versatur. Est autem hæc Epistola valde huic similis, quam ad Ephesios dedit, et instar illius, grandiloqua et sublimis.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD THESSALONICENSES PRIMA.

Thessalonica metropolis est Macedoniæ, prius Halis dicta, deinde a Philippo Amyntæ filio Thessalonica appellata, ob devictos Thessalos. Nunc Salonica dicitur. In hac urbe multos Christo adjunxerat Paulus, cum Philippis Thessalonicam venisset; sed cum rursus eam repetere ex Athenis semel iterumque cogitasset, destinata non potuit exequi, *a Satana*, inquit, *præpeditus*. Ideoque Timotheum eo misit, unaque Silam, qui Thessalonicenses in fide confirmarent. Illis Corinthum, ubi annum unum et sex menses egit Paulus, Thessalonica reversis, Apostolus de Thessalonicensium rebus edoctus, eos hac Epistola collaudat, quod, Judæis licet insano studio contra nitentibus, in accepta fide constanter permansissent; et Deo gratias agit. Interim sui commendationem admiscens in memoriam revocat, quo pacto, ne eos gravaret, etiam a sumptu accipiendo pepercisset. Mox subjungit præcepta vitæ Christianæ. Patet ergo ex dictis non Athenis, neque Roma, ut quibusdam placuit, sed Corintho missam esse Epistolam hanc quam jure Chrysostomus et Theodoretus primam omnium Paulinarum censent. Quod nemo inficiabit, qui peregrinationem Pauli attente considerarit, præcipueque quæ habentur Act. 17 et 18 cum hujus Epistolæ cap. 3 compararit. Missa est autem circa annum æræ nostræ 52, post Christi mortem 19.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD THESSALONICENSES SECUNDA.

Scripta est hæc Epistola ex eodem loco et eodem anno, æræ nostræ 52, quo prior. Occasio scribendi hæc fuit: ex verbis nonnullis superioris Epistolæ inferebant falsi doctores instare judicii diem. Hosce itaque redarguit Apostolus, docetque non prius Christum venturum, quam apparuerit Antichristus, Christi adventu destruendus. Denique hortatus omnes ad patientiam, constantiam, et traditionum a se acceptarum observantiam, signum illis dat quo geminas suas litteras a spuriis dignoscant.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD TIMOTHEUM PRIMA.

Duæ Pauli ad Timotheum Epistolæ, et una ad Titum, argumento similes sunt. Constant enim variis admonitionibus, de ordine et disciplina in Ecclesiis servanda, et de episcopalis officii partibus. Primam hanc digressus Epheso Paulus, cum Philippos ex promisso venisset, inde ad Timotheum, quem Ephesi reliquerat episcopum, scripsit, anno, ut nobis videtur, æræ vulgaris 66, post Christi mortem 33.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD TIMOTHEUM SECUNDA.

Argumentum hujus Epistolæ idem est quod superioris, nisi quod hic Apostolus Timotheum admonet de vitandis falsis doctoribus, et, sive horumce, sive posteriorum temporum hæreticis. Scriptam porro Romæ, et quidem in secundis vinculis, paulo ante martyrium, apparet ex cap. 4-6, atque ita anno æræ nostræ 66, a Christi morte 33. Est igitur hæc omnium quas conscripsit sanctus Paulus, Epistolarum ultima, Timotheo, testamenti cujusdam vice relicta, inquit Chrysostomus.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD TITUM.

Versatur in simili argumento quo præcedentes duæ ad Timotheum, estque Philippis eodem tempore scripta. Primum itaque de presbyteris sive episcopis ordinandis Titum admonet; mox adversus judaïzantes insurgit, quos jubet acriter increpari; deinde ad morum præcepta vertit orationem. Et inter hæc semel atque iterum præclaram admiscet mentionem gratiæ qua, nullo nostro merito, per Christum salvemur. Denique a vanis quæstionibus avocat, et hæreticos fugiendos admonet.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD PHILEMONEM.

Scripta est in gratia Onesimi, qui herum suum Philemonem Colossensem, Pauli discipulum, suppilaverat, et quidem Romæ e primis vinculis, quorum quinquies meminit, anno vero a Christi morte 29, æræ vulgaris 62.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI
AD HEBRÆOS.

Scripta videtur eodem fere tempore quo Epistolæ ad Philemonem et ad Ephesios, anno scilicet æræ nostræ 62, a morte Christi 29. Sub finem illius biennii quo Paulus Romæ primum vinctus est, cum causa apud Neronem feliciter peracta, Timotheus jam esset solutus. Fuere qui negarent Epistolam hanc esse Pauli, quod ea neque Pauli, neque genium ejus referat, et quia nomen suum pro more initio non apposuit Apostolus. Ecclesia vero eam semper habuit inter scripta canonica et sancti Pauli genuinam. In hac Epistola duo potissimum agit Apostolus; partim docet quæ Christi dignitas, et quod officium, quæque sacerdotii ejus et sacrificii supra Leviticum excellentia; partim vero consolatur Hebræos, et ad perseverantiam fidei in Christum hortatur.

EPISTOLA CATHOLICA BEATI JACOBI APOSTOLI.

Jacobi esse hanc Epistolam frons ipsa loquitur: sed cujus Jacobi, an ejus qui filius Zebedæi, frater Joannis fuit; an illius qui Alphæi filius, et frater Judæ, dubitavere quidam. At Hieronymus Jacobum fratrem Joannis auctorem esse hujus Epistolæ diserte negat in cap. 1 Epist. ad Galat. Ergo hujus Epistolæ auctor est alter hic Jacobus Jerosolymitanæ Ecclesiæ episcopus; qui inter columnas a Paulo nominatur, et cujus injustæ cædi eversionem Hierosolymorum ascribit Josephus. Est autem hæc Epistola argumento multiplex, multis variisque præceptis referta. Duo tamen agit præcipue: primum, ut Christianos ad modestiam erudiat, a vana confidentia revocet, et ad petendam a Deo sapientiam hortetur; alterum, ut doceat fidem sine operibus nihil ad salutem prodesse. Scriptam esse tribus annis ante martyrium Apostoli, et ideo anno 59 putant quidam; quidam vero anno 58 vel 60.

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI PRIMA.

Prima Petri Epistola, digna Apostolorum principe, verbis parca est, sententiis gravis, plena auctoritatis et majestatis apostolicæ; Roma missam ipsemet testatur, quam Babylonis nomine typice designavit, sicut fit in Apocalypsi, idque propter confusionem idololatriæ, quæ tunc in ea vigebat; quippe quæ urbs omnium gentium serviebat erroribus, ut ait sanctus Leo. Verum quo anno missa sit incertum est. Versatur, uti superior Jacobi, in tradendis vitæ Christianis præceptis, fidelibus in Asia Minore dispersis.

EPISTOLA BEATI PETRI APOSTOLI SECUNDA.

Scripta est ad eosdem ad quos prior Epistola, quod liquet ex illis verbis: *Hanc et vobis secundam scribo Epistolam*, 3-1. Idque anno Petri ultimo, cum *certus* jam *esset de veloci depositione tabernaculi*, sive corporis *sui*, 1-14, atque adeo æræ nostræ 66, a morte Christi 33, Neronis 13. In hac Epistola Petrus fideles hortatur ut fidem, etiam se mortuo, firmiter retineant; errorumque magistros longissime fugiant, quorum mores et studia depingit.

EPISTOLA BEATI JOANNIS APOSTOLI PRIMA.

Quo tempore et quo loco data sit hæc Epistola, ignoratur. Illud certum semper antiquis fuit, eam esse Joannis Apostoli et Evangelistæ, quod et stylus et character proprius satis indicat; et tam crebra *charitatis* et *veritatis* inculcatio. Ad Parthos missam veterum est traditio, quorum in ditione plurimi erant Judæi, ex antiqua captivitate et dispersione. Versatur autem potissimum in instruenda Christi Domini vera œconomia, et præcipuis fidei nostræ documentis tradendis.

EPISTOLA BEATI JOANNIS APOSTOLI SECUNDA.

Ejusdem Joannis Apostoli duas sequentes Epistolas, vel ex eo patet quod earum dogmata, sententiæ, verba non tam similia quam sæpe eadem sint. Gratulatur hic Joannes Electæ mulieri nobili ac filiis ejus, quod rectam de Jesu Christo fidem teneant: hortatur ut hæreseon disseminatores summo studio devitent.

EPISTOLA BEATI JOANNIS APOSTOLI TERTIA.

Gaïum in hac Epistola collaudat Apostolus, quod in veritate ambulet, et charitatem in fratres et in hospites exhibuerit. Dehortatur ab imitando Diotrephe, hortatur ad imitandum Demetrium.

EPISTOLA CATHOLICA BEATI JUDÆ APOSTOLI

Judas, qui et Thaddæus, cognomento Zelotes, frater fuit Jacobi Minoris, et quandoque frater Domini appellatus, quod filius fuit Mariæ, quæ soror erat Virginis Deiparæ. Hujus Epistola adeo convenit cum iis quæ beatus Petrus in secunda sua Epistola scribit, ut ea Judas non legisse solum, verum etiam partim contrahendo, partim explicando, partim describendo, in suam transtulisse videatur. Apostolorum tanquam prædecessorum suorum, qui vita jam excessissent, meminit vers. 17. Videtur ergo scripsisse post mortem aliorum Apostolorum, si tamen Joannem excipias. Simoniacis et Nicolaïtis jam canceris in morem latius serpentibus, et *Dei gratiam in luxuriam transferentibus*, proinde post annum Christi 66, ac fortasse post Jerosolymorum eversionem. De hujus Epistolæ auctoritate quamvis a quibusdam olim dubitatum sit, non est quod nos moretur. Causam enim dubitationis hanc affert Hieronymus, « quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in » ea assumitur testimonium. » Tamen auctoritatem vetustate jam et usu meruit, et inter sanctas Scripturas computatur.

APOCALYPSIS BEATI JOANNIS APOSTOLI.

Libri hujus præstantiam paucis complexus est sanctus Hieronymus ad Paulinum, cum dixit: « Apocalypsis tot habet sacramenta quot verba. Parum dixi, et pro me» rito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent in» telligentiæ.» Unde Dionysius Alexandrinæ urbis episcopus, apud Eusebium, lib. 7 Histor., cap. 25: « In libro Apocalypsis arcanam planeque admirabilem singularum » rerum intelligentiam latere existimo. Nam et sicubi ipse non intelligo, suspicor » tamen altiorem quemdam sensum verbis subesse, eaque non meo ipsius judicio » metior; sed plus fidei tribuens, sublimiora censeo quam ut a me percipiantur; » eo admiror magis quo minus capio. »

SERIES PRINCIPUM REGUMQUE IDUMÆORUM.

RECENSENTUR DUCES IN IDUMÆA REGNANTES, PRIMUM EX SEIR HORRÆO.

1° Seir, pater Lothan, Sobal, Sebeon, Ana, Dison, Eser, et Thamma sororis Lothan.
2° Lothan, pater Hori et Heman.
3° Sobal, pater Alvan, Manahath, Ebal, Sepho et Onam.
4° Sebeon, pater Aja et Ana.
5° Ana, pater Dison et Oolibamæ. Iste est Ana qui invenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui.
6° Dison, pater Hamdan, Eseban, Jethram et Charan.
7° Eser, pater Balaan, Zavan, Jacan.
8° Disan, pater Hus et Aran.
9° Thamna, filia Seïr, soror Lothan.

RECENSENTUR DUCES IN IDUMÆA REGNANTES, SECUNDO EX ESAU FILIO ISAAC.

1° Esau, pater Eliphaz, Rahuël, Jehus, Ihelon et Core.
2° Eliphaz, pater Theman, Omar, Sephi, Gathan, Cenez et Amalec ex Thamna.
3° Rahuel, pater Nahath, Zara, Samma, et Meza.
4° Jehus, primus filius Oolibamæ et Esaü.
5° Ihelon, filius secundus Oolibamæ et Esaü.
6° Core, filius tertius Oolibamæ et Esaü.

Nota. In Genesi Jehus, Ihelon et Core nullos habent filios.

Idumæi primo amplexi sunt aristocratiam, in qua duces ex optimatum sententia rempublicam gubernabant; deinde monarchiam et reges habuerunt. Porro tam duces quam reges, electione, non hæreditate, veniebant ad principatum; quare non semper defunctorum filii, sed alii plerique habenas imperii capessunt.

RECENSENTUR REGES QUI REGNAVERUNT IN TERRA EDOM (IDUMÆA) ANTEQUAM HABERENT REGEM SAULEM FILII ISRAEL; FUERUNT HI :

1° Bela, filius Beor, nomenque urbis ejus Denaba.
2° Mortuus est Bela, et regnavit pro eo Jobab filius Zaræ de Bosra. Jobab iste est Job speculum patientiæ.
3° Cumque mortuus esset Jobab, regnavit pro eo Husam de terra Themanorum.
4° Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Adad filius Badad; civitas ejus Avith.
5° Cumque mortuus esset Adad, regnavit pro eo Semla de Masreca.
6° Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Saul I de fluvio Rohoboth.
7° Cumque et hic obiisset, successit in regnum Balanan, filius Achobor.
8° Isto quoque mortuo, regnavit pro eo Adad; nomenque civitatis ejus Phaü.

Mortuo Adad seu Adar, Edom non habuit reges, sed duces, quorum nomina ignota sunt. Sed per loca sibi assignata appellati sunt. Hæc ergo nomina ducum Esaü in cognationibus, et locis, et vocabulis suis.

1° Dux Thamna.
2° Dux Alva.
3° Dux Jetheth.
4° Dux Oolibama.
5° Dux Ela.
6° Dux Phinon.
7° Dux Cenez.
8° Dux Theman.
9° Dux Mabsar.
10° Dux Magdiel.
11° Dux Hiram.

TABULA JUDICUM ISRAEL. ANNOS EXHIBENS UNIUSCUJUSQUE JUDICIS.

Ab orbe condito.	Ante ær. vulgarem.		
2544	1510	Moyses, filius Amram et Jochabed, judicavit per annos.	40
2584	1470	Josue, filius Nun aut Nave	17
2600	1454	Othoniel, filius Cenez.	40
2640	1414	Aod, filius Gera.	80
2720	1334	Debbora et Barac.	40
2760	1294	Gedeon, filius Joas.	40
2800	1254	Abimelech, filius Gedeonis.	3
2803	1251	Thola, filius Phua.	23
2826	1228	Jair, Galaadites.	22
2848	1206	Jephthe, filius Galaad.	6
2854	1200	Abesan, Bethlehemites.	7
2861	1193	Ajalon, Zabulonites, judicavit per annos.	10
2871	1183	Abdon, filius Illel, Pharathonites.	8
2879	1175	Samson, filius Manuë.	20
2899	1155	Heli, e familia Ithamar.	40
2939	1115	Samuel, filius Elcanæ ex Anna uxore.	22
		Sequitur tabula regum :	
2962	1092	Saul cum Samuële 22, solus 18. In summa.	40
2979	1075	David (cum Isboseth septem annis et sex mensibus).	42
3021	1033	Salomon.	38

Tum discedunt decem tribus a domo David, et fiunt duo regna :

REGNUM JUDA, METROPOLIS JERUSALEM; ET REGNUM ISRAEL, METROPOLIS SAMARIA.

Ab orbe condito.	Ante ær. vulgarem.	REGNANT IN JUDA :	
3059	995	Roboam.	17
3077	987	Abiam.	3
3079	973	Asa.	41
3120	934	Josaphat.	25
3146	908	Joram.	6
3150	904	Ochozias.	1
3151	903	Athalia.	6
3157	897	Joas.	40
3196	858	Amasias.	29
3225	829	Ozias.	52
3277	777	Joatham.	16
3293	761	Achaz.	16
3308	746	Ezechias.	29
3338	716	Manasses.	55
3393	661	Amon.	2
3395	659	Josias.	31
3425	629	Joachaz, tribus mensibus.	»
3426	628	Joakim.	18
3427	627	Jechonias, cum patre.	10
3435	619	Sedecias.	11

Ab orbe condito.	Ante ær. vulgarem.	REGNANT IN ISRAEL :	
3060	994	Jeroboam.	21
3081	973	Nadab.	1
3082	972	Baasa.	23
3105	949	Ela.	1
3106	948	Zambri, mensibus 7.	»
Id.	*Id.*	Amri.	11
3117	937	Achab.	22
3138	916	Ochozias.	1
3139	915	Joram.	12
3150	904	Ochozias.	1
3151	903	Jehu.	28
3179	875	Joachaz.	16
3195	859	Joas.	16
3211	843	Jeroboam.	41
3251	803	Interregnum 11 ann.	»
3263	791	Zacharias, sex mensibus.	»
Id.	*Id.*	Sellum, uno mense	»
Id.	*Id.*	Manahem.	10
3275	779	Phacelas.	2
3277	777	Phacee.	20
3296	758	Oseas, ultimus.	18

TABULA PONTIFICUM APUD JUDÆOS,

AB AARON PRIMO AD CAIPHAM DESUMPTA TUM EX SCRIPTURA SACRA, TUM EX JOSEPHO, EUSEBIO, SULPITIO SEVERO, GUILLELMO TYRIO, TUM EX OPERE CUI NOMEN, *GESTA DEI PER FRANCOS*, TUM DENIQUE EX TORNIEL, SOLIAN, BARONIO, ET ALIIS MULTIS SCRIPTORIBUS.

		Ab orbe condito.	Ante ær. vulgar.
1	Aaron.	2545	1509
2	Eleazar I.	2583	1471
3	Phinees.	2600	1454
4	Abisue.	2618	1436
5	Bocci.	*Id.*	*Id*
6	Ozi.	*Id.*	*Id.*
7	Saraias I.	*Id.*	*Id.*
8	Meraioth.	*Id.*	*Id.*
9	Amarias I.	*Id.*	*Id.*
10	Heli, judex et pontifex.	2899	1155
11	Achitob I.	2939	1115
12	Achias.	2955	1095
13	Achimelec.	2967	1087
14	Abiathar.	2971	1083
15	Sadoc.	3021	1033
16	Achimaas.	3060	994
17	Azarias I.	3077	977
18	Johanan I.	3121	933
19	Isus. — Azarias.	3145	909
20	Axioramus — Azarias.		
21	Phideas. — Amarias.	3151	903
22	Joiadas I.	3151	903
23	Zacharias.	3184	870
24	Johanan II vel Sedecias.	3197	857
25	Azarias II.	3248	806
26	Amarias II vel Joathan.	3278	776
27	Achitob II.	3293	761
28	Sadoc II. — Urias.	*Id.*	*Id.*
29	Sellum. — Merajoth II.	3909	745
30	Helcias. — Helcias.	*Id.*	*Id.*
31	Eliacim. — Sadoc II.	3338	716
32	Azarias III. — Mosollam.	*Id.*	*Id.*
33	Saraias II. — Joakim.	3346	708
34	Josedec. — Sellum.	3394	660
35	Jesus vel Josue. — Azarias IV.	3402	652
36	Joacim. — Helcias.	3400	644
37	Eliasib.	3450	604
38	Joiadas II.	3516	538
39	Jonathan.	3524	530
40	N. N. (*ignotus*).	3673	481
41	Jeddon vel Joddas.	3722	332
42	Onias I.	3731	323
43	Simon I.	3742	312
44	Eleazar II.	3769	285
45	Manasses.	3792	262
46	Onias II.	3807	247
47	Simon II.	3830	224
48	Onias III.	3867	187
49	Jason vel Jesus.	3878	176
50	Menelaus, deinde Lysimachus.	3881	173
51	Mathathias vel Onias V.	3884	170
52	Judas Machabæus.	3888	166
53	Jonathas.	3893	161
	Alcimus, pseudopontifex.	*Id.*	*Id.*
54	Simon III.	3910	144
55	Joannes Hyrcanus I.	3915	133
56	Aristobulus I, pontifex et rex.	3950	104
57	Alexander Jannæus, pontifex et rex.	3951	103
58	Hyrcanus II, pontifex et rex.	3976	78
59	Aristobulus II, pontifex et rex.	3985	69
60	Hyrcanus III vel Hyrcanus restitutus, pontifex et rex.	3991	63
61	Antigonus. Herodes Idumæus regnum occupat.	3999	55
62	Aristobulus III.	4002	52
63	Ananel.	4018	36
64	Ananel restitutus.	*Id.*	*Id.*
65	Jesus, filius Phobetis.	*Id.*	*Id.*
66	Simon, filius Boëthi.	4030	24
67	Mathias.	*Id.*	*Id.*
68	Joazar.	*Id.*	*Id.*
	Nascitur Jesus Christus.		
	Non constat an fuerit pontifex Simeon.		
69	Eleazar, filius Boëthi.	4054	1
70	Jesus, filius Siah	*Id.*	*Id.*
71	Joazar restitutus.	*Id.*	*Id.*
72	Ananus vel Annas.	*Id.*	*Id.*
73	Ismael.	4068	14
74	Eleazar IV, filius Annæ.	4070	16
	Simon V, filius Camithi.	4071	17
	Joseph Caïphas.	4073	19
	Deinde sequuntur usque ad eversionem Jerusalem et templi a Tito Vespasiani filio.		
	Jonathas, filius Annæ.		
	Simon Canthora.		
	Mathias, filius Annæ.		
	Elioneus.		
	Simon Canthora restitutus.		
	Joseph, filius Canei.		
	Ananias, filius Annæ.		
	Ananias, filius Nebedei.		
	Ismael.		
	Joseph, filius Canei restitutus		
	Ananus, filius Annæ.		
	Jesus, filius Damnei.		
	Jesus, filius Gamaliel.		
	Mathias, filius Theophili.		
	Phanaclius.		

FAMILIÆ PATRIARCHARUM,

JUXTA TERTIUM CENSUM POPULI HABITUM IN LIMINE TERRÆ PROMISSIONIS, NUM. XXVI.

FAMILIA RUBEN.

Ruben primogenitus Jacob ex Lia quatuor habuit filios.

Henoch, a quo familia Henochitarum.
Phallu, a quo familia Phalluitarum.
Hesron, a quo familia Hesronitarum.
Charmi, a quo familia Charmitarum.

Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inventus est, quadraginta tria millia et septingenti triginta, a viginti annis et supra, cuncti qui possent ad bella procedere.

FAMILIA SIMEON.

Simeon filius Jacob ex Lia habuit filios quinque.

Namuël, a quo familia Namuëlitarum
Jamin, a quo familia Jaminitarum.
Jachin, a quo familia Jachinitarum.
Zare, a quo familia Zareïtarum
Saül, a quo familia Saülitarum.

Quarum omnis numerus fuit, viginti duo millia ducenti.

FAMILIA GAD.

Gad filius Jacob ex Zelpha ancilla Liæ septem habuit filios.

Sephon, a quo familia Sephonitarum.
Aggi, a quo familia Aggitarum.
Suni, a quo familia Sunitarum.
Ozni, a quo familia Oznitarum
Her, a quo familia Heritarum.
Arod, a quo familia Aroditarum.
Ariel, a quo familia Arielitarum.

Quarum omnis numerus fuit, quadraginta millia quingenti.

FAMILIA JUDA.

Juda filius Jacob ex Lia septem habuit filios, adjunctis filiis Phares pro Her et Onan, qui sine liberis mortui sunt.

Her, Onan, absque liberis mortui.
Sela, a quo familia Selaïtarum.
Phares, a quo familia Pharesitarum.
Zare, a quo familia Zareïtarum.
Hesron, filius Phares, a quo familia Hesronitarum.
Hamul, filius Phares, a quo familia Hamulitarum.

Quarum omnis numerus fuit, septuaginta sex millia quingenti.

FAMILIA ISSACHAR.

Issachar filius Jacob ex Lia quatuor habuit filios.

Thola, a quo familia Tholaïtarum.
Phua, a quo familia Phuaïtarum.
Jasub, a quo familia Jasubitarum.
Semran, a quo familia Semranitarum.

Hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit, sexaginta quatuor millia trecenti.

FAMILIA ZABULON.

Zabulon filius Jacob ex Lia tres habuit filios.

Sared, a quo familia Sareditarum
Elon, a quo familia Elonitarum.
Jasel, a quo familia Jaselitarum.

Hæ sunt cognationes Zabulon, quarum numerus fuit, sexaginta millia quingenti.

FAMILIA JOSEPH.

Joseph filius Jacob ex Rachel duos habuit filios ex Aseneth in Ægypto, Manassen et Ephraïm.

De Manasse ortus est Machir, a quo familia Machiritarum.
De Machir ortus Galaad, a quo familia Galaaditarum.
Galad sex habuit filios.
Jezer, a quo familia Jezeritarum.
Helec, a quo familia Helecitarum.
Asriel, a quo familia Asrielitarum.
Sechem, a quo familia Sechemitarum.
Semida, a quo familia Semidaïtarum.
Hepher, a quo familia Hepheritarum.

} Hæ sunt familiæ Manasse, et numerus earum, quinquaginta duo millia septingenti.

Ephraïm autem habuit tres filios, et nepotem adoptavit filium Suthala.

Suthala, a quo familia Suthalaïtarum.
Becher, a quo familia Becheritarum.
Thehen, a quo familia Thehenitarum.
Heran, filius Suthala, a quo familia Heranitarum.

} Hæ sunt cognationes filiorum Ephraïm, quarum numerus fuit, triginta duo millia quingenti.

FAMILIA BENJAMIN.

Benjamin filius Jacob ex Rachel filios habuit quinque.

Bela, a quo familia Belaïtarum.
Asbel, a quo familia Asbelitarum.
Ahiram, a quo familia Ahiramitarum.
Supham, a quo familia Suphamitarum.
Hupham, a quo familia Huphamitarum.
Bela duos habuit filios.
Hered, a quo familia Hereditarum.
Noëman, a quo familia Noëmanitarum.

} Hi sunt filii Benjamin per cognationes suas, quorum numerus fuit, quadraginta quinque millia sexcenti.

FAMILIA DAN.

Dan filius Jacob ex Bala ancilla Rachel habuit filium nomine Husin. Husin genuit:

Suham, a quo familia Suhamitarum.

} Quorum numerus erat sexaginta quatuor millia quadringenti.

FAMILIA ASER.

Aser filius Jacob ex Zelpha ancilla Liæ tres habuit filios.

Jemna, a quo familia Jemnaïtarum.
Jessui, a quo familia Jessuitarum.
Brie, a quo familia Brieïtarum.
Filii Brie sunt:
Heber, a quo familia Heberitarum.
Melchiel, a quo familia Melchielitarum.

} Hæ cognationes filiorum Aser, et numerus eorum, quinquaginta tria millia quadringenti.

FAMILIA NEPHTHALI.

Nephthali filius Jacob ex Bala ancilla Rachel filios habuit quatuor.

Jesiel, a quo familia Jesielitarum.
Guni, a quo familia Gunitarum.
Jeser, a quo familia Jeseritarum.
Sellem, a quo familia Sellemitarum.

} Hæ sunt cognationes filiorum Nephthali, quorum numerus fuit, quadraginta quinque millia quadringenti.

Hic est numerus filiorum Israël, qui descripti sunt a Moyse et Eleazaro sacerdote, in campestribus Moab supra Jordanem contra Jericho; et inventi sunt sexcenta millia, et mille septenginti triginta, inter quos nullus fuit eorum qui ante numerati sunt a Moyse et Aaron in deserto Sinaï, nisi Caleb filius Jephone, et Josuë filius Nun.

HIC QUOQUE EST NUMERUS FILIORUM LEVI.

Levi filius Jacob ex Lia tres habuit filios.

Gerson, a quo familia Gersonitarum.
Caath, a quo familia Caathitarum.
Merari, a quo familia Meraritarum.

HÆ SUNT ETIAM QUINQUE FAMILIÆ LEVI.

Familia Lobni.
Familia Hebroni.
Familia Moholi.
Familia Musi.
Familia Core.

} Fueruntque omnes qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini, ab uno mense et supra; quia non sunt recensiti inter filios Israël, nec eis cum cæteris data possessio est.

Quæ tantum præcipuæ numerantur cum omnes fuerint octo, ut patet *Exod.* 6-17, 18, 19, et 1 *Paral.* 23-6 et seqq. Hic enim familiæ Levi ex professo non numerantur ut cæteræ, eo quod non essent accepturæ sortem cum aliis tribubus, ut dicitur *Num.* 26-62.

HEBRAICORUM, CHALDÆORUM, GRÆCORUMQUE NOMINUM INTERPRETATIO.

A

Aaron, mons fortitudinis, *montagne.*
Abba, pater, Syrum est verbum, *père.*
Abarim, transitus plur. num. sive transeuntes, *passages.*
Abdemelech, servus regis, *serviteur du roi.*
Abdenago, servus claritatis, *esclave de la lumière.*
Abdias, servus Domini, *serviteur du Seigneur.*
Abdon, servus, *serviteur.*
Abel, per aleph, luctus, civitas, *deuil.*
Abel, per he in principio, vanitas, filius Adam, *vanité.*
Abessalon, pater pacis, *père de la ptix.*
Abia, pater Domini, *père du Seigneur.*
Abiathar, pater excellens, *père excellent.*
Abigaïl, pater exultationis, *père de la joie.*
Abimelech, pater rex, *père roi.*
Abinadab, pater spontaneus, *père rempli de bonne volonté.*
Abisag, patris ignorantia, *l'ignorance du père.*
Abner, patris lucerna, *la lampe du père.*
Abra, ancilla, Græcum verbum, *servante.*
Abram, pater excelsus, *père elevé.*
Abraham, pater multitudinis, *père de la multitude*
Absalom, pater pacis, *père de la paix.*
Accaron. sterilitas, *stérilité.*
Achab, trater patris, *frère du père.*
Acan, tribulatio, *trouble.*
Achaïa, dolor, vel tristitia, *angoisse ou tristesse.*
Achaz, apprehendens, sive possidens, *possesseur.*
Achimelech, frater meus rex, *frère du roi.*
Achitob, frater bonitatis, *bon frère.*
Adam, homo, sive terrenus, aut rufus, *terrestre.*
Adon, Dominus, aut basis, *Seigneur.*
Adonaï, Domini mei, numero multitudinis : unum est ex nominibus Dei, quod interpres aliquando posuit pro nomine Dei tetragrammaton, *le souverain maître.*
Adonias, dominator Dominus, *le maître donné de Dieu.*
Ægyptus, angustiæ, sive tribulationes, Hebraïce Misraïm, *angoisse.*
Æneas, laudatus, *loué*
Æthiopia, Hebraïce Chus, nigredo, *noirceur.*
Africa, Hebraïce Phul, ruina vel casus, *chute ou ruine,* juxta Isaïam 66-19.
Africa, Hebraïce Phut, crassa vel pinguis, *graisse ou épaisseur,* juxta Nahum 3-9.
Agabus, locusta, *sauterelle.*
Agag, tectum, *toit.*
Agar, peregrina, *étrangère.*
Aggæus, solemnis, *ami du beau.*
Ahod, laudans, *qui aime à louer.*
Alexander, auxiliator virilis, *secours mâle.*
Alexandria, Hebraïce No vel No-Ammon, *demeure.*
Alleluia, laudate Dominum, *louez le Seigneur.*
Amalec, populus lambens, *peuple qui lèche.*
Amam, mater, timor eorum, *mère ou crainte.*
Aman, conturbans, *partisan de la révolte.*
Amana, fides, sive veritas, *vérité ou foi.*
Amasias, rex Juda, cujus scribitur nomen per aleph, fortitudo Domini, *la force du Seigneur.*
Amasias, filius Zechri, cujus nomen scribitur per aïn, onus Domini, *fardeau du Seigneur.*
Amelech, rex, *roi.*
Amen, fiat, efficiatur, aut firmum sit, *ainsi soit-il, ou cela est vrai.*
Aminadab, populus spontaneus, *peuple rempli de bonne volonté.*
Ammon, populus ejus, *peuple.*
Amnon, fidelis, aut verax, *fidèle ou véritable.*
Amorrhæi, amari, rebelles, *amers ou rebelles.*
Amos, per aleph, fortis, pater Isaïæ, *fort.*
Amos, per aïn, onus, unus e prophetis, *fardeau.*
Amri, per aleph, amarus vel loquens, *amer.*
Amri, per aïn, manipulus, vel dominium, princeps militiæ Israëliticæ, *gerbe ou domination.*
Ananias, nubes vel gratia Domini, *grâce du Seigneur.*
Anathoth, locus humilis, *lieu bas.*
Andreas, fortissimus, *homme courageux.*
Anna, gratiosa, sive misericors, *gracieuse.*
Antiochus, currus adversarius, *char opposé.*
Apostolus, missus, legatus, *envoyé.*
Arabes, Hebraïce Saba, vespertini, vel conversio, *changement ou retour.*
Aram, celsitudo, sublimitas, *élévation.*
Ararat, maledictio tremoris, *malédiction de crainte.*
Arbee, quatuor, *quatre.*
Architriclinus, princeps triclinii, *maître d'hôtel.*
Areopagus, collis Martis, *aréopage.*
Areuna, arca, vel canticum, *Areuna.*
Argob, gleba, vel glarea, *motte de terre.*
Armenia, Hebraïce dicitur Ararat, maledictio tremoris, *malédiction de crainte.*
Arnon, exultans, *qui donne de la joie.*
Arphaxad, sanans, *qui guérit.*
Artaxerxes, lumen vel maledictio, *malédiction, lumière.*
Asaph, congregans, *qui rassemble les peuples pour les instruire.*
Aser, beatitudo, sive felicitas, *Aser,* filius Jacob.
Asir, vinctus, *prisonnier,* filius Caath.
Assuerus, princeps et caput, *prince et chef.*
Assur, insidians, vel beatus, *heureux, tendant des piéges.*
Astaroth, greges sive divitiæ, *troupeau ou richesses.*
Athalia, tempus Domino, *le temps est au Seigneur.*
Athenæ, intelligentia Dei, *l'intelligence de Dieu.*
Attalia, augens vel nutriens, *qui augmente ou nourrit.*
Ava, iniquitas, *iniquité.*
Axa, adornata, *ornée.*
Azarias, auxilium Domini, *secours du Seigneur.*
Azor, adjutor, *qui donne du secours.*
Azotus, Hebraïce Asdod, deprædatio, *pillage.*

B

Baal, idolum, aut dominans, *maître.*
Baalim, subjicientes, sive dominantes, *maîtres ou dominateurs.*
Babel, confusio, vel commixtio, *confusion, bouleversement.*
Bala, inveterata, *vieille.*
Bala, deglutiens, *abimée.*
Balaam, vetustas populi, *vieillesse du peuple.*
Balac, destruens, *destructeur.*
Baltassar, Bel divitias spargens, *Bel qui répand les richesses.*

Banaïas, filius Domini, *fils du Seigneur.*
Barac, fulgur, *éclair.*
Barachias, benedicens Dominum, *bénédiction du Seigneur.*
Barjona, filius columbæ, *fils de la colombe.*
Barnabas, filius consolationis, *fils de consolation.*
Barsabas, filius conversionis, *fils de conversion.*
Barthimæus, filius cæcus, *fils aveugle.*
Bartholomæus, filius suspendentis aquas, *fils de celui qui arrête les eaux.*
Baruch, benedictus, *béni.*
Bathuël, filiatio Dei, *filiation de Dieu.*
Batus, mensura liquidorum, *mesure des choses liquides.*
Beelphegor, idolum hiatus, *idole de turpitude.*
Beelzebub, idolum muscæ, *dieu-mouche.*
Beera, puteus, *puits.*
Behemoth, jumenta, quadrupedia, *la bête.*
Bel, magister, *maître.*
Bela, deglutiens, destruens, *qui engloutit.*
Belial, perversus, absque jugo, *sans joug.*
Ben-ennom, filius dormientis, *fils de celui qui dort.*
Benjamin, filius dexteræ, *fils de la droite.*
Benoni, filius doloris mei, *fils de ma douleur.*
Bera, puteus, *puits.*
Beresith, in principio, sic vocatur primus liber legis, *au commencement.*
Bersabee, puteus juramenti, *puits du serment.*
Bethabara, domus transitus, *maison du passage.*
Bethania, domus obedientiæ vel afflictionis, *maison d'obéissance ou d'affliction.*
Bethaven, domus vanitatis vel iniquitatis, *maison de vanité ou d'iniquité.*
Beth-dagon, domus frumenti, *maison de Dagon ou du froment.*
Bethel, domus Dei, *maison de Dieu.*
Bether, divisio, *division.*
Bethlehem, domus panis, *maison de pain.*
Bethphage, domus oris vallium, *maison qui est à l'entrée de la vallée.*
Bethphogor, domus hiatus, *maison de Phogor ou du dieu de turpitude.*
Bethsabee, domus juramenti, *maison du serment.*
Bethsaïda, domus frugum, *maison des fruits de la terre.*
Bethsames, domus solis, *maison du soleil.*
Bethul, virgo, *vierge.*
Bezec, fulgur, *éclair.*
Boanerges, filii tonitrui, *fils du tonnerre.*
Booz, in fortitudine, *avec force.*
Borith, herba in qua est acrimonia saporis, *borith.*
Bosor, munitio, *forteresse.*
Bosra, munitio, *forteresse.*

C

Caath, congregatio, obtusio, *étourdissement.*
Cades, sanctitas, *sainteté.*
Caïn, possessio, vel possessus, *possession.*
Caleb, quasi cor, *comme le cœur.*
Cana, zelus, æmulatio, *zèle ou jalousie.*
Capharnaüm, ager pœnitentiæ, *le champ de la pénitence.*
Cappadoces, Hebraïce Caphthorim, id est, sphærulæ, peuples appelés en hébreu *Caphthorim,* qui signifie des pommes ou grenades.
Cariathiarim, civitas sylvarum, *la ville de la forêt.*
Cariath-Sepher, civitas litterarum, *la ville des livres.*
Carmel, cognitio circumcisionis, vel agnus circumcisus, *agneau circoncis.*
Carthago, Hebraïce Tharsis, id est, contemplatio gaudii, *contemplation de la joie.*
Cedar, nigredo, tristitia, *noirceur ou tristesse.*
Cedes, sanctitas, *sainteté.*
Cedron, denigratus, tristis, *triste ou noirci.*
Cephas, Petrus a petra, Syrum, *pierre.*
Cetura, aromatizans, *qui répand une odeur de parfum.*
Chæreas, lætus, *joyeux.*
Chaldæa, Hebraïce Chasdaïm, id est, quasi dæmones, *en hébreu Chasdim, comme des démons.*
Cham, calidus, calor, *chaleur.*
Chanaan, mercator, negotiator, *marchand.*
Charmel, idem quod Carmel, *le même que Carmel.*
Cherub, quasi magister, *comme maître.*
Chodchod, jaspis, *jaspe ou escarboucle.*
Chorræi, furores, *fureurs.*
Christus, unctus, *oint.*
Chus, Æthiops, *Éthiopien ou noirceur.*
Cin, possessio, emptio, *possession.*
Cinoth, lamentationes, *lamentations; c'est le nom hébreu du livre des Lamentations de Jérémie.*
Cis, durus, stipula, *dur ou paille.*
Cleophas, gloria omnis, *toute gloire.*
Cœlesyria, curva Syria, *Syrie creuse.*
Coheleth, Ecclesiastes; *c'est en hébreu le nom du second livre de Salomon.*
Colossenses, supplicio affecti, *suppliciés.*
Corban, Corbona, donum, oblatio, *don ou offrande.*
Core, calvus, calvitium, *chauve.*
Corozaïm, hic est mysterium, *c'est ici le mystère.*
Cosbi, mendax, *menteur.*
Cyprus, pulchra, *belle.*
Cyrus, Hebr. Messias, Pers. Mephres, *Messie ou Soleil.*

D

Dagon, frumentum, *froment.*
Dalila, paupertas, *pauvreté.*
Damascus, sanguinis succus, *le suc du sang.*
Dan, judicans, sive judicium, *jugement.*
Daniel, judicium Dei, *jugement de Dieu.*
Darius, requirens, *qui cherche.*
Dathan, ritus, lex, *cérémonie, loi.*
David, dilectus, *bien-aimé.*
Debora, apes, verbum, *abeille.*
Decapolis, decem civitatum regio, *les dix villes.*
Diabolus, criminator, calumniator, *calomniateur; il signifie aussi charbons enflammés.*
Dibre-hajamim, *les journaux ou paroles des jours; c'est le nom des livres des Paralipomènes dans l'hébreu.*
Didymus, gemellus, *jumeau.*
Dina, judicium, vel judicans, *jugement.*
Dionysius, divinitus stillatus, *descendu de Dieu.*
Dithalassum, duo maria, *les deux mers.*
Doëg, sollicitus, anxius, *inquiet.*
Dor, generatio, *génération.*
Dura, generatio, vel habitatio, *génération ou habitation.*

E

Ebal, acervus vetustatis, *monceau de choses vieilles.*
Ecclesiastes, concionator, *celui qui parle dans une assemblée.*
Eden, voluptas, divitiæ, *délices, richesses.*
Edom, rufus, *roux ou terrestre.*
Eglon, vitulus, *veau.*
Elas, quercus, *chêne.*
Elcana, Deus zelotes, *Dieu jaloux.*
Elchanan, Dei gratia sive misericordia, *grâce de Dieu.*
Eleazar, Dei adjutorium, *secours de Dieu.*
Eliacim, Dei resurrectio, *résurrection de Dieu.*
Elias, Deus Dominus, vel fortitudo Dei, *la force de Dieu.*
Elimelech, Deus meus rex, *mon roi, c'est Dieu.*
Elisabeth, juramentum Dei, *le serment de Dieu.*
Eliseus, Dei salus, Deus salvans, *le salut de Dieu.*
Elle-haddebarim, hæc sunt verba. Sic incipit quintus liber legis. *Ce sont ici les paroles. Le Deutéronome commence par ces mots.*
Elnathan, Deus dedit, *donné de Dieu.*
Emmanuël, nobiscum Deus, *Dieu avec nous.*
Emmaüs, timens consilium, *qui craint le conseil.*
Enac, gigas, torques, *collier.*
Encænia, renovatio, dedicatio, *dédicace.*
Ennon, ecce illic, vel locus somni, *voici le lieu du sommeil.*
Enos, homo, vel vir debilis, *faible mortel.*
Ephraïm, frugifer, crescens, *multiplication.*
Ephrata, ubertas, sive frugifera, *fertilité.*
Ephron, pulvis, *poussière.*
Esaü, faciens, operans, *ouvrier, ou poil roux.*
Esdras, adjutor, atrium, *secours.*
Esther, occulta, abscondita, *ce qui est caché.*
Etam, avis immundus, *oiseau immonde.*
Etham, fortitudo eorum, *force parfaite.*
Eubulus, prudens, *prudent.*
Eva, viva, vivens, *vivante.*
Ezechias, fortitudo Domini, *la force du Seigneur.*
Ezechiel, fortitudo Dei, *la force de Dieu.*
Ezriel, auxilium Dei, *le secours de Dieu.*

G

Gabaa, collis, *colline.*
Gabriel, vir Deus aut Dei, *la force de Dieu.*
Gad, felix, accinctus, *prospérité.*
Gadgad, felicitas felicitatis, accinctus exercitus, *parfait bonheur.*
Galaad, acervus testimonii, *monceau du témoignage.*
Galatæ, lactantes, *qui donnent du lait*
Galgal, rota, revolutio, *roue ou révolution.*
Galilæa, volubilis, *sujet aux révolutions.*
Gazer, præscissio, *retranchement.*
Gazophylacium, ubi thesauri templi servabantur, *chambre du trésor.*
Gebal, terminus, *limite.*
Gedeon, conterens, *qui détruit.*
Gehenna, vallis tristitiæ, *vallée de tristesse.*
Gehennom, vallis contristans, *vallée d'affliction.*
Gelboë, revolutio investigationis, *révolution de la recherche.*
Gersom, advena ibi, *étranger.*
Gerson, exilium ejus, vel peregrini mutatio, *étranger qui échange.*
Giblii, termini, *limites.*
Gihon, pectus, exitus, *poitrine ou sortie.*
Gog, tectum, *toit.*
Golgotha, calvaria, ubi capita mortuorum reponuntur, *calvaire, lieu où sont déposées les têtes des morts.*
Goliath, transmigratio, *transmigration.*
Gomor, genus mensuræ, *mesure creuse des Hébreux.*
Gomorrha, populus rebellis, *peuple rebelle.*
Græci, Hebraïce Jevanim, id est, deceptores, *en hébreu Jevanim, qui signifie trompeurs.*

H

Habacuc, luctator, vel amplexans, *embrassement.*
Hananias, gratia Domini, *grâce du Seigneur.*
Haram, destructus, *détruit.*
Havoth-Jaïr, oppida illuminationis, *bourgs de Jaïr, ou bourgs d'illumination.*
Hebal, acervus vetustatis, *monceau d'antiquité.*
Heber, socius, particeps, vel transitus, *participant ou passage.*
Hebræus, transiens, *qui passe.*
Hebron, societas, *société.*
Heli, oblatio, vel elevatio, *élévation.*
Heliopolis, Hebraïce dicitur On, id est, dolor, *ville du soleil, nommée en hébreu On, qui signifie douleur.*
Henoch, dedicatus, *dédicace.*
Hermon, destructio, *destruction.*
Hesron, sagitta exultationis, *flèche de réjouissance.*
Hierapolis, sacra civitas, *ville sacrée.*
Holofernes, fortis dux, *capitaine puissant.*
Hor, mons, *montagne.*
Horeb, desertum, *désert.*
Horma, destructio, *destruction.*
Hur, libertas, *liberté.*
Hus, consilium, *conseil.*
Hymenæus, carmen nuptiale, *chant nuptial.*

I

Ichabod, ubi gloria, væ gloriæ, *où est la gloire?*
Idumæa, rufa, terrena, *terre d'Édom ou de celui qui est roux ou terrestre.*
India, Hebraïce Ophir, id est, cinis; *en hébreu Ophir, cendre.*
Indus, Hebraïce Hodu, id est, laudatio, *qui est des Indes; en hébreu Hodu, louange.*
Isaac, risus, *ris.*
Isaï, munus aut ens, vir meus, *mon mari.*
Isaïas, Domini salus, *salut du Seigneur.*
Isboseth, vir confusionis, *homme de confusion.*
Iscariot, vir occisionis, *homme de meurtre.*
Ismaël, exauditio Dei, *Dieu a exaucé.*
Israël, prævalens Deo, *qui prévaut contre Dieu.*
Issachar, est merces, præmium, *il y a récompense.*
Ithamar, insula palmæ, *île des palmes.*

J

Jabel, defluens, *qui tombe.*
Jabes, siccitas, vel tristitia, *tristesse ou sécheresse.*
Jacob, supplantator, *qui supplante.*
Jahel, ascendens, damula, *qui monte, un petit daim.*
Jahiel, vivit Deus, *Dieu vit.*
Jaïr, illuminatus, *illumination.*
Jamin, dextera vel dexter, *droite.*
Japhet, dilatatus, *qui se dilate.*
Jason, sanans, *qui guérit.*
Javan, diripiens, *oppresseur.*
Jebus, conculcatio, *foulé aux pieds.*
Jechonias, præparatio Domini, *préparation du Seigneur.*
Jehu, ipse, existens, *celui qui est.*
Jehus, tinea corrosus, vel consilians, *qui donne conseil.*

Jemini, dextera vel dexter, *droite.*
Jephthe, aperiens, *qui ouvre.*
Jerameel, misericordia Domini, *miséricorde de Dieu.*
Jeremias, celsitudo Domini, *élévation du Seigneur.*
Jericho, luna, mensis, *la lune ou le mois.*
Jerobaal, impugnans idolum, *qui attaque l'idole.*
Jeroboam, impugnans populum, *qui s'élève contre le peuple.*
Jerusalem, visio pacis, visio perfecta, *vision de la paix, ou vision parfaite.*
Jesse, ens, existens, *celui qui existe.*
Jesboc, est vacuus, *qui est vide.*
Jesus, Hebraïce Jehosua, Dominus Salvator, *Sauveur.*
Jethro, excellens, *qui excelle.*
Jezonias, auscultatio Domini, *qui écoute le Seigneur.*
Jezrahel, semen Dei, *race de Dieu.*
Joab, habens patrem, vel paternitas, *paternité.*
Joachaz, apprehendens, vel Domini apprehensio, *prise du Seigneur.*
Joachim, Domini resurrectio, *élévation du Seigneur.*
Joachin, Domini præparatio, *préparation du Seigneur.*
Joannes, gratiosus, pius, misericors, *qui est rempli de grâce.*
Joas, diffidens, desperans, vel Domini ignis, *feu du Seigneur; c'est le nom d'un des rois de Juda et de l'un des rois d'Israël.*
Job, dolens, gemens, *qui est triste.*
Joël, volens, incipiens, *qui veut, qui tente.*
Johanan, gratiosus, pius, misericors, *qui est rempli de grâce.*
Jonadab, spontaneus, *qui agit de bonne volonté.*
Jonas, columba, *colombe.*
Jonathan, Domini donum, filius Saül, *don du Seigneur.*
Joram, excelsus, *élevé.*
Jordanis, fluvius judicii, *fleuve du jugement.*
Josaphat, Dominus judex, *jugement du Seigneur.*
Joseph, augmentum Domini, *accroissement du Seigneur.*
Josias, ignis Domini, aut Dominus urens, *le Seigneur qui agit avec force.*
Josuë, Dominus salvator, *le Seigneur qui sauve.*
Jubilæus, buccina, vel reditus *retour.*
Judas, laudatio, *louange.*
Julius, lanuginosus, *couvert des premiers poils.*

L

Laban, albus, candidus, *blanc, candide.*
Lamech, pauper, humiliatus, *pauvre, humilié.*
Lapidoth, fulgura, *éclairs.*
Lazarus, Dei adjutorium, *secours de Dieu.*
Lechi, maxilla, *mâchoire.*
Leci, lex, *loi.*
Levi, copulatus, *qui est associé.*
Leviathan, copulatio, societas sua, *société du dragon.*
Lia, laboriosa, fatigata, *qui est laborieuse, fatiguée.*
Libanus, candidus, *blanc.*
Libya, Hebraïce Lubim, cor maris, *en hébreu Lubim, cœur de la mer.*
Lithostrotos, lapidibus stratus, *pavé de pierres*
Lot, involutus, colligatus, *enveloppé.*

M

Maacha, attrita, *qui est usée.*
Maasias, opus Domini, *œuvre du Seigneur.*
Maceda, incendium, *incendie.*
Madian, judicium, litigans, *jugement.*
Magdalena, magnifica, *magnifique.*
Magi, sapientes vel philosophi, *sages ou philosophes.*
Malachias, nuntius meus, *envoyé du Seigneur.*
Malachim, *nom des deux derniers livres des Rois.*
Malaleel, laudans Deum, *qui loue Dieu.*
Malchus, rex, *roi.*
Mammona, pecunia, divitiæ, *argent, richesses.*
Mamzer, de scorto natus, *né de fornication.*
Manahem, consolator, *consolateur.*
Manasses, oblitus, oblivio, *qui est oublié.*
Manuë, requies, *repos.*
Mara, amara, *amère.*
Mardochæus, amara contritio, *brisement amer.*
Maria, exaltata, amaritudinis mare, *en hébreu* Mariam; *qui est élevé, amertume des jours.*
Martha, provocans, *qui provoque.*
Massa, onus, *charge.*
Maspha, specula, *guérite ou spéculation.*
Mathusaël, mortem suam postulans, *qui demande sa mort.*
Matthæus, donatus, *donné.*
Melchias, rex Dominus, *le Seigneur règne.*
Melchisedech, rex justitiæ, *roi de justice.*
Melchisua, rex salvator, *roi sauveur.*
Mesopotamia, regio sic dicta, quod duobus fluviis, Euphrate et Tigre, ambiatur.
Micha, pauper, *pauvre.*
Michaël, quis sicut Deus? *qui est semblable à Dieu?*
Michæas, quis sicut Dominus? *qui est semblable au Seigneur?*
Michol, quis omnia? *qui a tout?*
Miphiboseth, de ore ignominia, *ignominie de la bouche.*
Misaël, quis postulatus? *qui tire de Dieu son origine?*
Misle, Proverbia, nomen libri, *Proverbes; c'est le titre hébreu du premier des cinq livres sapientiaux.*
Misphat, judicium, *jugement.*
Mna, libra, talentum, *mine, monnaie*
Moab, de patre, *qui vient du père.*
Moria, amaritudo, *amertume.*
Mosa, azymum, vel onus, *azyme, fardeau.*
Mosollam, pacificus, *pacifique.*
Moyses, attractus (de aquis), *tiré de l'eau.*
Mysia, scelesta, *criminelle.*

N

Naaman, pulcher, *agréable.*
Nabal, stultus, *insensé.*
Nabo, loquela, prophetia, *prophétie.*
Naboth, prophetia, *prophétie.*
Nabuchodonosor, planctus judicii, *prophétie-étincelle, jugement-trésor.*
Nachor, raucus, aridus, *desséché.*
Nadab, spontaneus, *volontaire.*
Nahasson, coluber, serpens, *serpent.*
Nahum, consolator, *consolateur.*
Naïm, pulcher, *beau.*
Nathan, donatus, *donné.*
Nathanaël, donum Dei, *donné de Dieu.*
Nazaræi, separati, sanctificati, *séparés.*
Nazareth, sanctificata, separata, vel custodita, florida *séparée, consacrée, ou gardée, conservée.*
Neapolis, nova civitas, *nouvelle ville.*
Nehemias, consolatio, *consolation du Seigneur.*
Nemrod, rebellis, *rebelle.*
Nephthali, æquiparatio, *mon combat.*
Ninives, pulchra, *belle.*
Noë, requies, cessatio, *repos, soulagement*
Noëmi, decora, *belle.*
Nohestan, æneum, *qui est d'airain.*

O

Obadias, servus Domini, *serviteur du Seigneur.*
Obed, servus, *serviteur.*
Obededom, servus hominis, *serviteur de l'homme.*
Ochozias, apprehensio Domini, *prise du Seigneur.*
Odollam, testimonium illis, *l'ornement du peuple.*
Og, subcinericius panis, *pain cuit sous la cendre.*
Olla, elevatio, holocaustum, *élévation, holocauste.*
Onam, dolor, *douleur.*
Onana, dolor, iniquitas, *douleur ou iniquité.*
Onesimus, utilis, *utile.*
Oolla, tabernaculum, *ma tente est en elle.*
Ophni, pugnus, pugillus, *poing ou poignée.*
Oreb, corvus, *corbeau.*
Oseas, salvator, *sauveur*
Oza, fortitudo, *force.*
Ozias, fortitudo Domini, *force du Seigneur.*
Oziel, fortitudo Dei, *force de Dieu.*

P

Palæstina, conspersa sub cinere, *couverte de poussière.*
Paracletus, consolator, advocatus, *consolateur, avocat.*
Parasceve, præparatio, *préparation.*
Pascha, transitus, *passage.*
Pentateuchus, quinque volumina, *les cinq livres.*
Pentecoste, quinquagesima, *le cinquantième jour.*
Phacee, aperiens, *qui ouvre.*
Phanuël, videns Deum, *la face de Dieu.*
Pharao, dissipans, elevatus, *qui est élevé.*
Phares, divisio, *division.*
Pharisæi, divisi, *divisés.*
Phase, transitus, *passage*
Phasga, collis, *colline.*
Phinees, facies, confidentiæ, *regard de confiance.*
Phogor, hiatus, *ouverture.*
Phul, ruina, *ruine.*
Probatica, ovina, locus ubi pecora sacrificanda tenebantur, *qui concerne les brebis.*
Proselytus, advena, peregrinus, *accesseur, étranger.*
Pygmæi, Hebraïce qui dicuntur Gamadim, *hommes d'une coudée.*

R

Raab, superba, fortis, *superbe, orgueilleuse.*
Rabba, multa, grandis, *grande ou nombreuse.*
Rachel, ovis, *brebis.*
Raguël, pastor Dei, *pasteur de Dieu.*
Rahab, lata, dilatata, *qui est au large ou étendue.*
Ram, excelsus, *élevé.*
Ramesses, tonitruum tineæ, *le tonnerre qui fait fondre.*
Raphaël, medicina Dei, *médecine de Dieu.*
Raphaïm, gigantes, medici, *géants qui inspirent la frayeur.*
Rebecca, saginata, *engraissée.*
Rebla, Reblatha, rixa, *dispute.*
Rechab, quadriga, *chariot, char.*
Remmon, malum granatum, *grenade.*
Respha, extensio, seu pavimentum, *pavé.*
Roboam, dilatans populum, *étendue du peuple.*
Roma, excelsa, sublimis, *force.*
Ruben, videns filium, *fils de la vision.*
Ruma, excelsa, *élevée.*
Ruth, saturata, *enivrée.*

S

Saaph, cogitans, *qui pense.*
Saba, conversio, captivitus, vel circuitio *circuit.*
Sabaoth, exercitus, *armées.*
Sabatha, circuitus, *circuit.*
Sabbatismus, requies, cessatio, *repos.*
Sadducæi, justi, *sectateurs de Sadoc.*
Sadoc, justus, *juste.*
Sale, missio, *mission.*
Salem, pax, *paix.*
Salmanasar, pax ligata, *paix et lien.*
Salmon, pacificus, *homme pacifique*
Salomith, pacifica, *femme pacifique.*
Salomon, homo pacificus, *homme pacifique.*
Salphaad, umbra formidinis, *ombre de crainte.*
Samaria, custodia, adamas, *garde.*
Samson, sol ejus, nominis iteratio, *soleil.*
Samuël, positus a Deo, *demandé à Dieu, ou donné de Dieu.*
Saphan, hericius, cuniculus, *hérisson ou lapin.*
Saphat, judicans, *qui juge.*
Sara, domina, *princesse.*
Saraï, domina mea, *ma princesse.*
Sarephtha, angustia buccellæ, *petite portion.*
Sarona, planities, *plaine.*
Satan, adversarius, *adversaire.*
Saül, postulatus, commodatus, *demandé*
Scenopegia, festum tabernaculorum, *fête des tentes.*
Schibboleth, spica, *épi.*
Sedecias, justus Domini, *justice du Seigneur.*
Segor, parva, *petite.*
Sehon, eradicatio, *extirpation.*
Sela, dissolvens, filius Judæ, *qui dissout.*
Sellum, pacificus, *pacifique.*
Sem, nomen, fama, positus, *nom, ou qui est posé.*
Semeï, obediens, vel nomen meum, *qui obéit, ou mon nom.*
Sennacherib, rubus destructionis, *buisson de destruction.*
Seon, sonitus, *son, bruit.*
Sepharvaïm, libri vel scribæ, *livres ou écrivains.*
Sephora, pulchra, belle, *sage-femme d'Égypte.*
Sephora, avis, *oiseau; c'est le nom de la femme de Moyse.*
Seth, positus, *qui est mis.*
Setim, expansiones, *qui déclinent.*
Siba, exercitus, militia, *armée ou milice.*
Sibboleth, onus, *charge.*
Sicera, ebrietas, *ivresse*, vel spica, *épi.*
Sichem, humerus, *épaule.*
Sidrach, *douceur de Sid ou Sed, fausse divinité.*
Sihor, niger, turbidus, Nilus, *troublé*
Siloë, missus, mittens, *envoyé.*
Simeon, audiens, exauditio, *qui écoute.*
Simon, obediens, *qui obéit.*
Sin, rubus, *buisson*
Sin, arma, scutum, *bouclier.*
Sion, acervus, siccitas, *sécheresse.*
Sion, strepitus, *bruit.*

Sir Hasirim, Cantica Canticorum, *Cantique des Cantiques.*
Sisara, hirundinem videns, *qui voit une hirondelle.*
Sodoma, secretum eorum, *secret et silence.*
Somer, custos, *gardien.*
Sophetim, Judices, *Juges, livre des Juges.*
Sorec, vinea electa, *vigne choisie.*
Stephanus, coronatus, *couronné.*
Sulamitis, pacifica, perfecta, *pacifique, parfaite.*
Sunamitis, dormiens, *qui dort.*
Susanna, lilium, rosa, *lis ou rose.*

T

Tarsus, alata, pennata, *qui a des ailes.*
Thabor, electio, puritas, *pureté.*
Thaddæus, laudans, *qui loue.*
Thamar, palma, dactylus, *palme.*
Thare, odorans, spirans, *qui répand de l'odeur.*
Tharsis, contemplatio gaudii, *contemplation et joie.*
Thau, signum, *signe.*
Thecua, spes, funiculus, *espérance.*
Thehillim, *louanges,* liber Psalmorum.
Theraphim, simulacra, *figures ou idoles.*
Thomas, abyssus, geminus, *jumeau.*
Thopheth, tympanum, seductio, *séduction ou timbale.*
Timæus, cæcus, cæcitas, *aveugle.*
Timotheus, honor Dei, *honneur de Dieu.*
Titus, honorabilis, *honorable.*
Tobias, bonus Dominus, *bonté du Seigneur.*
Tubalcaïn, mundana possessio, *possession du monde.*
Tyri, Hebraïce Sorim, id est, tribulantes, *affliction, angoisse.*

U

Ur, ignis, *feu.*
Urias, ignis Domini, *feu du Seigneur.*

V

Vaïcra, et vocavit, liber Levitici, *et il appela; c'est le commencement du Lévitique.*
Vajedabber, et locutus est, liber Numerorum, *et il parla; commencement du livre des Nombres.*
Vasthi, potans, bibens, *qui boit.*
Veelle semoth, et hæc sunt nomina, secundus liber legis, qui Exodus vocatur, *et voici les noms; c'est le commencement de l'Exode.*

Z

Zabad, Zabdi, } dos, dotatus, *dot ou doté.*
Zabulon, habitaculum, *demeure.*
Zacchæus, purus, *pur.*
Zacharias, memoria Domini, *mémoire du Seigneur.*
Zambri, cantans, *qui chante.*
Zara, Oriens, *Orient.*
Zebedæus, dos, dotatus, *dot ou doté.*
Zebee, victima, *victime.*
Zelotes, æmulator, *jaloux.*
Zelpha, distillatio oris, *distillation de la bouche.*
Zorobabel, alienus a confusione, *étranger de Babylone, c'est-à-dire du pays de la confusion.*

BENEDICTIONES JACOB ET MOYSIS.

Mos Hebræorum fuit filios, vel alios curæ suæ commissos, morte imminente, convocare, et salutaria monita dare, ac beneprecari, et interdum futura prædicere. Exempla obvia multa sunt in sacris Scripturis, ut videre est passim, et imprimis *Gen.* XLIX, *Deut.* XXXIII, *Josuë* XXIV, 1 *Reg.* XII, *Tobiæ* III, 1 *Machab.* II, etc., etc.

Ideo non supervananeum duximus sub oculis ponere benedictiones Jacob patriarchæ, quibus moriens benedixit filios suos; item et obviam benedictiones quibus Moyses jam moriturus singulis tribubus Israël benedixit, excepta tamen tribu Simeonis, fortasse propter fornicationem et idololatriam Zambri, qui fuit dux tribus Simeonis, et fuit interfectus a Phinees filio Eleazari sacerdotis.

Vocavit autem Jacob filios suos, et ait eis: Congregamini, ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis. Congregamini, et audite, filii Jacob, audite Israël patrem vestrum. Gen. XLIX.

Hæc est benedictio, qua benedixit Moyses homo Dei, filiis Israël ante mortem suam. Deut. XXXIII.

RUBEN.

Ruben, primogenitus meus, tu fortitudo mea, et principium doloris mei; prior in donis, major in imperio. Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, et maculasti stratum ejus.

Vivat Ruben, et non moriatur, et sit parvus in numero.

SIMEON et LEVI.

20- 3 Ut non seducat amplius gentes
22- 3 Omne maledictum non erit amplius

AMPUTO.

Levit. 22-23 Aure et cauda amputatis
Deut. 23- 1 Attritis vel amputatis testiculis
Judic. 1- 7 Amputatis manuum ac pedum summitatibus
2 *Reg.* 16- 9 Vadam et amputabo caput ejus
1 *Par.* 10- 9 Cumque.... amputassent caput
Judith. 9-12 Ut gladio proprio ejus superbia amputetur
16-11 Amputavit pugione cervicem ejus
Psal. 118-39 Amputa opprobrium meum
Sap. 18-23 Interstitit, et amputavit impetum
Baruc. 4-34 Amputabitur exultatio multitudinis ejus
Amos. 3-14 Amputabuntur cornua altaris
1 *Mac.* 7-47 Et caput Nicanoris amputaverunt
2 *Mac.* 1-16 Capitibus amputatis foras projecerunt
7- 4 Jussit ei... amputari linguam
12-35 Humerumque ejus amputavit
Matth. 26-51 Amputavit auriculam ejus
Marc. 9-44 Si pes t. te scandalizat, amputa illum
14-47 Et amputavit illi auriculam
Luc. 22-50 Amputavit auriculam ejus dexteram
2 *Cor.* 11-12 Ut amputem occasionem eorum

AMRAM I.

Anno mundi 2386, *ante J. Ch.* 1668. *Filius Caath, de tribu Levi. Uxorem duxit Jochabed quæ peperit ei Aaron, Mariam et Moysem. Centum et triginta septem annis vixerat et mortuus est in Ægypto anno mundi* 2522, *ante J. Ch.* 1532, *et* 195 *post descensum Jacob in Ægyptum.*

Exod. 6-18 Filii Caath: Amram, et Isaar
-20 Accepit a. Amram uxorem Jochabed
Num. 3-19 Filii Caath: Amram et Jesaar, Hebron
26-58 At vero Caath genuit Amram
-59 Hæc genuit Amram viro suo filios
1 *Par.* 6- 2 Filii Caath: Amram, Isaar, Hebron
- 3 Filii Amran: Aaron, Moyses, et Maria
-18 Filii Caath: Amran, et Isaar, et Hebron
23-12 Filii Caath: Amram et Isaar..... quatuor
-13 Filii Amram: Aaron, et Moyses
24-20 De filiis Amran erat Subaël

AMRAM II.

Filius Bani qui de filiabus alienis per captivitatem Babylonis uxorem duxerat; cum vero Jerusalem redüissent Israelitæ, Amram dimisit uxorem, et pro peccato quod commiserat violando legem hæc connubia vetantem, arietem obtulit in domo Domini.

1 *Esdr.* 10-34 De filiis Bani: Maaddi, Amram et Vel,

AMRAMITES.

Num. 3-27 Cognatio Caath habebit pop. Amramitas
1 *Par.* 26-23 Amramitis, et Isuaritis, et Hebronitis

AMRAPHEL.

Anno mundi 2118, *ante J. Ch.* 1936. *Rex Sennaar.*

Gen. 14- 1 Amraphel rex Sennaar
- 9 Et Amraphel regem Sennaar

AMRI I.

Filius Bechor, de tribu Benjamin.

1 *Par.* 7- 8 Filii Bechor: Zamira,... et Amri

AMRI II.

Filius Omraï, e tribu Juda.

1 *Par.* 9- 4 Ammiud, filii Amri, filiis Omraï

AMRI III.

Filius Michael, e tribu Issachar.

1 *Par.* 27-18 Issachar, Amri filius Michaël

AMRI IV. *E tribu Simeon.*

2 *Esdr.* 3- 2 Ædificavit Zachar filius Amri

AMRI V.

Rex Israel, cui successit filius suus Achab.

3 *Reg.* 16-16 Fecit sibi regem omnis Israël Amri
-17 Ascendit ergo Amri, et omnis Israël
-21 Et media pars Amri
-22 Prævaluit a. populus qui erat cum Amri
-23 Regnavit Amri super Israël
-25 Fecit a. Amri malum in conspectu Dom.
-27 Reliqua autem sermonum Amri
-28 Dormivitq. Amri cum patribus suis
-29 Achab vero filius Amri regnavit
Et regnavit Achab filius Amri super Israël
-30 Et fecit Achab filius Amri malum
4 *Reg.* 8-26 Athalia filia Amri regis Israël.
2 *Par.* 22- 2 Nomen matris ejus Athalia filia Amri
Mich. 6-16 Et custodisti præcepta Amri

AMSI. *Filius Zachariæ.*

2 *Esdr.* 11-12 Filius Amsi, filius Zachariæ

AMTHAR. *Urbs de tribu Zabulon*

Josue. 19-13 Egreditur in Remmon, Amthar et Noa

AMYGDALÆ, *fructus.*

Gen. 43-11 Terebinthi, et amydalarum
Num. 17- 8 In amygdalas deformati sunt

AMYGDALUS, *arbor.*

Eccle. 12- 5 Florebit amygdalus

AMYGDALINÆ.

Gen. 30-37 Tollens ergo Jacob... amygdalinas

AN.

Gen. 18-21 An non est ita, ut sciam
24-21 Scire... iter suum fecisset Dominus, an non
27-21 Utrum tu sis filius meus Esaü, an non
37-32 Vide utrum tunica filii tui sit, an non
42-16 Probentur... utrum vera an falsa sint
44-15 An ignoratis quod non sit similis mei
Exod. 16- 4 Utrum ambulet in lege mea, an non?
17- 7 Est-ne Dominus in nobis, an non
Levit. 27-12 Qui judicans utrum bonum, an malum sit
-14 Considerabit eam s. utrum bona an mala sit
Num. 13-19 Considerate... utrum fortis sit an infirmus
Si pauci numero an plures
-20 Ipsa terra, bona an mala: Urbes
Quales, muratæ an absque muris
-21 Humus, pinguis an sterilis
Nemorosa an absque arboribus
16-14 An et oculos nostros vis eruere?
22-37 An quia mercedem adventui tuo reddere nequeo?
Deut. 8- 2 Utrum custodires mandata illius, an non

Deut. 13- 3 Ut palam fiat utrum diligatis eum an non
Josue. 5-13 Ait: Noster es, an adversariorum?
22-17 An parum vobis est quod peccastis
24-15 Eligite... an diis Amorrhæorum
Judic. 2-22 Sicut custodierunt patres eorum, an non
3- 4 Utrum audiret mandata... an non
9- 2 An ut dominetur unus vir?
14-15 An idcirco vocastis nos ad nuptias
18- 5 Ut scire possent an prospero itinere
-19 An in una tribu et familia in Israël
20-28 Exire ultra debemus... an quiescere?
1*Reg.* 21-15 An desunt nobis furiosi
30- 8 Comprehendam eos, an non?
2*Reg.* 2-26 An ignoras quod periculosa sit desperatio?
11-20 An ignorabatis quod multa desuper
17- 6 Facere debemus an non? quod das consilium?
19-22 An ignoro hodie me factum regem super Israël?
3*Reg.* 22- 6 Ire debeo in Ramoth... an quiescere?
-15 Ire debemus... ad præliandum, an cessare?
4*Reg.* 18-21 An speras in baculo arundineo
-23 Videte an habere valeatis ascensores
-24 An fiduciam habes in Ægypto
2*Par.* 14-11 Utrum in paucis auxilieris, an in pluribus
18- 5 Ad bellandum ire debemus, an quiescere?
32-13 An ignoratis quæ ego fecerim
Tobiæ. 5-17 Quæris... an ipsum mercenarium
Job. 6-28 Præbete aurem, et videte an mentiar.
22-12 An non cogitas quod Deus excelsior cœlo
40-20 An extrahere poteris Leviathan homo
Eccle. 2-19 Ignoro utrum sapiens an stultus futurus sit
9- 1 Utrum amore an odio dignus sit
Isai. 5- 4 An quod expectavi ut faceret uvas
27- 5 An potius tenebit fortitudinem meam
Jerem. 5- 1 An inveniatis virum facientem judicium
44-28 Cujus sermo compleatur, meus, an illorum
Dan. 14- 5 An non vides quanta comedat et bibat
Matth. 11- 3 Tu es qui venturus es, an alium expectamus?
17-24 A filiis suis, an ab alienis?
20-15 An oculus tuus nequam est, quia ego bonus
21-25 Unde erat? e cœlo, an ex hominibus?
22-17 Licet censum dare Cæsari, an non?
26-53 An putas, quia non possum rogare patrem
27-17 Quem vultis Barabbam, an Jesum
-49 Sine videamus an veniat Elias liberans
Marc. 2- 9 An dicere: Surge, tolle grabatum tuum
3- 4 Licet sabbatis bene facere, an male? Animam salvam facere, an perdere?
11-30 De cœlo erat, an ex hominibus?
12-14 Licet dari tributum Cæsari, an non
13-35 Nescitis e. quando... veniat; sero an media nocte; an galli cantu, an mane
Luc. 5-23 An dicere: Surge, et ambula?
6- 9 Si licet sabbatis benefacere, an male Animam salvam facere, an perdere?
7-19 Tu es qui venturus es, an alium expectamus
12-41 Ad nos dicis hanc parab. an et ad omnes?
20- 4 Bapt. Joan. de cœlo erat, an ex hominibus?
-22 Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?
22-27 Quis major est, qui recumbit an qui ministrat?
Joan. 7-17 An ego a me ipso loquor?
18-34 An alii tibi dixerunt de me?
Act. 8-34 Dicit hoc? de se, an de alio aliquo?
Rom. 2- 4 An divitias bonitatis ejus... contemnis?
3-29 An Judæorum Deus tantum? Nonne et gentium
4- 9 An etiam in præputio?
-10 In circumcisione, an in præputio
6- 3 An ignoratis quia quicumque baptizati sumus
7- 1 An ignoratis, fratres (scientibus e. legem loquor)
8-35 Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius?
9-21 An non habet potestatem figulus luti
11- 2 An nescitis in Elia quid dicit Scriptura
1 *Cor.* 4-21 In virga veniam ad vos, an in charitate
6- 2 An nescitis quoniam sancti de hoc mundo
- 9 An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt
-16 An nescitis quoniam qui adhæret meretrici
-19 An nescitis quoniam membra vestra
9- 8 An et lex hæc non dicit?
-10 An propter nos utique hoc dicit?
10-22 An æmulamur Dominum?
14-36 An a vobis verbum Dei processit
2 *Cor.* 2- 9 An in omnibus obedientes sitis.
13- 3 An experimentum quæritis ejus, qui
- 5 An non cognoscitis vosmetipsos
Galat. 1-10 Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere?
3- 2 Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?
- 5 Ex operibus legis, an ex auditu fidei?
Jacob. 4- 5 An putatis quia inaniter scripta dicat

ANA. *Filia Sebeon Hevæi.*

Gen. 36- 2 Esaü accepit.... Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Hevæi
-14 Isti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon
-18 Hi duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Esaü.

ANA I. *Filius Sebeon.*

Gen. 36-24 Et hi filii Sebeon Aja et Ana
Iste est Ana qui invenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui
1 *Par.* 1-40 Filii Sebeon: Aja et Ana. Filii Ana; Dison

ANA II. *Filius Seïr Horræi.*

Gen. 36-20 Isti sunt filii Seïr Horræi... Lothan, et Sobal, et Sebeon, et Ana
-29 Hi duces Horræorum: dux Lothan... dux Ana
1 *Par.* 1-38 Filii Seïr: Lothan, Sobal, Sebeon, Ana

ANA IV *et* AVA.

Quidam idola, quidam vero loca putant. Verisimilius esse idola.

4 *Reg.* 18-34 Ubi est Deus Sepharvaïm, Ana et Ava?
19-13 Ubi est rex..... Sepharvaïm, Ana et Ava?
Isai. 37-13 Rex urbis Sepharvaïm, Ana et Ava

ANAB.

Mons in tribu Juda, juxta quem erat civitas nominis ejusdem, munita et constructa a filiis Enac.

Josue. 11-21 Hebron, et Dabir et Anab
15-50 Anab et Istemo et Anim

ANAGLYPHA.

3 *Reg.* 6-32 Anaglypha valde prominentia

ANAHARATH. *Urbs in tribu Issachar.*

Josue 19-19 Hapharaïm et Seon, et Anaharath

ANAIA.

2*Esdr.* 10-22 Pheltia, Hanan, Anaia

ANAMELECH.

Idolum Sepharvaïm. Habitatores Sepharvaïm filios suos comburebant igni.

4 *Reg.* 17-31 Comburebant filios suos... Anamelech

ANAMIM.

Filius secundus Mesraïm. Ex eo nati sunt Cyrenæi, qui tabernacula ponebant circa templum Jovis Ammon.

Gen. 10-13 Mesraïm genuit Ludim, et Anamim
1 *Par.* 1-11 Mesraïm vero genuit Ludim et Anamim

ANAN.

2*Esdr.* 10-26 Echaïa, Hanan, Anan

ANANI.

Filius septimus Elioenai, e familia David.

1 *Par.* 3-24 Filii Elioënaï... Anani, septem

ANANIA, *urbs.*

2*Esdr.* 11-32 Anathoth, Nob, Anania

ANANIAS I.

Cum Raphael angelus Tobiam juniorem in urbem Rages duceret, ei dixit se esse filium Ananiæ Magni.

Tobiæ. 5-18 Ego sum Azarias Ananiæ Magni filius

ANANIAS II.

Socius Danielis. Sidrac fuit nominatus.

Dan. 1- 6 Daniel, Ananias, Misaël, et Azarias.
- 7 Imposuit eis.... nomina.... Ananiæ, Sidrach
-11 Super Danielem, Ananiam, Misaëlem
-19 Non sunt inventi... ut Daniel, Ananias
2-17 Ananiæ q. et Misaëli et Azariæ sociis suis
3-88 Benedicite Anania, Azaria, Misaël Domino
1 *Mac.* 2-59 Ananias et Azarias et Misaël credentes

ANANIAS III.

Pigmentarii filius, de tribu Benjamin.

2*Esdr.* 3- 8 Juxta eum ædificavit Ananias filius pigm..

ANANIAS IV. *Pater Maasiæ.*

2*Esdr.* 3-23 Post eum ædificavit Asarias filius Maasiæ filii Ananiæ contra domum suam

ANANIAS V. *Sponsus Saphiræ.*

Act. 5- 1 Vir a. quidam nomine Ananias, cum Saphira
- 3 Anania, cur tentavit Satanas cor tuum
- 5 Audiens a. Ananias hæc verba, cecidit

ANANIAS VI.

Unus e 72 Discipulis Jesu Christi.

Act. 9-10 Erat a. quidam discipulus D. nomine Annias
Dixit ad illum in visu Dominus: Anania
-12 Vidit virum Ananiam nomine introeuntem
-13 Respondit a. Ananias: Domine, audivi
-17 Et abiit Ananias, et introivit in domum
22-12 Ananias a. quidam vir secundum legem

ANANIAS VII. *Princeps sacerdotum.*

Act. 23- 2 Princeps a. sacerdotum Ananias præcepit
24- 1 Descendit princeps sacerdotum Ananias

ANATH.

Pater Samgar, qui vomere percussit de Philisthiim sexcentos viros.

Judic. 3-31 Post hunc fuit Samgar, filius Anath
5- 6 In diebus Samgar filii Anath

ANATHEMA, *piaculum.*

Num. 21- 3 Vocavit nomen loci illius Horma, id est, Anathema
Deut. 7-26 Ne fias anathema, sicut et illud est Abominationi habebis, quia anathema est
13-17 Non adhærebit de illo anathemate
Josue. 6-17 Sitque civitas hæc anathema
7- 1 Et usurpaverunt de anathemate Nam Achan.... tulit aliquid de anathemate
-11 Tuleruntq. de anathemate; et furati sunt
-12 Quia pollutus est anathemate
-13 Anathema in medio tui est Israël
Judic. 1-17 Vocatumq. nomen urbis, Horma, id est, anathema
1 *Par.* 2- 7 Achar... peccavit in furto anathematis
Zach. 14-11 Et Anathema non erit amplius
Malac. 4- 6 Et percutiam terram anathemate
Rom. 9- 3 Optabam e. ego ipse anathema esse a Christo
1 *Cor.* 12- 3 Nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu
16-22 Si quis non amat Dominum... sit anathema
Galat. 1- 8 Sed licet nos, aut Angelus de cœlo evangelizet vobis... anathema sit
- 9 Si quis vobis evangelizaverit.. anathema sit

ANATHEMA, *donarium.*

Judith. 16-23 Obtulit in anathema oblivionis

ANATHEMATIZO.

1 *Mac.* 5- 5 Applicuit ad eos, et anathematizavit eos
Marc. 14-71 Ille autem cœpit anathematizare et jurare

ANATHOTH. *Filius Bechor.*

1 *Par.* 7- 8 Filii Bechor... Abia, et Anathoth
2*Esdr.* 10-19 Hareph, Anathoth, Nebaï

ANATHOTH.

Urbs in tribu Benjamin quæ Levitis fuit data: in ea natus est Jeremias propheta.

Josue. 21-18 Anathoth et Almon, cum suburbanis
2 *Reg.* 23-27 Abiezer de Anathoth
3 *Reg.* 2-26 Vade in Anathoth ad agrum tuum
1 *Par.* 6-60 Anathoth quoque cum suburbanis suis
1*Esdr.* 2-23 Viri Anathoth, centum viginti octo
2*Esdr.* 7-27 Viri Anathoth, centum viginti octo
11-32 Anathoth, Nob, Anania
Isai. 10-30 Attende Laïsa, paupercula Anathoth
Jerem. 1- 1 Sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth
11-21 Dicit Dominus ad viros Anathoth
-23 Inducam e. malum super viros Anathoth
32- 7 Eme tibi agrum meum, qui est in Anathoth
- 8 Posside agrum meum, qui est in Anathoth
- 9 Et emi agrum... qui est in Anathoth

ANATHOTHIA.

1 *Par.* 8-24 Hanania, et Ælam, et Anathothia

ANATHOTHITES.

1 *Par.* 11-28 Ira filius Acces T. Abiezer Anathothites
12- 3 Baracha, et Jehu Anathothites
27-12 Abiezer Anathothites, de filiis Jemini
Jerem. 29-27 Quare non increpasti Jeremiam Anathothitem

ANCEPS.

Judic. 3-16 Qui fecit sibi gladium ancipitem
Psal. 149- 6 Gladii ancipites in manibus eorum
Hebr. 4-12 Penetrabilior omni gladio ancipiti

ANCHORA.

Act. 27-29 De puppi mittentes anchoras quatuor
-30 Inciperent a prora anchoras extendere
-40 Et cum anchoras sustulissent
Hebr. 6-19 Sicut anchoram habemus animæ tutam

ANCILLA.

Gen. 16- 1 Habens ancillam Ægyptiam nomine Agar
- 2 Dixit marito :... Ingredere ad ancillam meam
- 5 Ego dedi ancillam meam in sinum tuum
- 6 Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est
20-14 Tulit... et ancillas, et dedit Abraham
-17 Sanavit Deus...ancillasq. ejus et pepererunt
21-10 Ejice ancillam hanc et filium ejus; non enim erit, et erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac
-12 Non tibi videatur... super ancilla tua
-13 Filium ancillæ faciam in gentem
24-35 Et dedit ei oves... servos et ancillas
29-24 Dans ancillam filiæ, Zelpham nomine
30- 9 Zelpham ancillam suam marito tradidit
-18 Quia dedi ancillam meam viro meo
-43 Habuit greges multos, ancillas et servos
32- 5 Habeo boves... et servos et ancillas
33- 2 Posuit utramque ancillam et liberos
- 6 Appropinquantes ancillæ et filii earum
35-25 Filiæ Balæ ancillæ Rachelis; Dan et Neph..
-26 Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad et Aser
Exod. 11- 5 Usque ad primogenitum ancillæ
20-10 Non facies omne opus... et ancilla tua
-17 Non concupisces domum... non ancillam
21- 7 Non egredietur sicut ancillæ exire consuev..
-20 Qui percusserit... vel ancillam virga
-26 Si percusserit quispiam oculum... ancillæ
-27 Dentem q. si excusserit... ancillæ suæ
-32 Si servum ancillamque invaserit
23-12 Refrigeretur filius ancillæ tuæ, et advena.
Levit. 19-20 Quæ sit ancilla etiam nubilis
25- 6 Erunt v. in cibum, tibi et servo, ancillæ
-44 Servus et ancilla sint vobis de nationibus
Deut. 5-14 Non facies in eo... servus et ancilla
-21 Non concupisces uxorem... non ancillam
15-17 Ancillæ quoque similiter facies
16-11 Epulaberis... tu... et servus tuus ,et ancilla
-14 Servus tuus et ancilla, Levites quoque
28-68 Ibi venderis inimicis tuis in...ancillas
Judic. 9-18 Abimelech filium ancillæ ejus
19-19 Panem et vinum in... ancillæ tuæ usus
Ruth. 2-13 Locutus es ad cor ancillæ tuæ
3- 9 Ego sum Ruth ancilla tua
1*Reg.* 1-11 Nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque servæ
-16 Ne reputes ancillam quasi unam de f. Belial
-18 Utinam inveniat ancilla tua gratiam
8-16 Et ancillas... auferet et ponet in opere suo
25-24 Loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis
-25 Ego a. ancilla tua non vidi pueros tuos
-27 Quam attulit ancilla tua tibi domino meo
-31 Cum benefecerit... recordaberis ancillæ
-41 Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet
28-21 Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ
-22 Nunc igitur audi et tu vocem ancillæ tuæ
2*Reg.* 6-20 Discooperiens se ante ancillas servorum
-22 Et cum ancillis... gloriosior apparebo
14- 6 Et ancillæ tuæ erant duo filii
- 7 Universa cognatio adversum ancillam
-12 Loquatur ancilla tua ad Dominum meum
-15 Et dixit ancilla tua: Loquar ad regem Si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ
-16 Audivit rex, ut liberaret ancillam suam
-17 Dicat ergo ancilla tua, ut fiat verbum
-19 Ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba
17-17 Abiit ancilla et nuntiavit eis
20-17 Audi sermones ancillæ tuæ
3*Reg.* 1-13 Mi rex, jurasti mihi ancillæ tuæ
-17 Domine mi, tu jurasti... ancillæ tuæ
3-20 De latere meo ancillæ tuæ dormientis
4*Reg.* 4- 2 Non habeo ancilla tua quidquam in domo
-16 Vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ
5-26 Ut emas oliveta... et servos et ancillas
2*Par.* 28-10 Vobis subjicere in servos et ancillas
1*Esdr.* 2-65 Exceptis servis eorum, et ancillis
2*Esdr.* 7-67 Absque servis et ancillis eorum
Tobiæ. 3- 7 Improperium ab una ex ancillis patris sui
8-14 Mitte unam ex ancillis tuis, et videat
-15 At illa misit unam ex ancillis suis
Judith. 11- 4 Si secutus fueris verba ancillæ tuæ
-13 Quod ego ancilla tua cognoscens
Judith. 11-14 Ego enim ancilla tua Deum colo Exiet ancilla tua, et orabo Deum
12- 4 Non expendet omnia hæc ancilla tua
-19 Ea quæ paraverat illi ancilla ejus
13-11 Tradidit caput Holofernis ancillæ suæ
-18 In me ancilla sua adimplevit misericord.
-20 Non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari
Esth. 4-16 Ego cum ancillis meis similiter jejunabo
14-18 Nunquam lætata sit ancilla tua
Job. 19-15 Inquilini domus meæ, et ancillæ meæ
31-13 Judicium cum servo meo, et ancilla mea
40-24 Aut ligabis eum ancillis tuis?
Psal. 85-16 Et salvum fac filium ancillæ tuæ
115-16 Ego servus tuus et filius ancillæ tuæ
122- 2 Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ
Prov. 9- 3 Misit ancillas suas ut vocarent ad arcem
27-27 Sufficiat... ad victum ancillis tuis
30-23 Per ancillam cum fuerit hæres dominæ
31-15 Deditque... cibaria ancillis suis
Eccle. 2- 7 Possedi servos et ancillas
Sap. 9- 5 Servus tuus sum ego, et filius ancillæ tuæ
Eccli. 41-27 Et ne scruteris ancillam ejus
Isai. 14- 2 Possidebit eos... in servos et ancillas
24- 2 Sicut ancilla, sic domina ejus
Jerem. 34- 9 Dimitteret... unusquisque ancillam suam
-10 Et unusquisque ancillam suam liberos
-11 Retraxerunt servos et ancillas suas
-16 Reduxistis... unusquisque ancillam suam Subjugastis eos ut sint vobis servi et ancillæ
Joel. 2-29 Super... et ancillas... effundam Spiritum
Nahum. 2- 7 Ancillæ ejus minabantur gementes
1 *Mac.* 2-11 Quæ erat libera, facta est ancilla
Matth. 26-69 Et accessit ad eum una ancilla, dicens
-71 Vidit eum alia ancilla, et ait his qui...
Marc. 14-66 Venit una ex ancillis summi sacerdotis
-69 Rursus a. cum vidisset illum ancilla
Luc. 1-38 Dixit a. Maria: Ecce ancilla Domini
-48 Quia respexit humilitatem ancillæ suæ
12-45 Cœperit percutere servos et ancillas
22-56 Quem cum vidisset ancilla quædam
Joan. 18-17 Dicit ergo Petro ancilla ostiaria
Act. 2-18 Super ancillas meas... effundam de Spiritu
Galat. 4-22 Duos habuit filios: unum de ancilla
-23 Sed qui de ancilla, secundum carnem
-30 Ejice ancillam, et filium ejus; non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ
-31 Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii

ANCILLULA.

Esth. 15-10 Lassum super ancillulam reclinavit caput

ANDREAS. *Apostolus Jesu Christi.*

Matth. 4-18 Vidit... et Andream fratrem ejus
10- 2 Petrus; et Andreas fratrem ejus
Marc. 1-16 Vidit Simonem et Andream frater ejus
-29 Venerunt in domum Simonis et Andreæ
3-18 Et Andream, et Philippum et Barth
13- 3 Et Jacobus, et Joannes et Andreas
Luc. 6-14 Andream fratrem ejus, Jacobum
Joan. 1-40 Erat autem Andreas frater Simonis
-44 Erat a. Philippus a... civitate Andreæ
6- 8 Andreas frater Simonis Petri
12-22 Venit Philippus, et dicit Andreæ Andreas rursum et Philip. dixerunt Jesu
Act. 1-13 Ubi manebant... Jacobus et Andreas

ANDRONICUS I. *Dux exercitus Antiochi Nobilis.*

2 *Mac.* 4-31 Uno ex comitibus suis Andronico
-32 Vasa e templo furatus donavit Andronico
-34 Unde Menelaus accedens ad Andronicum
-38 Andronicum purpura exutum... jubet
5-23 In Garizim a. Andronicum et Menelaum

ANDRONICUS II. *Cognatus S. Pauli.*

Rom. 16- 7 Salutate Andronicum et Juniam, cognatos

ANEM. *Urbs levitica in tribu Issachar.*

1 *Par.* 6-73 Et Anem cum suburbanis suis

ANER, *vir.*

Gen. 14-13 Fratris Escol, et fratris Aner
-24 Venerunt mecum, Aner, Escol et Mambre

ANER. *Urbs in tribu Manasse.*

1 *Par.* 6-70 Aner et suburbana ejus

ANETHUM.

Matth. 23-23 Qui decimatis mentham, et anethum

ANGARIO.

Matth. 5-41 Quicumque te angariaverit mille passus
27-32 Hunc angariaverunt ut tolleret crucem
Marc. 15-21 Angariaverunt prætereuntem quempiam

ANGE, *mons.*

Judith. 2-12 Venit ad magnos montes Ange

ANGELICUS.

Judic. 13- 6 Vir Dei venit ad me habens vult. angelicum

ANGELUS *bonus.*

Gen. 16- 7 Cumque invenisset eam Angelus Domini
- 9 Dixitque ei Angelus Domini: Revertere
19- 1 Veneruntq. duo Angeli Sodomam vespere
-15 Cogebant eum Angeli, dicentes: Surge
21-17 Vocavitq. Angelus Dei Agar de cœlo
22-11 Ecce Angelus Domini de cœlo clamavit
-15 Vocavit a. Angelus Domini Abraham
24- 7 Ipse mittet Angelum suum coram te
-40 Dominus... mittet Angelum suum tecum
28-12 Angelos quoque Dei ascendentes, et desc.
31-11 Dixitq. Angelus Dei ad me in somnis
32- 1 Fueruntque ei obviam Angeli Dei.
48-16 Angelus, qui eruit me de cunctis malis
Exod. 14-19 Tollensque se Angelus Dei, qui procedebat
23-20 Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat
-23 Præcedetq. te Angelus meus, et introducet
32-34 Angelus meus præcedet te
33- 2 Et mittam præcursorem tui Angelum
Num. 20-16 Miseritq. Angelum, qui eduxerit nos
22-22 Stetitq. Angelus Domini in via contra Balaam
-23 Cernens asina Angelum stantem in via
-24 Stetit Angelus in angustiis duorum macer.
-26 Angelus ad locum angustum transiens
-27 Cumq. vidisset asina stantem Angelum
-31 Et vidit Angelum stantem in via evaginato
-32 Cui Angelus: Cur, inquit, tertio verberas
-35 Ait Angelus: Vade cum istis, et cave ne
Judic. 2- 1 Ascenditq. Angelus Domini de Galgalis
- 4 Cumq. loqueretur Angelus Domini hæc verba
5-23 Maledicite terræ Meroz, dixit Angelus
6-11 Venit autem Angelus Domini, et sedit
-12 Apparuit ei Angelus Domini, et ait
-20 Cui dixit Angelus Domini: Tolle carnes
-21 Extendit Angelus Domini summitatem Angelus a. Domini evanuit ex oculis ejus
-22 Videnq. Gedeon quod esset Angelus Domini Vidi Angelum Domini facie ad faciem
13- 3 Cui apparuit Angelus Domini
- 9 Apparuit rursum Angelus Dei uxori Quæ cum vidisset Angelum
-13 Dixitq. Angelus Domini ad Manuë
-15 Dixitq. Manuë ad Angelum Domini
-16 Cui respondit Angelus: Si me cogis Nesciebat Manuë quod Angelus Domini esset
-20 Angelus Domini pariter in flamma ascendit
-21 Ultra eis non apparuit Angelus Domini Intellexit Manuë Angelum Domini esse
1 *Reg.* 29- 9 Scio quia bonus es... sicut Angelus Dei
2 *Reg.* 14-17 Sicut e. Angelus Dei, sic est dominus meus
-20 Sicut habet sapientiam Angelus Dei
19-27 Domine mi rex, sicut Angelus Dei es
24-16 Cumq. extendisset manum suam Angelus D. Et ait Angelo percutienti populum: Sufficit Erat a. Angelus D. juxta aream Areuna
-17 Cum vidisset Angelum cædentem pop..
3 *Reg.* 13-18 Angelus locutus est mihi in sermone D.
19- 5 Ecce Angelus Domini tetigit eum, et dixit
- 7 Reversusq. est Angelus Domini secundo
4 *Reg.* 1- 3 Angelus a. Domini locutus est ad Eliam
-15 Locutus est a. Angelus Domini ad Eliam
19-35 In nocte illa, venit Angelus Domini
1 *Par.* 21-12 Et Angelum D. interficere in universis fin.
-15 Misit quoque Angelum in Jerusalem Imperavit Angelo, qui percutiebat Angelus D. stabat juxta aream Ornan
-16 Vid. Angelum D. stantem inter cœlum et ter.
-18 Angelus autem Domini præcepit Gad
-20 Porro Ornan cum... vidisset Angelum
-27 Præcepitque Dominus Angelo
-30 Perterritus, videns gladium Angeli Domini
2 *Par.* 32-21 Misit Dominus Angelum qui percussit
Tobiæ. 3-25 Missus est Angelus D. sanctus Raphaël
5- 6 Et ignorans quod Angelus Dei esset
-15 Et dixit ei Angelus: Ego ducam et reducam
-17 Cui Raphaël Angelus dixit: Genus quæris
-20 Dixit a. illi Angelus: Ego sanum ducam
-21 Et Angelus ejus comitetur vobiscum
-27 Credo e. quod Angelus Dei bonus comit..
6- 4 Et dixit ei Angelus: Apprehende branchiam
- 5 Tunc dixit ei Angelus: Exentera hunc piscem

Tobiæ. 6– 7 Tunc interrogavit Tobias Angelum
– 8 Respondens Angelus, dixit ei: Cordis ejus..si.
–11 Respondensq. Angelus, ait: Est hic Raguel
–16 Tunc Angelus Raphaël dixit ei : Audi me
7– 5 Dixit Angelus ad Raguelem : Tobias, de quo
–12 Dixit ei Angelus : Noli timere dare eam isti
8– 2 Recordatus itaq. Tobias sermonum Angeli
– 3 Tunc Raphaël Angelus apprehendit dæmonium
9– 1 Tunc vocavit Tobias Angelum ad se
10–11 Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro
11– 2 Dixitque Angelus : Tobia frater, sis
12–15 Ego enim sum Raphaël Angelus, unus e septem
–17 Dixitque eis Angelus : Pax vobis
Judith. 13–20 Quoniam custodivit me Angelus ejus
Esth. 15–16 Vidi te, Domine, quasi Angelum Dei
Job. 4–18 Et in Angelis suis reperit pravitatem
33–23 Si fuerit pro eo Angelus loquens
41–16 Cum sublatus fuerit, timebunt Angeli
Psal. 8– 6 Minuisti eum paulo minus ab Angelis
33– 8 Immittet Angelus Domini in circuitu
34– 5 Et Angelus Domini coarctans eos
– 6 Et Angelus Domini persequens eos
77–25 Panem Angelorum manducavit homo
90–11 Quoniam Angelis suis mandavit de te
96– 7 Adorate eum omnes Angeli ejus
102–20 Benedicite Domino omnes Angeli ejus
103– 4 Qui facis Angelos tuos, spiritus
137– 1 In conspectu Angelorum psallam tibi
148– 2 Laudate eum omnes Angeli ejus
Eccle. 5– 5 Neque dicas coram Angelo : Non est prov..
Sap. 16–20 Pro quibus Angelorum esca nutrivisti pop.
Eccli. 48–24 Contrivit illos Angelus Domini
Isai. 18– 2 Ite Angeli veloces ad gentem convulsam
33– 3 A voce Angeli fugerunt populi
– 7 Angeli pacis amare flebunt
37–36 Egressus est autem Angelus Domini
63– 9 Et Angelus faciei ejus salvavit eos
Baruc. 6– 6 Angelus enim meus vobiscum est
Dan. 3–49 Angelus a. Domini descendit cum Azaria
–58 Benedicite Angeli Domini Domino
–95 Benedictus... qui misit Angelum suum
6–22 Deus meus misit Angelum suum
13–55 Ecce enim Angelus Dei... scindet te
–59 Manet enim Angelus Domini, gladium habens
14–33 Dixitq. Angelus Domini ad Habacuc
–35 Et apprehendit eum Angelus Domini
–38 Porro Angelus Domini restituit Habacuc
Osee. 12– 3 Et in fortitudine sua directus est cum Angelo
– 4 Et invaluit ad Angelum, et confortatus est
Zach. 1– 9 Dixit ad me Angelus, qui loquebatur in me
–11 Et responderunt Angelo Domini
–12 Respondit Angelus Domini, et dixit
–13 Et respondit Dominus Angelo
–14 Et dixit ad me Angelus.. : Clama
–19 Et dixi ad Angelum.. : Quid sunt hæc?
2– 3 Et ecce Angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, et Angelus alius egrediebatur in occursum ejus
3– 1 Jesum... Stantem coram Angelo Domini
– 3 Et Jesus... stabat ante faciem Angeli
– 5 Et Angelus Domini stabat
– 6 Contestabatur Angelus Domini Jesum
4– 1 Reversus est Angelus, qui loquebatur in me
– 4 Et respondi, et aio ad Angelum
– 5 Respondit Angelus.. : Numquid nescis... hæc?
5– 5 Et egressus est Angelus, qui loquebatur
–10 Et dixi ad Angelum.. : Quo istæ deferunt
6– 4 Et dixi ad Angelum.. : Quid sunt hæc..?
– 5 Respondit Angelus, et ait ad me : Isti sunt
12– 8 Sicut Angelus Domini in conspectu eorum.
Malac. 2– 7 Quia Angelus Domini exercituum est
3– 1 Ecce ego mitto Angelum meum Et Angelus testamenti quem vos vultis
1 *Mac.* 7–41 Exiit Angelus et percussit ex eis centum
2 *Mac.* 11– 6 Ut bonum Angelum mitteret ad salutem Israël
15–22 Qui misisti Angelum tuum sub Ezechia rege
–23 Mitte Angelum tuum bonum ante nos
Matth. 1–20 Ecce Angelus apparuit in somnis ei
–24 Fecit sicut præcepit ei Angelus Dom.
2–13 Ecce Angelus Domini apparuit in somnis
–19 Ecce Angelus Domini apparuit in somnis
4– 6 Quia Angelis suis mandavit de te
–11 Ecce Angeli accesserunt et ministrabant
11–10 Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem
13–39 Messores autem, Angeli sunt
–41 Mittet Filius hominis Angelos suos
–49 Exibunt Angeli, et separabunt malos
16–27 Venturus est in gloria... cum Angelis suis
18–10 Angeli eorum in cœlis semper vident
Matth. 22–30 Sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo
24–31 Et mittet Angelos suos cum tuba, et voce
26–53 Plusquam duodecim legiones Angelorum
28– 2 Angelus enim Domini descendit de cœlo
– 5 Respondens a. Angelus dixit mulieribus
Marc. 1– 2 Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem
–13 Et Angeli ministrabant illi
8–38 Cum venerit in gloria.. cum Angelis sanctis
12–25 Sed sunt sicut Angeli in cœlis
13–27 Et tunc mittet Angelos suos
–32 Nemo scit, neque Angeli in cœlo
Luc. 1–11 Apparuit autem illi Angelus Domini
–13 Ait a. ad illum Angelus : Ne timeas Zach...
–18 Et dixit Zacharias ad Angelum : Unde hoc
–19 Respondens Angelus dixit ei : Ego sum Gabriel
–26 Missus est Angelus Gabriel a Deo in civit...
–28 Et ingressus Angelus ad eam dixit : Ave
–30 Et ait Angelus ei : Ne timeas, Maria
–34 Dixit autem Maria ad Angelum
–35 Respondens Angelus dixit ei : Spiritus
–38 Et discessit ab illa Angelus
2– 9 Ecce Angelus Domini stetit juxta illos
–10 Dixit illis Angelus : Nolite timere
–13 Subito facta est cum Angelo multitudo
–15 Ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum
–21 Jesus, quod vocatum est ab Angelo
4–10 Quod Angelis suis mandavit de te
7–27 Ecce mitto Angelum meum ante faciem
9–26 In majestate sua... et sanct. Angelorum
12– 8 Confitebitur illum coram Angelis Dei
– 9 Negabitur coram Angelis Dei
15–10 Gaudium erit coram Angelis Dei super uno
16–22 Portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ
20–36 Æquales enim Angelis sunt
22–43 Apparuit a. illi Angelus de cœlo
24–23 Se etiam visionem Angelorum vidisse
Joan. 1–51 Videbitis... Angelos Dei ascendentes
5– 4 Angelus descendebat... in piscinam
12–29 Alii dicebant : Angelus ei locutus est
20–12 Vidit duos Angelos in albis, sedentes
Act. 5–19 Angelus a. Domini per noctem aperiens
6–15 Viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli
7–30 Apparuit... Angelus in igne flammæ rubi
–35 Cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo
–38 Cum Angelo, qui loquebatur ei in monte
–53 Accepistis legem in dispositione Angelorum
8–26 Angelus... locutus est ad Philippum
10– 3 Is vidit... Angelum Dei introeuntem ad se
– 7 Et cum discessisset Angelus... vocavit
–22 Responsum accepit ab Angelo sancto
11–13 Narravit... quomodo vidisset Angelum
12– 7 Et ecce Angelus Domini astitit
– 8 Dixit a. Angelus ad eum : Præcingere
– 9 Nesciebat... quod fiebat per Angelum
–10 Et continuo discessit Angelus ab eo
–11 Scio vere quia misit Dominus Angelum
–15 Illi a. dicebant : Angelus ejus est
–23 Confestim a. percussit eum Angelus
23– 8 Dicunt non esse... neque Angelum
– 9 Quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus?
27–23 Astitit e. mihi hac nocte Angelus Dei
Rom. 8–38 Certus sum enim quia... neque Angeli
1 *Cor.* 4– 9 Spectaculum facti sumus... Angelis
11–10 Habere supra caput propter Angelos
13– 1 Si linguis hom. loquar et Angelorum
2 *Cor.* 11–14 Satanas transfigurat se in Angelum lucis
Galat. 1– 8 Aut Angelus de cœlo evangelizet vobis
3–19 Ordinata per Angelos in manu Mediatoris
4–14 Sed sicut Angelum Dei excepistis me
Colos. 2–18 Nemo vos seducat... religione Angelorum
2 *Thes.* 1– 7 Requiem... de cœlo cum Angelis virtutis ejus
1 *Tim.* 3–16 Pietatis sacramentum... apparuit Angelis
5–21 Testor coram Deo... et electis Angelis
Hebr. 1– 4 Tanto melior Angelis effectus, quanto
– 5 Cui enim dixit aliquando Angelorum?
– 6 Et adorent eum omnes Angeli Dei
– 7 Et ad Angelos quidem dicit : Qui facit Angelos suos spiritus, et ministros
–13 Ad quem a. Angelorum dixit aliquando
2– 2 Si e. qui per Angelos dictus est sermo
– 5 Non enim Angelis subjecit Deus orbem
– 7 Minuisti eum paulo minus ab Angelis
– 9 Qui modico quam Angeli minoratus est
–16 Nusquam enim Angelos apprehendit
12–22 Mult. millium Angelorum frequentiam.
13– 2 Angelis hospitio receptis
1 *Petr.* 1–12 In quem desiderant Angeli prospicere
Apoc. 1– 1 Mittens per Angelum suum servo suo Joan
–20 Septem stellæ, Angeli sunt septem Eccl.
2– 1 Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe : Hæc dicit
– 8 Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe : Hæc dicit
Apoc. 2–12 Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe : Hæc dicit
–18 Et Angelo Thyartyræ Ecclesiæ scribe
3– 1 Et Angelo Ecclesiæ Sardis scribe : Hæc dicit
– 5 Confitebor nomen ejus... coram Angelis
– 7 Et Angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe
–14 Et Angelo Laodiciæ Ecclesiæ scribe
5– 2 Et vidi Angelum fortem, prædicantem
–11 Vidi et audivi vocem Angelorum mult...
7– 1 Post hæc vidi quatuor Angelos stantes
– 2 Et vidi alterum Angelum ascendentem Clamavit voce magna quatuor Angelis
–11 Omnes Angeli stabant in circuitu throni,
8– 2 Et vidi septem Angelos stantes
– 3 Alius Angelus venit et stetit ante altare
– 4 Ascendit fumus... de manu Angeli coram Deo
– 5 Accepit Angelus thuribulum et implevit
– 6 Septem Angeli, qui habebant septem tubas
– 7 Et primus Angelus tuba cecinit
– 8 Et secundus Angelus tuba cecinit
–10 Et tertius Angelus tuba cecinit
–12 Et quartus Angelus tuba cecinit
–13 De cæteris vocibus trium Angelorum
9– 1 Et quintus Angelus tuba cecinit
–13 Et sextus Angelus tuba cecinit
–14 Sexto Angelo, qui habebat tubam
10– 1 Et vidi alium Angelum fortem descend.
– 3 Angelus, quem vidi stantem super mare
– 7 Sed in diebus vocis septimi Angeli
– 8 Accipe librum apertum de manu Angeli
– 9 Et abii ad Angelum, dicens ei
–10 Et accepi librum de manu Angeli
11–15 Et septimus Angelus tuba cecinit
12– 7 Michaël et Angeli ejus præliabantur
14– 6 Vidi alterum Angelum volantem
– 8 Et alius Angelus secutus est, dicens
– 9 Et tertius Angelus secutus est illos
–10 Cruciabitur... in conspectu Angelorum S.
–15 Alius Angelus exivit de templo
–17 Et alius Angelus exivit de templo
–18 Alius Angelus exivit de altari
–19 Misit Angelus falcem suam acutam
15– 1 Vidi aliud signum... Angelos septem
– 6 Exierunt septem Angeli habentes septem
– 7 Dedit septem Angelis septem phialas
– 8 Consumm. septem plagæ septem Angelorum
16– 1 Audivi... dicentem septem Angelis : Ite
– 3 Et secundus Angelus effudit phialam
– 5 Et audivi Angelum aquarum dicentem
– 8 Quartus Angelus effudit phialam suam
–10 Quintus Angelus effudit phialam suam
–12 Sextus Angelus effudit phialam suam
17 Septimus Angelus effudit phialam suam
17– 1 Et venit unus de septem Angelis
– 7 Dixit mihi Angelus : Quare miraris?
18– 1 Post hæc vidi alium Angelum descend.
–21 Sustulit unus Angelus fortis lapidem
19–17 Vidi unum Angelum stantem in sole
20– 1 Et vidi Angelum descendentem de cœlo
21– 9 Et venit unus de septem Angelis
–12 In portis Angelos duodecim, et nomina
–17 Mensura hominis, quæ est Angeli
22– 6 Misit Angelum suum ostendere servis
– 8 Cecidi ut adorarem ante pedes Angeli
–16 Ego Jesus misi Angelum meum

ANGELUS *malus.*

Psal. 77–49 Misit... immissiones per angelos malos
Prov. 17–11 Angelus a. crudelis mittetur contra eum
Matth. 25–41 Qui paratus est diabolo, et angelis ejus
1 *Cor.* 6– 3 Nescitis quoniam angelos judicabimus?
2 *Cor.* 12– 7 Angelus Satanæ, qui me colaphizet
1 *Petr.* 3–22 Profectus in cœlum, subjectis sibi angelis
2 *Petr.* 2– 4 Si enim Deus angelis peccantibus non
–11 Ubi angeli fortitudine... sint majores
Judæ. – 6 Angelos vero qui non servaverunt
Apoc. 9–11 Regem angelum abyssi... Abaddon
–14 Solve quatuor angelos, qui alligati
–15 Et soluti sunt quatuor angeli
12– 7 Et draco pugnabat, et angeli ejus
– 9 Et angeli ejus cum illo missi sunt

ANGO.

1 *Reg.* 1– 6 Eam æmula ejus et vehementer angebat

ANGULARIS, *substantiv.*

Isai. 44–13 Fecit illud in angularibus

ANGULARIS, *adject.*

Job. 38– 6 Quis demisit lapidem angularem ejus?
Isai. 28–16 Lapidem probatum, angularem, pretiosum
Ephes. 2–20 Ipso summo angulari lapide Christo Jesu
1 *Petr.* 2– 6 Ecce pono in Sion lapidem... angularem

ANGULUS.

Exod. 25-12 Quos pones per quatuor arcæ angulos
-26 Pones eos in quatuor angulis ej. mensæ
26-19 Ut... per duos angulos subjiciantur
-23 Quæ in angulis erigantur post tergum tab.
27- 2 Cornua a. per quat.angulos ex ipso erunt
- 4 Per cujus quatuor angulos erunt quatuor
36-24 Incastraturæ lat. in angulis terminantur
-28 Et duas alias per singulos angulos
-29 Ita fecit ex utraque parte per angulos
-33 Qui per medias tabulas ab angulo
37- 3 Conflans... per quatuor angulos ejus
-13 Quos posuit in quatuor angulis
-25 E cujus angulis procedebant cornua
38- 2 Cujus cornua de angulis procedebant
39-17 In superhumeralis angulis eminebant
Num. 15-38 Faciant sibi fimbrias per angulos palliorum
Deut. 22-12 Facies per quatuor angulos pallii tui
Judic. 20- 2 Omnesq. anguli populorum, et cunctæ tribus
1 *Reg.* 14-38 Applicate huc universos angulos populi
3 *Reg.* 6-31 Postesque angulorum quinque
7-31 In angulis a. column. variæ cælaturæ erant
-32 Quæ per quatuor angulos basis erant
-34 Quatuor per singulos angulos basis unius
-36 Sculpsit... in angulis, cherubim et leones
4 *Reg.* 14-13 A porta Ephraïm usque ad portam anguli
2 *Par.* 25-23 A porta Ephraïm usque ad portam anguli
26- 9 Ædificavitq... super portam anguli
-15 Collocavit, et in angulis murorum,
28-24 Fecit sibi altaria in univ. angulis Jerusalem
2*Esdr.* 3-19 Contra ascensum firmissimi anguli
-20 Ab angulo usque ad portam domus Eliasib
-24 A domo Azariæ usque ad angulum
-30 Et usque ad cœnaculum anguli
-31 Et inter cœnaculum anguli in porta gregis
Job. 1-19 Et concussit quatuor angulos domus
Psal. 117-22 Hic factus est in caput anguli
Prov. 7- 8 Qui transit per plateam juxta angulum
-12 Nunc foris... nunc juxta angulos insidians
21- 9 Melius est sedere in angulo domatis
25-24 Melius est sedere in angulo domatis
Isai. 19-13 Deceperunt Ægyptum, angulum popul.
Jerem. 31-38 A turre Hananeel usq. ad portam anguli
-40 Usque ad angulum portæ equorum
51-26 Non tollent de te lapidem in angulum
Ezech. 41 22 Anguli ejus, et longitudo ejus, et parietes
43-17 Et crepido... in quatuor angulis ejus
-20 Super quatuor angulos crepidinis
45-19 In quatuor angulis crepidinis altaris
46-21 Circumduxit me per quatuor angulos atrii
Et ecce atriolum erat in angulo atrii
Atriola singula per angulos atrii
-22 In quatuor angulis atrii atriola disposita
Dan. 13-38 Porro nos cum essemus in angulo pomarii
Soph. 1-16 Dies tubæ... super angulos excelsos
3- 6 Et dissipati sunt anguli earum
Zach. 10- 4 Ex ipso angulus, ex ipso paxillus
14-10 Exaltabitur... usque ad portam angulorum
Matth. 6- 5 Et in angulis platearum stantes orare
21-42 Hic factus est in caput anguli
Marc. 12-10 Hic factus est in caput anguli
Luc. 20-17 Hic factus est in caput anguli ?
Act. 4-11 Qui factus est in caput anguli
26-26 Neque e. in angulo quidquam h. gestum est
1 *Petr.* 2- 7 Lapis,... hic factus est in caput anguli
Apoc. 7- 1 Stantes super quatuor angulos terræ
20- 7 Quæ sunt super quatuor angulos terræ

ANGUSTIA.

Gen. 42-21 Videntes angustiam animæ illius
Exod. 6- 9 Non acquiev. propter angustiam spiritus
Num. 22-24 Stetit Angelus in angustiis duarum m.
Deut. 26- 7 Respexit... laborem atque angustiam
28-53 In angustia... qua opprimet te hostis tuus
Judic. 10-14 Ipsi vos liberint in tempore angustiæ
Ruth. 1-13 Quia vestra angustia magis me premit
1 *Reg.* 22- 2 Omnes qui erant in angustia constituti
26-24 Liberet me de omni angustia
2 *Reg.* 1- 9 Quoniam tenent me angustiæ
4- 9 Eruit animam meam de omni angustia
22-46 Filii alieni.... contrahentur in angustiis suis
3 *Reg.* 1-29 Eruit animam meam de omni angustia
22-27 Sustentate eum... aqua angustiæ
4 *Reg.* 13- 4 Vidit e. angustiam Israël, quia attriverat
1 *Par.* 21-13 Ex omni parte me angustiæ premunt
2 *Par.* 15- 4 Cumq. reversi fuerint in angustia sua ad
- 6 Dominus conturbabit eos in omni angustia
28-22 Tempore angustiæ suæ auxit contemptum
Judith. 13-25 Propter angustias et tribulationem generis
Esth. 11- 8 Fuitq. dies... tribulationis et angustiæ
Job. 6- 7 Nunc præ angustia, cibi mei sunt
15-24 Et angustia vallabit eum, sicut regem
27- 9 Cum venerit super eum angustia ?
Job. 36-15 Eripiet de angustia sua pauperem
Psal. 118-143 Tribulatio et angustia invenerunt me
Prov. 1-26 Quando venerit super vos tribul.... et angustia
11- 8 Justus de angustia liberatus est
12-13 Effugiet autem justus de angustia
17-17 Et frater in angustiis comprobatur
21-23 Custodit ab angustiis animam suam
24-10 Si desperaveris lassus in die angustiæ
25-19 Qui sperat super infideli in die angustiæ
Sap. 5- 3 Et præ angustia spiritus gementes
Eccli. 10-29 Noli cunctari in tempore angustiæ
Isai. 8-22 Ecce... dissolutio et augustia, et caligo
Et non poterit avolare de angustia sua
21- 3 Angustia possedit me sicut angustia parturientis
26-16 Domine, in angustia requisierunt te
30- 6 In terra tribulationis et angustiæ leæna
53- 8 De angustia, et de judicio sublatus est
65-16 Oblivioni traditæ sunt angustiæ priores
Jerem. 4-31 Audivi, angustias ut puerperæ
19- 9 Carnem amici sui comedet... in angustia
49-24 Angustia et dolores tenuerunt eam
50-43 Angustia apprehendit eum
Thren. 1- 3 Apprehenderunt eam inter angustias
Baruc. 3- 1 Anima in angustiis... clamat ad te
Ezech. 4-16 Aquam in mensura et in angustia bibent
7-25 Angustia superveniente requirent pacem
30-16 Et in Memphis angustiæ quotidianæ
Dan. 9-25 Ædific... muri in angustia temporum
13-22 Ait : Angustiæ sunt mihi undique
Abdiæ. -12 Non magnificabis os tuum in die angustiæ
Soph. 1-15 Dies tribulationis et angustiæ
1 *Mac.* 2-53 Joseph in tempore angustiæ suæ
13- 3 Et angustias quales vidimus
2 *Mac.* 12-21 Accessu difficile propter loc. angustias
Rom. 2- 9 Tribulatio et angustia in omn. animam
3-35 Quis ergo nos separabit... an angustia ?
2 *Cor.* 2- 4 Nam ex... angustia cordis scripsi vobis
6- 4 In tribul. in necessitatibus, in angustiis
12-10 Placeo mihi... in angustiis pro Christo

ANGUSTIO.

Judith. 13-29 Angustiatus præ pavore, cecidit
Sap. 5- 1 Adversus eos qui se angustiaverunt
Eccli. 4- 3 Non protrahas datum angustianti
16-28 Unusq. proximum sibi non angustiavit
27- 2 Inter medium... angustiabitur peccatum
Jonæ. 2- 8 Cum angustiaretur in me anima mea
2 *Cor.* 4- 8 Patimur, sed non angustiamur
6-12 Non angustiamini in nobis, angustiamini a. in visceribus vestris
Hebr. 11-37 Circuierunt egentes, angustiati, afflicti

ANGUSTUS.

Num. 22-26 Angelus ad locum angustum transiens
33-54 Pluribus dabitis latiorem, et paucis angustiorem
Josue. 17-15 Angusta est tibi possessio montis Ephraïm
4 *Reg.* 6- 1 Ecce locus... angustus est nobis
Judith. 4- 6 Ubi angustum iter esse poterat inter m.
7- 5 Ad angusti itineris tramitem dirigunt
Job. 36-16 Salvabit te de ore angusto latissime
Prov. 23-27 Et puteus angustus, aliena
Isai. 49-19 Nunc angusta erunt præ habitatoribus
-20 Angustus est mihi locus, fac spatium
2 *Mac.* 11- 5 Bethsuræ quæ erat in angusto loco
Matth. 7-13 Intrate per angustam portam
-14 Quam angusta porta, et arcta via est
Luc. 13-24 Contendite intrare per angustam portam

ANI.

Unus e janitoribus arcæ.

1 *Par.* 15-18 Et cum eis... Ani, Eliab et Banaïam
-20 Jahiel, et Ani, et Eliab, et Maasias

ANIA.

2 *Esdr.* 8- 4 Steterunt juxta eum... et Ania, et Uria

ANIAM.

Filius Semida qui fuit unus de filiis Galaad, de tribu Manasse.

1 *Par.* 7-19 Filii Semida... et Leci et Aniam

ANILIS.

1 *Tim.* 4- 7 Ineptas a. et aniles fabulas devita

ANIM. *Urbs in tribu Juda.*

Josue. 15-50 Anab et Istemo et Anim

ANIMA.

Gen. 1-20 Producant aquæ reptile animæ viventis
-21 Creavitq. Deus... omnem animam viventem
-24 Producat terra animam viventem
-30 Et in quibus est anima vivens
2- 7 Factus est homo in animam viventem
-19 Omne e. quod vocavit Adam animæ viventis
8-21 Non igitur ultra percutiam omnem animam
Gen. 9- 5 Sanguinem e. animarum vest. requiram de manu hominis... requiram animam hom.
-10 Et ad omnem animam viventem
-12 Et ad omnem animam viventem
-15 Cum omni anima vivente quæ carnem
-16 Pactum est inter Deum et omnem animam
12- 5 Et animas quas fecerant in Haran
-13 Vivat anima mea ob gratiam tui
14-21 Da mihi animas : cætera tolle tibi
17-14 Delebitur anima illa de populo suo
19-17 Dicentes : Salva animam tuam
-19 Ut salvares animam meam
-20 Numquid... et vivet anima mea ?
23- 8 Si placet animæ vestræ ut sepeliam
27- 4 Et benedicat tibi anima mea ante
-19 Comede... ut benedicat mihi anima tua
-25 Ut benedicat tibi anima mea
-31 Comede... ut benedicat mihi anima tua
32-30 Et salva facta est anima mea
34- 3 Et conglutinata est anima ejus cum ea
- 8 Filii mei adhæsit anima filiæ vestræ
35-18 Egrediente a. anima præ dolore
36- 6 Tulit a. Esaü... om. animam domus
37-22 Non interficiatis animam ejus
42-21 Videntes angustiam animæ illius
44-30 (Cum anima illius ex hujus anima pendeat.)
46-15 Omnes animæ filiorum ejus et filiarum
-18 Hos genuit Jacob sexdecim animas
-22 Filii Rachel... omnes animæ, quatuordecim
-25 Hos genuit Jacob : omnes animæ, septem
-26 Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt
-27 Filii a. Josph... animæ duæ
Omnes animæ domus Jacob, quæ ingr.
49- 6 In consilium e. non veniat anima mea
Exod. 1- 5 Erant igitur omnes animæ eorum
4-19 Mortui... qui quærebant animam tuam
12- 4 Juxta numerum animarum
-15 Peribit anima illa de Israël
-19 Peribit anima ejus de cœtu Israël
15- 9 Dividam spolia, implebitur anima mea
16-16 Juxta numerum animarum vestrarum
21-23 Reddet animam pro anima
-30 Dabit pro anima sua quidquid fuerit post..
23- 9 Scitis enim advenarum animas
30-12 Dabant singuli pretium pro animabus
-16 Ut... et propitietur animabus eorum
31-14 Qui fecerit in eo opus, peribit anima illius
Levit. 2- 1 Anima cum obtulerit oblationem sacrificii
4- 2 Anima, quæ peccaverit per ignorantiam
5- 1 Si peccaverit anima, et audierit vocem
- 2 Anima quæ tetigerit aliquid immundum
- 4 Anima, quæ juraverit, et protulerit labiis
-15 Anima, si prævaricans cæremonias
-17 Anima, si peccaverit per ignorantiam
6- 2 Anima quæ peccaverit, et contempto Dom.
7-18 Anima tali se edulio contaminaverit
-20 Anima polluta quæ ederit de carnibus
-27 Omnis anima, quæ ederit sanguinem
11-43 Nolite contaminare animas vestras
-44 Ne polluatis animas vestras in... reptili
-46 Ista est lex... et omnis animæ viventis
16-29 Mense septimo... affligetis animas vestras
-31 Affligetis animas vestras religione perpetua
17-10 Obfirmabo faciem m. contra animam illius
-11 Quia anima carnis in sanguine est
Ut super altare in eo expietis pro animabus vestris, et sanguis pro animæ piaculo sit
-12 Omnis anima ex vobis non comedet
-14 Anima e. omnis carnis in sanguine est
Quia anima carnis in sanguine est
-15 Anima quæ comederit morticinum
18-29 Omnis anima, quæ fecerit de abomin..
19- 8 Peribit anima illa de populo suo
20- 6 Anima, quæ declinaverit ad magos
-25 Ne polluatis animas vestras in pecore
23-27 Affligetisq. animas vestras in eo
-29 Omnis anima, quæ afflicta non fuerit
-32 Affligetis animas vestras die nono
24-18 Reddet... animam pro anima
26-11 Et non abjiciet vos anima mea
-16 Et consumat animas vestras
-30 Et abominabitur vos anima mea
27- 2 Spoponderit Deo animam suam
Num. 9- 6 Quidam immundi super anima hominis
- 7 Immundi sumus super anima hominis
-10 Homo qui fuerit immundus super anima
-13 Exterminabitur anima illa de populis
11- 6 Anima nostra arida est
15-27 Quod si anima una nesciens peccarit
-30 Anima vero, quæ per superbiam
19-13 Omnis qui tetigerit humanæ animæ
-22 Anima, quæ horum quippiam tetigerit
21- 5 Anima nostra jam nauseat super cibo
23-10 Moriatur anima mea morte justorum
29- 7 Et affligetis animas vestras

Num. 30- 4 Juramentum quo obligavit animam suam
- 7 Animam ejus obligaverit juramento
- 9 Verbaq. quibus obstrinxerat animam suam
-14 Affligat animam suam
31-28 Unam animam de quingentis
-35 Animæ hominum sexus fœminei
-40 De animabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem Domini triginta duæ animæ
Deut. 4- 9 Custodi igitur animam tuam sollicite
-15 Custodite igitur sollicite animas vestras
-29 Quæsieris, et tota tribulatione animæ tuæ
6- 5 Diliges Dominum... et ex tota anima tua
10-12 Ac servias Domino... in tota anima tua
-22 In septuaginta animabus descenderunt
11-13 Serviatis ei .. et in tota anima vestra
12-20 Vesci carnibus quas desiderat anima tua
-23 Sanguis enim eorum pro anima est: et Idcirco non debes animam comedere
13- 3 Utrum diligatis et in tota anima vestra
- 6 Aut amicus quem diligis ut animam tuam
14-26 Emes... omne quod desiderat anima tua
19- 6 Percutiat animam ejus, qui non est reus mortis
-21 Non misereberis ejus, sed animam pro anima
22-26 Occidit animam ejus, ita et puella perpessa
24- 6 Quia animam suam opposuit tibi
-15 Et ex eo sustentat animam suam
26-16 Et impleas... ex tota anima tua
27-25 Ut percutiat animam sanguinis innoc.
28-65 Dabit e.. animam consumptam mœrore
30- 2 In toto corde tuo, et in tota anima tua
- 6 Diligas Dominum... in tota anima tua
-10 Revertaris ad Dom... in tota anima tua
Josue. 2-13 Et eruatis animas nostras a morte
-14 Anima nostra sit pro vobis in mortem
9-24 Providimus animabus nostris
10-32 Percussit in ore gladii omnem animam
-35 Percussitq. in ore gladii omnes animas
-37 Universasque animas quæ in ea fuerant
11-11 Percussitque omnes animas, quæ ibidem
20- 3 Quicumque animam percusserit nescius
- 9 Ut fugeret ad eas qui animam nescius percus.
22- 5 Serviatis... et in omni anima vestra
Judic. 5- 2 Qui sponte obtulistis de Israël animas vest..
-18 Obtulerunt animas suas morti in req. Merome
-21 Conculca anima mea robustos
9-17 Et animam suam dedit periculis
12- 3 Posui animam meam in manibus meis
16-16 Defecit anima ejus, et ad mortem usque
-30 Ait: Moriatur anima mea cum Philisthiim
Ruth. 4-15 Et habeas qui consoletur animam tuam
1 *Reg.* 1-15 Effudi animam meam in conspectu Domini.
-26 Ait Anna: ... Vivit anima tua, Domine
2-16 Tolle tibi quantumc. desiderat anima tua
-33 Sed ut... et tabescat anima tua
-35 Qui juxta cor m. et animam meam faciet
17-55 Vivit anima tua, rex, si novi
- 9 Quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis
-16 Adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.
-19 Quia si duo ex vobis consenserint
-20 Ubi enim sunt duo vel tres congregati
19- 5 Et erunt duo in carne una
- 6 Itaque jam non sunt duo, sed una caro
20-21 Dic ut sedeant hi duo filii mei
-24 Indignati sunt de duobus fratribus
-30 Et ecce duo cæci sedentes secus viam
21- 1 Tunc Jesus misit duos Discipulos
-28 Homo quidam habebat duos filios
-31 Quis ex duobus fecit voluntatem patris?
22-40 In his duobus mandatis universa lex pendet
24-40 Tunc duo erunt in agro: unus assumetur
-41 Duæ molentes in mola: una assumetur
25-15 Dedit... alii autem duo, alii vero unum
-17 Similiter et qui duo acceperat, lucratus est alia duo
-22 Accessit a. et qui duo talenta acceperat Domine, duo talenta tradidisti mihi Ecce alia duo lucratus sum
26-37 Assumpto Petro, et duobus filiis Zebedæi
-60 Novissime autem venerunt duo falsi testes
27-21 Quem vultis vobis de duobus dimitti?
-38 Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones
-51 Ecce velum templi scissum est in duas partes
Marc. 5-13 Grex præcipitatus est in mare ad duo millia
6- 9 Et ne induerentur duabus tunicis
-38 Dicunt: Quinque, et duos pisces
-41 Acceptis quinq. panibus, et duobus piscibus Et duos pisces divisit omnibus
9-42 Quam duas manus habentem ire in gehenn.
-44 Quam duos pedes habentem mitti in gehenn.
-46 Quam duos oculos habentem mitti in gehen
10- 8 Et erunt duo in carne una Itaque jam non sunt duo, sed una caro
11- 1 Mittit duos ex Discipulis suis
12-42 Misit duo minuta, quod est quadrans
14-13 Et mittit duos ex Discipulis suis, et dicit eis
15-27 Et cum eo crucifigunt duos latrones
-38 Et velum templi scissum est in duo
16-12 Post hæc aut. duobus ex his ambulantibus
Luc. 2-24 Par turturum, aut duos pullos columbarum
3-11 Qui habet duas tunicas, det non habenti
5- 2 Et vidit duas naves stantes secus stagnum
7-19 Et convocavit duos de discipulis suis Joan.
-41 Duo debitores erant cuidam fœneratori
Luc. 9- 3 Neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis
-13 Non sunt nobis plus quam quinque panes, et duo pisces
-16 Acceptis a. quinq. panibus, et duobus pisc.
-30 Et ecce duo viri loquebantur cum illo
-32 Viderunt majestatem ejus, et duos viros
10- 1 Designavit Dom. et alios septuaginta duos
-35 Et altera die protulit duos denarios
12-52 Divisi, tres in duos, et duo in tres
15-11 Ait autem: Homo quidam habuit duos filios
16-13 Nemo servus potest duobus dominis servire
17-34 In illa nocte erunt duo in lecto uno
-35 Duæ erunt molentes in unum Duo in agro: unus assumetur, et alter relinquetur
18-10 Duo homines ascenderunt in templum
19-29 Cum appropinquasset... misit duos Discipulos suos
21- 2 Vidit autem... mittentem æra minuta duo
22-38 Dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic
23-32 Ducebantur a. et alii duo nequam cum eo
24- 4 Ecce duo viri steterunt secus illas
-13 Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum
Joan. 1-35 Stabat Joannes, et ex discipulis ejus duo
-37 Et audierunt eum duo discipuli loquentem
-40 Unus ex duobus, qui audierant a Joanne
4-40 Et mansit ibi duos dies
-43 Post duos autem dies exiit inde: et abiit
6- 9 Qui habet quinque panes hordeaceos, et duos pisces
8-17 Quia duorum hominum testimonium verum est
11- 6 Mansit in eodem loco duobus diebus
19-18 Ubi crucifixerunt eum, et cum eo alios duos
20- 4 Currebant aut. duo simul, et ille alius Disc.
-12 Et vidit duos Angelos in albis, sedentes
21- 2 Filii Zebedæi, et alii ex Discipulis ejus duo
Act. 1-10 Ecce duo viri astiterunt juxta illos
-23 Et statuerunt duos, Joseph qui vocabatur Barsabas
-24 Ostende quem elegeris ex his duobus unum
7-29 In terra Madian, ubi generavit filios duos
9-38 Miserunt duos viros ad eum, rogantes
10- 7 Vocavit duos domesticos suos, et militem
12- 6 Erat Petrus dormiens inter duos milites Vinctus catenis duabus
19-22 Mittens autem... duos ex ministrantibus sibi
-34 Vox facta est una omnium, quasi per horas duas
21-33 Jussit eum alligari catenis duabus
23-23 Et vocatis duobus centurionibus, dixit illis
1 *Cor.* 6-16 Erunt enim (inquit) duo in carne una
14-27 Quis loquitur, secundum duos, aut ut multum tres
-29 Prophetæ autem duo aut tres dicant
2 *Cor.* 13- 1 In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum
Galat. 4-22 Quoniam Abraham duos filios habuit
-24 Hæc enim sunt duo testamenta
Ephes. 2-15 Ut duos condat in semetipso in unum
5-31 Et erunt duo in carne una
Philip. 1-23 Coarctor a. e duobus: desiderium habens
1 *Tim.* 5-19 Accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus
Hebr. 6-18 Ut per duas res immobiles... solatium habeamus
10-28 Duobus vel tribus testibus moritur
Apoc. 9-12 Et ecce veniunt adhuc duo væ post hæc
11- 3 Dabo duobus testibus meis, et prophetabunt
- 4 Hi sunt duæ olivæ, et duo candelabra
-10 Quoniam hi duo prophetæ cruciaverunt eos
12-14 Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ
13-11 Et habebat cornua duo similia Agni
19-20 Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis

DUODECIM.

Gen. 5- 8 Dies Seth nongentorum duodecim annorum
14- 4 Duodecim enim annis servierant
17-20 Duodecim duces generabit, et faciam illum
25-16 Isti sunt... duodecim principes tribuum
35-22 Erant autem filii Jacob duodecim
42-13 Duodecim, inquiunt, servi tui, fratres sumus
-32 Duodecim fratres uno patre geniti sumus
49-28 Omnes hi in tribubus Israël duodecim
Exod. 15-27 Ubi erant duodecim fontes aquarum
24- 4 Ædificavit... et duodecim titulos per duodecim tribus Israël
28-21 Duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus
39-14 Ipsique lapides duodecim, sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israël
Levit. 24- 5 Et coques ex ea duodecim panes
Num. 1-44 Hi sunt... et duodecim principes Israël
Num. 7- 3 Sex plaustra tecta cum duodecim bobus
-84 Oblata sunt.. acetabula argentea duodecim Phialæ argenteæ duodecim Mortariola aurea duodecim
-86 Mortariola aurea duodecim plena incenso
-87 Boves de armento in holocaustum duodecim Arietes duodecim, agni anniculi duodecim Hirci duodecim pro peccato
17- 2 Et accipe ab eis... virgas duodecim
- 6 Fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron
29-17 Offeretis vitulos de armento duodecim
31- 5 Dederuntq... duodecim millia expeditorum
33- 9 Ubi erant duodecim fontes aquarum
Deut. 1-23 Misi ex vobis duodecim viros, singulos
Josue. 3-12 Parate duodecim viros de tribubus Israël
4- 2 Elige duodecim viros singulos
- 3 Duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco
- 4 Vocavitque Josuë duodecim viros
- 8 Portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides
- 9 Alios quoque duodecim lapides posuit Josuë
-20 Duodecim quoque lapides,... posuit Josuë
8-25 Conciderant... duodecim millia hominum
18-24 Civitates duodecim, et villæ earum
19-15 Civitates duodecim, et villæ earum
21- 7 Et Gad et Zabulon, urbes duodecim
-38 Per familias et cognationes suas, duodecim
Judic. 19-29 In duodecim partes ac frusta concidens
2 *Reg.* 2-15 Transierunt numero duodecim de Benjamin, ex parte Isboseth filii Saül, et duodecim de pueris David
10- 6 Et ab Istob duodecim millia virorum
17- 1 Eligam mihi duodecim millia virorum
3 *Reg.* 4- 7 Habebat a. Salomon duodecim præfectos
-26 Habebat... et duodecim millia equestrium
7-15 Linea duodecim cubitorum ambiebat col.
-25 Stabat super duodecim boves, e quibus tres
-44 Mare unum, et boves duodecim subter mare
10-20 Duodecim leunculi stantes super sex gradus
-26 Duodecim millia equitum: et disposuit eos
11-30 Pallium suum novum... scidit in duodecim partes
16-23 Regnavit Amri super Isr. duodecim annis
18-31 Tulit duodecim lapides juxta numerum
19-19 Reperit... arantem in duodecim jugis boum In duodecim jugis boum arantibus unus erat
4 *Reg.* 3- 1 Regnavitque duodecim annis
21- 1 Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset
23- 5 Duodecim signis, et omni militiæ cœli
1 *Par.* 6-63 Dederunt sorte civitates duodecim
9-22 In ostiariis per portas, ducenti duodecim
15-10 De filiis Oziel... et fratres ejus centum duodecim
25- 9 Egressaque est sors...secunda Godoliæ
-10 Tertia Zachur,
-11 Quarta Isari,
-12 Quinta Nathaniæ,
-13 Sexta Boccian,
-14 Septima Isreela,
-15 Octava Jesaïæ,
-16 Nona Mathaniæ,
-17 Decima Semeïæ,
-18 Undecima Azareel,
-19 Duodecima Hasabiæ,
-20 Tertia decima Subaël,
-21 Quarta decima Mathathiæ,
-22 Quinta decima Jerimoth,
-23 Sexta decima Hananiæ,
-24 Septima decima Jesbacassæ,
-25 Octava decima Hanani,
-26 Nona decima Mellothi,
-27 Vigesima Eliatha,
-28 Vigesima prima Othir,
-29 Vigesima secunda Geddelthi,
-30 Vigesima tertia Mahazioth,
-31 Vigesima quarta Romemthiezer,
} Filiis et fratribus ejus duodecim
2 *Par.* 1-14 Facti sunt ei... et duodecim millia equitum
4- 4 Mare super duodecim boves impositum erat
-15 Mare unum, boves quoque duodecim sub mari
9-19 Et alios duodecim leunculos stantes
-25 Curruum equitumque duodecim millia
33- 1 Duodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset
1 *Esdr.* 2- 6 Joab, duo millia octingenti duodecim
-18 Filii Jora, centum duodecim
6-17 Hircos caprarum pro peccato totius Israël duodecim
8-24 Separavi de principibus sacerdotum duodecim

1*Esdr.* 8-35 Vitulos duodecim pro omni populo Israël
Hircos pro peccato duodecim
2*Esdr.* 5-14 Per annos duodecim, ego et fratres mei
7-24 Filii Hareph, centum duodecim
Judith. 2- 7 Equitum sagittariorum duodecim millia
Psal. 59- 2 Et percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia
Eccli. 44-26 Divisit illi partem in tribubus duodecim
49-12 Duodecim Prophetarum ossa pullulent
Jerem. 52-20 Mare unum, et vitulos duodecim æreos
-21 Funiculus duodecim cubitorum circuibat
Ezech. 43-16 Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis
47-13 Possidebitis terram in duodecim, tribubus
Dan. 4-26 Post finem mensium duodecim, in aula
14- 2 Similæ artabæ duodecim, et oves quadrag.
1 *Mac.* 1- 8 Regnavit Alexander annis duodecim
2 *Mac.* 12-43 Duodecim millia drachmas argenti misit
Matth. 9-20 Quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis
10- 1 Convocatis duodecim Discipulis suis
- 2 Duodecim autem Apostolorum nomina sunt
- 5 Hos duodecim misit Jesus; præcipiens eis
11- 1 Præcipiens duodecim Discipulis suis, transiit
14-20 Duodecim cophinos fragmentorum plenos
19-28 Sedebitis et vos super sedes duodecim Judicantes duodecim tribus Israël
20-17 Assumpsit duodecim Discipulos secreto
26-14 Tunc abiit unus de duodecim... Judas
-20 Discumbebat cum duodecim Discipulis suis
-47 Unus de duodecim venit, et cum eo turba
-53 Plus quam duodecim legiones Angelorum?
Marc. 3-14 Et fecit ut essent duodecim cum illo
4-10 Interrogaverunt eum hi qui cum eo erant duodecim
5-25 Erat in profluvio sanguinis annis duodecim
-42 Ambulabat: erat autem annorum duodecim
6- 7 Et vocavit duodecim: et cœpit eos mittere
-43 Sustulerunt reliquias... duodecim cophinos
8-19 Quot cophinos... sustulistis? Dicunt ei: Duodecim
9-34 Et residens vocavit duodecim, et ait illis
10-32 Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere
11-11 Exiit in Bethaniam cum duodecim
14-10 Judas Iscariotes, unus de duodecim, abiit
-17 Vespere autem facto, venit cum duodecim
-20 Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino
-43 Venit Judas Iscariotes, unus de duodecim
Luc. 2-42 Cum factus esset annorum duodecim
6-13 Elegit duodecim ex ipsis, quos et Apostolos
8- 1 Evangelizans regnum Dei: et duodecim cum illo
-42 Filia erat ei fere annorum duodecim
-43 Erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim
9- 1 Convocatis autem duodecim Apostolis
-12 Accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas
-17 Fragmentorum cophini duodecim
18-31 Assumpsit autem Jesus duodecim, et ait illis
22- 3 Intravit autem Satanas in Judam... unum de duodecim
14 Discubuit, et duodecim Apostoli cum eo
-30 Judicantes duodecim tribus Israël
-47 Judas, unus de duodecim, antecedebat eos
Joan. 6-13 Impleverunt duodecim cophinos
-68 Dixit ergo Jesus ad duodecim: Numquid
-71 Jesus: Nonne ego vos duodecim elegi
-72 Traditurus eum, cum esset unus ex duodecim
11- 9 Nonne duodecim sunt horæ diei?
20-24 Thomas autem unus ex duodecim
6- 2 Convocantes autem duodecim multitudinem
7- 8 Et Jacob, duodecim Patriarchas
19- 7 Erant autem omnes viri fere duodecim
24-11 Non plus sunt mihi dies, quam duodecim
26- 7 Duodecim tribus nostræ, nocte ac die deservientes
Jacob. 1- 1 Duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione
Apoc. 7- 5 Ex tribu Juda, duodecim millia signati
Ex tribu Ruben, duodecim millia signati
Ex tribu Gad, duodecim millia signati
- 6 Ex tribu Aser, duodecim millia signati
Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati
Ex tribu Manasse, duodecim millia signati.
- 7 Ex tribu Simeon, duodecim millia signati
Ex tribu Levi, duodecim millia signati
Ex tribu Issachar, duodecim millia signati
- 8 Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati
Ex tribu Joseph, duodecim millia signati
Ex tribu Benjamin, duodecim millia signati
12- 1 In capite ejus corona stellarum duodecim
21-12 Habebat murum... habentem portas duodecim: et in portis Angelos duodecim
Apoc. 21-12 Nomina duodecim tribuum filiorum Israël
-14 Murus civit. habens fundamenta duodecim
Et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni
-16 Arundine aurea per stadia duodecim millia
-21 Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt per singulas
22- 2 Lignum vitæ, afferens fructus duodecim

DUODECIMUS, A, UM.

Num. 7-78 Die duodecimo princeps filiorum Nephthali
4 *Reg.* 8-25 Anno duodecimo Joram filii Achab... regnavit Ochozias
17- 1 Anno duodecimo Achaz regis Juda
25-27 Mense duodecimo, vigesima septima die
1 *Par.* 24-12 Undecima Eliasib, duodecima Jacim
25-19 Duodecima Hasabiæ, filiis et fratribus ejus
27-15 Duodecimus, mense duodecimo, Holdai
2 *Par.* 34- 3 Duodecimo anno postquam regnare cœperat
1*Esdr.* 8-31 Duodecimo die mensis primi ut pergeremus
Judith. 1- 5 Anno igitur duodecimo regni sui
Esth. 2-12 Mensis duodecimus vertebatur
3- 7 Anno duodecimo regni Assueri, missa est sors
Exivit mensis duodecimus, qui vocatur Adar
-13 Hoc est tertio decimo mensis duodecimi
8-12 Tertia decima mensis duodecimi Adar
9- 1 Igitur duodecimi mensis, quem Adar vocari
13- 6 Quarta decima die duodecimi mensis Adar
16-20 Tertia decima die mensis duodecimi...Adar
Jerem. 52-31 Duodecimo mense, vigesima quinta mensis
Ezech. 32- 1 Et factum est, duodecimo anno, in mense duodecimo, in una mensis
-17 Factum est in duodecimo anno
33-21 Factum est in duodecimo anno
Apoc. 21-20 (*Fundamentum*) duodecimum, amethystus

DUPLEX.

Gen. 23- 9 Ut det mihi speluncam duplicem
-17 In quo erat spelunca duplex, respiciens
-19 In spelunca agri duplici, quæ respiciebat
25- 9 In spelunca duplici, quæ sita est in agro
43-12 Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum
-15 Tulerunt ergo viri munera, et pecuniam duplicem
49-29 Sepelite me... in spelunca duplici
50-13 Sepelierunt eum in spelunca duplici
Exod. 16-22 In die aut. sexta collegerunt cibos duplices
-29 Hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices
28-16 Quadrangulum erit et duplex: mensuram
39- 9 Quadrangulum, duplex, mensuræ palmi
Deut. 21-17 Dabitque ei de his quæ habuerit... duplicia
Judic. 17-10 Daboq... argenteos, ac vestem duplicem
3 *Reg.* 6-34 Utrumque ostium duplex erat
4 *Reg.* 2- 9 Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus
5-22 Da eis... et vestes mutatorias duplices
-23 Duo talenta argenti.. et duplicia vestimenta
25- 4 Quæ est inter duplicem murum ad hortum
1 *Par.* 12-33 Venerunt in auxilium, non in corde duplici
Job. 42-10 Omnia quæcumque fuerant Job, duplicia.
Prov. 31-21 Domestici ejus vestiti sunt duplicibus
Sap. 11-13 Duplex enim illos acceperat tædium
Eccli. 1-36 Ne accesseris ad illum duplici corde
2-14 Væ duplici corde, et labiis scelestis
5-11 Omnis peccator probatur in duplici lingua
7- 8 Neque alliges duplicia peccata
12- 7 Nam duplicia mala invenies in omnibus bonis
20-10 Est datum, cujus retributio duplex
26- 1 Numerus enim annorum illius duplex
42-25 Omnia duplicia, unum contra unum
50- 2 Duplex ædificatio et excelsi parietes templi
Isai. 40- 2 Suscepit de manu Domini duplicia
61- 7 Pro confusione vestra duplici et rubore In terra sua duplicia possidebunt
Jerem. 16-18 Reddam primum duplices iniquitates
17-18 Duplici contritione contere eos
Ezech. 47-13 Joseph duplicem funiculum habet
Nahum. 1- 9 Non consurget duplex tribulatio
Zach. 9-12 Hodie... annuntians duplicia reddam tibi
1 *Tim.* 5-17 Duplici honore digni habeantur
Jacob. 1- 8 Vir duplex animo, inconstans est in omnibus
4- 8 Purificate corda, duplices animo
Apoc. 18- 6 Duplicate duplicia secundum opera ejus

DUPLICITER.

Eccli. 23-13 Si dissimulaverit, delinquit dupliciter

DUPLICO.

Exod. 26- 9 Ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices
Deut. 19- 9 Trium urbium numerum duplicabis
Eccli. 42- 1 Non duplices sermonem auditus de revelatione
Ezech. 21-14 Et duplicetur gladius, ac triplicetur gladius
Apoc. 18- 6 Duplicate duplicia secundum opera ejus

DUPLUM.

Exod. 16- 5 Sit duplum quam colligere solebant
22- 4 Quod furatus est... duplum restituet
- 7 Si invenitur fur, duplum reddet
- 9 Si.. judicaverint, duplum restituet proximo
Matth. 23-15 Facitis eum filium gehennæ duplo quam vos
Apoc. 18- 6 In poculo, quo miscuit, miscete illi duplum

DURA.

Locus erat planus in regione Babylonis, ideo ad hoc delectus, ut plurimus populus convenire posset, et super omnes eminentem contemplari statuam quam fecerat Nabuchodonosor, et in campo Dura statuerat.

Dan. 3- 1 Statuit eam in campo Dura provinciæ

DURE, IUS.

Gen. 21-11 Dure accepit hoc Abraham pro filio suo
31-29 Ne loquaris contra Jacob quidquam durius
42- 7 Quasi ad alienos durius loquebatur
-30 Locutus est nobis dominus terræ dure
1 *Reg.* 20-10 Si... responderit tibi pater tuus dure de me
2 *Reg.* 19-43 Durius a. responderunt viri Juda viris Israël
Isai. 22- 3 Fugerunt simul, dureque ligati sunt
2 *Cor.* 13-10 Hæc absens scribo, ut non præsens durius agam
Tit. 1-13 Increpa illos dure, ut sani sint in fide

DURITER.

Sap. -23 Aqua maris, et flumina concurrent duriter

DURITIA.

Exod. 3- 7 Propter duritiam eorum qui præsunt operibus
Levit. 26-19 Conteram superbiam duritiæ vestræ
Deut. 9-27 Ne aspicias duritiam populi hujus
Job. 30-21 Et in duritia manus tuæ adversaris mihi
Prov. 25-15 Lingua mollis confringet duritiam
Eccli. 16-11 Qui congregati sunt in duritia cordis sui
Isai. 47- 9 Propter duritiam incantatorum tuorum
Matth. 19- 8 Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit
Marc. 10- 5 Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis
16-14 Exprobravit incredulitatem eorum et duritiam cordis
Rom. 2- 5 Secundum autem duritiam tuam, et impœnitens cor

DUROR.

Job. 38-30 In similitudinem lapidis aquæ durantur
39-16 Duratur ad filios suos quasi non sint sui

DURUS, A, UM, IOR, ISSIMUS.

Gen. 45- 5 Neque vobis durum esse videatur quod vendidistis me
49- 7 Indignatio eorum, quia dura: dividam eos
Exod. 1-14 Perducebant vitam eorum operibus duris
6- 9 Propter angustiam spiritus, et opus durissimum
32- 9 Cerno quod populus iste duræ cervicis sit
33- 3 Non enim ascendam tecum, quia populus duræ cervicis es
34- 9 Populus enim duræ cervicis est
Deut. 8-15 Qui eduxit rivos de petra durissima
9- 6 Cum durissimæ cervicis sis populus
-13 Cerno quod populus iste duræ cervicis sit
31-27 Ego e. scio... et cervicem tuam durissimam
32-13 Mel de petra, oleumque de saxo durissimo
Josue. 4- 3 Duodecim durissimos lapides, quos ponetis
9- 5 Panes... duri erant, et in frusta comminuti
Judic. 2-19 Non dimiserunt... et viam durissimam
1 *Reg.* 5- 7 Quoniam dura est manus ejus super nos
25- 3 Vir ejus durus, et pessimus, et malitiosus
2 *Reg.* 2-17 Ortum est bellum durum satis in die illa
3-39 Porro viri isti filii Sarviæ duri sunt mihi
3 *Reg.* 12- 4 Pater tuus durissimum jugum imposuit nobis
Imminue paululum de imperio patris tui durissimo
-13 Responditque rex populo dura
14- 6 Ego autem missus sum ad te durus nuntius
2 *Par.* 10- 4 Pater tuus durissimo jugo nos pressit
-13 Responditque rex dura, derelicto consilio
-16 Populus a. universus, rege duriora dicente
Esth. 14- 8 Quod durissima nos opprimunt servitute
Psal. 16- 4 Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras
59- 5 Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino
Prov. 15- 1 Frangit iram: sermo durus suscitat furorem
28-14 Qui vero mentis est duræ, corruet in malum

Prov. 29- 1 Qui corripientem dura cervice contemnit
Cant. 8- 6 Dura sicut infernus æmulatio
Sap. 5-21 Acuet autem duram iram in lanceam
6- 6 Judicium durissimum his qui præsunt, fiet
11- 4 Data est illis... et requies sitis de lapide duro
-11 Illos autem tanquam durus rex interrogans
12- 9 Bestiis sævis, aut verbo duro simul exterminare
18-15 Durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit
Eccli. 3-27 Cor durum habebit male in novissimo
19- 7 Ne iteres verbum nequam et durum
30- 8 Equus indomitus evadit durus, et filius remissus evadet præceps
31-31 Ignis probat ferrum durum : sic vinum...
33-27 Jugum et lorum curvant collum durum
47-23 Ex Ephraïm imperare imperium durum
Isai. 14- 3 A servitute dura, qua ante servisti
21- 2 Visio dura nuntiata est mihi
27- 1 Visitabit Dominus in gladio suo duro
- 8 Meditatus est in spiritu suo duro per diem
46-12 Audite me duro corde, qui longe estis a justitia
48- 4 Scivi enim quia durus es tu
50- 7 Posui faciem meam ut petram durissimam
Jerem. 30-14 Dura facta sunt peccata tua
-15 Propter dura peccata tua feci hæc tibi
Baruc. 2-30 Populus est enim dura cervice
-33 Et avertent se a dorso suo duro
Ezech. 2- 4 Et filii dura facie, et indomabili corde sunt
3- 7 Domus Israël attrita fronte est, et duro corde
- 8 Frontem tuam duriorem frontibus eorum
2 *Mac.* 6-30 Duros corporis sustineo dolores
Matth. 25-24 Scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti
Joan. 6-61 Dixerunt : Durus est hic sermo, et quis potest eum audire ?
Act. 7-51 Dura cervice, et incircumcisis cordibus
9- 5 Durum est tibi contra stimulum calcitrare
26-14 Durum est tibi contra stimulum calcitrare
Judæ. -15 De omnibus duris quæ locuti sunt

DUX.

Gen. 17-20 Duodecim duces generabit, et faciam... in gentem
26-26 Amicus illius, et Phicol dux militum
36-15 Hi duces filiorum Esaü
Dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez
-16 Dux Core, dux Gatham, dux Amalech
-17 Dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza ; hi autem duces Rahuël in terra Edom
-18 Dux Jehus, dux Ihelon, dux Core ; hi duces Oolibama
-19 Isti sunt filii Esaü, et hi duces eorum : ipse est Edom
-21 Hi duces Horræi, filii Seïr, in terra Edom
-29 Hi duces Horræorum : dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana
-30 Dux Dison, dux Eser, dux Disan : isti duces Horræorum qui imperaverunt in terra Seïr
-40 Dux Thamna, dux Alva, dux Jetheth
-41 Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon
-42 Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar
-43 Dux Magdiel, dux Hiram ; hi duces Edom habitantes
41-12 Hebræus, ejusdem ducis militum famulus
49-10 Et dux de femore ejus, donec veniat
Exod. 13-21 Ut dux esset itineris utroque tempore
14- 7 Quidquid in Ægypto curruum fuit, et duces totius exercitus
15-13 Dux fuisti in misericordia tua populo
Num. 7- 3 Unum plaustrum obtulere duo duces
-10 Obtulerunt duces in dedicationem altaris
-11 Singuli duces per singulos dies offerant
-18 Nathanaël filius Suar, dux de tribu Issachar
10-24 In tribu Benjamin erat dux Abidan
14- 4 Constituamus nobis ducem, et revertamur
21-18 Paraverunt duces multitudinis in datore legis
24-17 Percutiet duces Moab, vastabitq. o. filios Seth
25-14 Zambri.. dux de cognatione et tribu Simeon
-18 Cozbi filiam ducis Madian sororem suam
34-26 De tribu Issachar, dux Phaltiel filius Ozan
Deut. 20- 5 Duces quoque per singulas turmas
- 9 Cumque siluerint duces exercitus
32-12 Dominus solus dux ejus fuit
Josue. 8-33 Ducesque ac judices stabant ex utraque parte
13-21 Duces Sehon habitatores terræ
21- 1 Et ad duces cognationum per singulas tribus
23- 2 Vocavit... principes ac duces, et magistros
Judic. 1- 1 Quis..contra Chananæum, et erit dux belli ?
4- 2 Habuitque ducem exercitus sui nomine Sisaram
5-15 Duces Issachar fuere cum Debbora, et Barac
9-49 Ramos... præcidentes, sequebantur ducem
10- 1 Post Abimelech surrexit dux in Israël Thola
-18 Qui... cœperit dimicare, erit dux populi Galaad
11- 8 Sisque dux omnium qui habitant in Galaad
20-18 Respondit Dominus : Judas sit dux vester
1 *Reg.* 9-16 Unges eum ducem super populum meum Isr.
25-30 Constituerit te ducem super Israël
2 *Reg.* 5- 2 Pasces populum... et tu eris dux super Isr.
6-21 Et præcepit mihi ut essem dux super populum Domini
7- 8 Ut esses dux super populum meum Israël
19- 6 Ostendisti hodie, quia non curas de ducibus
3 *Reg.* 1-35 Illique præcipiam ut sit dux super Israël
8- 1 Et duces familiarum filiorum Israël
9-22 Ministri ejus, et principes, et duces
10-15 Omnes reges Arabiæ, ducesque terræ
11-34 Ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ
14- 7 Dedi te ducem super populum meum Israël
-27 Tradidit ea in manum ducum scutariorum
16- 2 Posui te ducem super populum meum Israël
- 9 Zambri, dux mediæ partis equitum
4 *Reg.* 7- 2 Respondens unus de ducibus, super cujus manum
-17 Rex ducem illum... constituit ad portam
-19 Quando responderat dux ille viro Dei
9-25 Dixitque Jehu ad Badacer ducem : Tolle
10-25 Præcepit Jehu militibus et ducibus suis Percusseruntq. eos... et projecerunt milites et duces
15-25 Conjuravit... Phacee filius Romeliæ, dux ej.
20- 5 Revertere, et dic Ezechiæ duci populi mei
25-23 Quod cum audissent omnes duces militum
1 *Par.* 1-51 Duces pro regibus in Edom esse cœperunt Adad a. mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt : dux Thamna, dux Alva, dux Jetheth
-52 Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon
-53 Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar
-54 Dux Magdiel, dux Hiram : hi duces Edom
5-24 Potentes, et nominati duces in familiis suis
7-40 Electi atque fortissimi duces ducum
9-20 Phinees... erat dux eorum coram Domino
11- 6 Qui percusserit Jebusæum... erit princeps et dux
17- 7 Tuli te... ut esses dux populi mei Israël
19-16 Sophach a. princeps militiæ Adarezer erat dux eorum
26-26 Tribuni, et centuriones, et duces exercitus
27- 5 Dux quoque turmæ tertiæ in mense tertio
-16 Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri
Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha
28- 1 Convocavit igitur David... duces tribuum,
2 *Par.* 1- 2 Præcepitq. Salomon..et ducibus et judicibus
6- 5 Ut esset dux in populo meo Israël
8- 9 Duces primi, et principes quadrigarum
11-22 Abiam filium Maacha, ducem super omnes
13-12 Ergo in exercitu nostro dux Deus est
17-14 In Juda principes exercitus, Ednas dux
18-30 Rex a. Syriæ præceperat ducibus equitatus
-32 Cum enim vidissent duces equitatus
19-11 Filius Ismahel, qui est dux in domo Juda
21- 9 Percussit Edom... et omnes duces equitatus
26-11 Sub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis
28- 7 Ezricam ducem domus ejus, Elcanam quoq.
33- 8 Duces quoque ejus, sponte... obtulerunt
1 *Esdr.* 5- 3 Thathanaï, qui erat dux trans flumen
- 6 Misit Thathanaï dux regionis, quæ est trans flumen
6- 6 Thathanaï, dux regionis quæ est trans flumen
- 7 Dimittite fieri templum... a duce Judæorum
-13 Thathanaï, dux regionis trans flumen
8-29 Et ducibus familiarum Israël in Jerusalem
-36 Dederunt a. edicta.. et ducibus trans flumen
2 *Esdr.* 2- 7 Epistolas det mihi ad duces regionis
- 9 Et veni ad duces regionis trans flumen
3- 7 Pro duce qui erat in regione trans flumen
5-14 Præcep. rex mihi ut essem dux in terra Juda Annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus
-15 Duces autem primi, qui fuerant ante me
12-26 Et in diebus Nehemiæ ducis, et Esdræ
Judith. 2- 2 Vocavitque omnes majores natu, omnesque duces,
- 7 Tunc Holophernes vocavit duces
5- 2 Omnes principes Moab et duces Ammon
- 5 Tunc Achior, dux omnium filiorum Ammon
14- 4 Cumq. duces eorum cucurrerint ad tabern.
-11 Sed cum venissent ejus duces ac tribuni
Esth. 1-14 Septem duces Persarum atque Medorum
9- 3 Provinciarum judices, et duces, et procurat.
Esth. 13- 1 Et ducibus qui ejus imperio subjecti sunt
16- 1 Provinciarum ducibus ac principibus
Job. 29-10 Vocem suam cohibebant duces
34-18 Qui dicit regi, apostata ; qui vocat duces impios
39-25 Odoratur bellum, exhortationem ducum
Psal. 54-14 Tu vero homo unanimis, dux meus
67-28 Principes Juda, duces eorum
79-10 Dux itineris fuisti in conspectu ejus
103-17 Herodii domus dux est eorum
Prov. 2-17 Et relinquit ducem pubertatis suæ
6- 7 Quæ cum non habeat ducem, nec præcept.
28- 2 Vita ducis longior erit
-16 Dux indigens prudentia, multos opprimet
Sap. 7-15 Quoniam ipse sapientiæ dux est
18- 3 Ardentem columnam ducem habuerunt
Eccli. 10-17 Sedes ducum superborum destruxit Deus
46-21 Contrivit... et omnes duces Philisthiim
Isai. 13- 2 Levate manum, et ingrediantur portas duces
32- 8 Cogitabit, et ipse super duces stabit
55- 4 Dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus
Jerem. 3- 4 Pater meus, dux virginitatis meæ tu es
29-26 Ut sis dux in domo Domini super omnem
30-21 Et erit dux ejus ex eo : et princeps de medio
51-23 Et collidam in te duces et magistratus
-28 Gentes, reges Mediæ, duces ejus
-57 Inebriabo principes... et duces ejus
Ezech. 12-10 Hæc dicit D. Deus : Super ducem onus istud
-12 Et dux, qui est in medio eorum
21-12 Hic in cunctis ducibus Israël qui fugerant
-25 Tu autem profane, impie dux Israël
23-12 Ducibus et magistratibus ad se venientibus, indutis veste varia
-15 Formam ducum omnium, similitudinem...
-23 Duces et magistratus universos, principes
30-13 Et dux de terra Ægypti non erit amplius
32-29 Idumæa, et reges ejus, et omnes duces ejus
Dan. 3- 2 Misit ad congregandos satrapas... duces
- 3 Tunc congregati sunt... duces, et tyranni
-38 Et non est in tempore hoc princeps, et dux
9-25 Usque ad Christum ducem, hebdomades septem
-26 Et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo
11-22 Et conterentur : insuper et dux fœderis
Mich. 3- 1 Et dixi : Audite, principes Jacob, et duces
7- 5 Et nolite confidere in duce
Aggæi. 1- 1 Ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Juda
-14 Et suscitavit Dominus spiritum Zorobabel.. ducis Juda
2- 3 Loquere ad... filium Salathiel ducem Juda
-22 Loquere ad Zorobabel ducem Juda, dicens
Zach. 9- 7 Et erit quasi dux in Juda, et Accaron quasi Jebusæus
12- 5 Et dicent duces Juda in corde suo
- 6 Ponam duces Juda sicut caminum ignis in lignis
Malac. 1- 8 Offer illud duci tuo, si placuerit ei
1 *Mac.* 2-55 Dum implevit verbum, factus est dux in Israël
3-55 Et post hæc constituit Judas duces populi
4- 2 Et filii qui erant ex arce, erant illis duces
5- 6 Invenit... et Timotheum ducem ipsorum
-11 Et Timotheus est dux exercitus eorum
-18 Reliquit Josephum... et Azariam, duces populi
6-57 Festinavit ire, et dicere ad regem, et duces exercitus
7- 5 Alcimus dux eorum, qui volebat fieri sacerdos
8-10 Miserunt ad eos ducem unum, et pugnaverunt
9-30 Elegimus... et ducem ad bellandum bellum
-35 Jonathas misit fratrem suum ducem populi
10-65 Posuit eum ducem, et participem principatus
-69 Constituit Demetrius rex Apollonium ducem
11-59 Et Simonem fratrem ejus constituit ducem
13- 8 Tu es dux noster loco Judæ et Jonathæ
-42 Sub Simone... magno duce, et principe Judæorum
-54 Posuit eum ducem virtutum universarum
14-35 Posuerunt eum ducem suum, et principem
-41 Quia Judæi...consenserunt eum esse ducem
-42 Et ut sit super eos dux, et ut cura esset illi
-47 Placuit ei ut... esset dux et princeps gentis
15-38 Constituit rex Cendebæum ducem maritimum
16-11 Constitutus erat dux in campo Jericho
2 *Mac.* 1-13 Nam cum in Perside esset dux ipse
-16 Mittentes lapides percusserunt ducem
3- 5 Qui eo tempore erat dux Cœlesyriæ, te Phœnicis

2 *Mac.* 4- 4 Apollonium insanire, utpote ducem Cœlesyriæ
-40 Manibus uti cœpit, duce quodam tyranno
8- 8 Ad Ptolemæum ducem Cœlesyriæ et Phœnicis scripsit
-22 Constituit itaque fratres suos duces utrique ordini
-23 In prima acie ipse dux commisit cum Nicanore
10-14 Gorgias autem, cum esset dux locorum
-28 Illi autem ducem belli animum habebant
2 *Mac.* 12-19 Qui erant duces cum Machabæo, peremerunt
-36 Invocavit Judas Dom... et ducem belli fieri
13-24 Fecit eum... usque ad Gerrenos ducem
14- 2 Adversus Antiochum, et ducem ejus Lysiam
-12 Elephantorum ducem misit in Judæam
-16 Imperante a. duce, statim inde moverunt
-20 Cum... ipse dux ad multitudinem retulisset
Matth. 2- 6 Ex te enim exiet dux, qui regat populum
15-14 Cæci sunt, et duces cæcorum
23-16 Væ vobis, duces cæci, qui dicitis
-24 Duces cæci, excolantes culicem
Act. 1-16 Qui fuit dux eorum qui comprehenderunt
14-11 Quoniam ipse erat dux verbi
Rom. 2-19 Confidis te ipsum esse ducem cæcorum
1 *Petr.* 2-14 (*Subjecti igitur estote*) sive ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam

DYSCOLI.

1 *Petr.* 2-18 Servi, subditi estote... etiam dyscolis

DYSENTERIA.

Act. 28- 8 Contigit... et dysenteria vexatum jacere.

E

EBR

E

Gen. 2- 6 Sed fons ascendebat e terra, irrigans
16-12 E regione univ. fratrum s. figet tabernacula
Et deinceps consulto omittitur.

EBAL I.

Filius octavus Jectan, qui et ipse erat primogenitus Heber. Ebal cum suis fratribus habitavit de Messa, quæ est urbs ad basim sita montis Massii in Mesopotamia, usque Sephar montem Orientalem in Media situm.

Gen. 10-28 Et Ebal, et Abimaël, Saba

EBAL II.

Filius tertius Sobal, filii Seir Horræi, qui incoluit regionem versus Meridiem terræ Chanaan.

Gen. 36-23 Et isti filii Sobal : Alvan... et Ebal
1 *Par.* 1-40 Filii Sobal : Alian... et Ebal, Sephi

EBIBO.

Job. 6- 4 Quarum indignatio ebibit spiritum meum,

EBRIETAS.

Judith. 13- 4 Jacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus
-19 In quo recumbebat in ebrietate sua
Prov. 20- 1 Luxuriosa res, vinum, et tumultuosa ebrietas
31- 4 Nullum secretum est ubi regnat ebrietas
Eccli. 31-31 Sic vinum... arguet in ebrietate potatum
-35 Creatum est, et non in ebrietatem, ab initio
-40 Ebrietatis animositas, imprudentis offensio
Isai. 5-11 Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem
-22 Et viri fortes ad miscendam ebrietatem
28- 7 Nescierunt, et præ ebrietate erraverunt
Sacerd. et propheta nescierunt præ ebrietate
Absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate
29- 9 Moveamini, et non ab ebrietate
56-12 Sumamus vinum, et impleamur ebrietate
Jerem. 13-13 Implebo... et omnes habitatores Jerusalem ebrietate
Ezech. 23-33 Ebrietate, et dolore repleberis
39-19 Et bibetis sanguinem in ebrietatem
Osee. 4-11 Et vinum, et ebrietas auferunt cor.
Mich. 2-11 Stillabo tibi in vinum et in ebrietatem
Luc. 21-34 Ne forte graventur corda vestra in crapula, et ebrietate,
Rom. 13-13 Non in comessationibus, et ebrietatibus
Galat. 5-21 Homicidia, ebrietates, comessationes, et his similia

EBRIOSUS, A, UM.

Eccli. 19- 1 Operarius ebriosus non locupletabitur
26-11 Mulier ebriosa, ira magna
Matth. 24-49 Manducet autem et bibat cum ebriosis
1 *Cor.* 5-11 Si is... est... aut maledicus, aut ebriosus
6-10 Neque ebriosi... regnum Dei possidebunt

EBRIUS, A, UM.

Deut. 29-19 Et absumat ebria sitientem
1 *Reg.* 1-14 Dixitque ei : Usquequo ebria eris ?
25-36 Cor Nabal jucundum; erat enim ebrius nimis
Job. 12-25 Et errare eos faciet quasi ebrios
Psal. 106-27 Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius
Isai. 19-14 Et errare fecerunt... sicut errat ebrius

ECC

Isai. 24-20 Agitatione agitabitur terra sicut ebrius
28- 1 Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraïm
- 3 Conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraïm
51-21 Audi hoc, paupercula, et ebria non a vino
Jerem. 23- 9 Factus sum quasi vir ebrius, et... madidus a vino
Joel. 1- 5 Expergiscimini ebrii, et flete, et ululate
Act. 2-15 Hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia
1 *Cor.* 11-21 Et alius quidem esurit, alius aut. ebrius est
1 *Thes.* 5- 7 Et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt
Apoc. 17- 6 Vidi mulierem ebriam de sang. sanctorum

EBULLIO.

Exod. 8- 3 Et ebulliet fluvius ranas
1 *Reg.* 5- 6 Et ebullierunt villæ et agri in medio regionis
Prov. 15- 2 Os fatuorum ebullit stultitiam
2 *Mac.* 1-12 Ipse enim ebullire fecit de Perside eos

EBUR.

3 *Reg.* 10-18 Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem
2 *Par.* 9-21 Deferebant inde... et ebur, et simias, et pavos
Thren. 4- 7 Nazaræi... rubicundiores ebore antiquo
Ezech. 27- 6 Transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico,
Apoc. 18-12 Et omnia vasa eboris, et.. de lapide pretioso

EBURNEUS, A, UM.

3 *Reg.* 22-39 Et domus eburnea quam ædificavit
2 *Par.* 9-17 Fecit quoque rex solium eburneum grande
Esth. 1- 6 Qui eburneis circulis inserti erant
Psal. 44- 9 Myrrha, et gutta... a domibus eburneis
Cant. 5-14 Venter ejus eburneus, distinctus sapphiris
7- 4 Collum tuum sicut turris eburnea
Ezech. 27-15 Dentes eburneos et hebeninos commutaverunt
Amos. 3-15 Peribunt domus eburneæ, et dissipabuntur
6- 4 Qui dormitis in lectis eburneis, et lascivitis

ECBATANA *et* ECBATANIS.

In variis sacræ Scripturæ locis, nunc castrum, nunc oppidum, nunc mons, et tandem civitas Ecbatana vocatur. Procul dubio civitas fuit totius Mediæ caput, et quæ olim alias omnes urbes regionum circumvicinarum opibus et operum magnificentia longe superavit.

1 *Esdr.* 6- 2 Inventum est in Ecbatanis... volumen unum
Tobiæ. 5- 8 Quæ posita est in monte Ecbatanis
Judith. 1- 1 Ædificavit civitatem... quam appellavit Ecbatanis
2 *Mac.* 9- 3 Et cum venisset circa Ecbatanam,

ECCE.

Gen. 1-29 Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen
3-22 Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est
4-14 Ecce ejicis me hodie a facie terræ
6-17 Ecce ego adducam aquas diluvii sup. terram
9- 9 Ecce ego statuam pactum meum vobiscum
11- 6 Ecce unus est populus, et unum labium om.
12-19 Eunc igitur ecce conjux tua, accipe eam
13- 9 Ecce universa terra coram te est
14-13 Et ecce unus qui evaserat, nuntiavit Abram
15- 3 Et ecce vernaculus meus, hæres meus erit

ECC

Gen. 16- 2 Ecce, conclusit me Dominus, ne parerem
- 6 Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est
-11 Ecce, ait, concepisti, et paries filium
17-20 Ecce, benedicam ei, et augebo et multiplicabo eum
18- 9 Ille respondit : Ecce in tabernaculo est
19-10 Et ecce miserunt manum viri
-21 Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas
-34 Ecce dormivi heri cum patre meo
20-16 Ecce mille argenteos dedi fratri tuo.
22- 7 Quid vis, fili ? Ecce, inquit, ignis et ligna
-11 Et ecce Angelus Domini de cœlo clamavit
24-13 Ecce ego sto prope fontem aquæ
-15 Ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuël
-43 Ecce sto juxta fontem aquæ
25-24 Et ecce gemini in utero ejus reperti sunt
26-32 Ecce autem venerunt in ipso die servi Isaac
27-27 Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni
-42 Ecce Esaü frater tuus minatur ut occidat te
29- 6 Et ecce Rachel filia ejus venit cum grege suo
- 9 Ecce Rachel veniebat cum ovibus patris sui
32- 6 Et ecce properat tibi in occursum
-24 Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane
34- 7 Ecce filii ejus veniebant de agro
-25 Et ecce, die tertio, quando gravissimus vulnerum dolor est
37-19 Mutuo loquebantur : Ecce somniator venit
38-24 Ecce autem post tres menses nuntiaverunt Judæ
39- 8 Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis
41-19 Ecce, has sequebantur aliæ septem boves
-29 Ecce septem anni venient fertilitatis magnæ
-41 Ecce, constitui te super universam terram
46- 2 Jacob ! Jacob ! Cui respondit : Ecce adsum
47- 1 Et ecce consistunt in terra Gessen
48- 2 Ecce filius tuus Joseph venit ad te
Exod. 1- 9 Ecce populus filiorum Israël multus
2- 5 Ecce autem descendebat filia Pharaonis
3-13 Ecce ego vadam ad filios Israël, et dicam eis
4-14 Ecce ipse egreditur in occursum tuum
-23 Ecce ego interficiam filium tuum primogenitum
6-12 Ecce filii Israël non audiunt me
7- 1 Ecce constitui te Deum Pharaonis
-15 Vade ad eum mane, ecce egredietur ad aquas
-17 Ecce percutiam virga, quæ in manu mea est
8- 2 Ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis
-21 Ecce ego immittam in te, et in servos tuos
9- 3 Ecce manus mea erit super agros tuos
10- 4 Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos
14-24 Et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum
16- 4 Ecce ego pluam vobis panes de cœlo
-10 Et ecce gloria Domini apparuit in nube
19-16 Et ecce cœperunt audiri tonitrua
23-20 Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te
31- 2 Ecce, vocavi ex nomine Beseleel filium Uri
33-21 Ecce, inquit, est locus apud me, et stabis supra petram
35-30 Ecce, vocavit Dominus ex nomine Beseleel

Levit. 9-24 Ecce egressus ignis a Domino, devoravit
13-25 Considerabit eam sacerdos, et ecce versa est in alborem
24-10 Ecce a. gressus filius mulieris Israëlitidis
Num. 9- 6 Ecce autem quidam immundi super anima hominis
11-33 Ecce furor Domini concitatus in populum
12-10 Ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix
-12 Ecce jam medium carnis ejus devoratum est
14-40 Ecce mane primo surgentes ascenderunt
16- 1 Ecce autem Core filius Isaar, filii Caath
17-12 Ecce consumpti sumus, omnes perivimus
18- 8 Ecce dedi tibi custodiam primitiarum.
20-16 Ecce in urbe Cades, quæ est in extremis finibus
22- 5 Ecce egressus est populus ex Ægypto
-11 Ecce populus qui egressus est de Ægypto
-28 Quid feci tibi? cur percutis me? ecce jam tertio?
-38 Cui ille respondit: Ecce adsum; numquid loqui potero
23-24 Ecce populus ut leæna consurget
25- 6 Et ecce unus de filiis Israël intravit
-12 Ecce do eis pacem fœderis mei
32-14 Ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus
Deut. 2-24 Ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon
-31 Ecce cœpi tibi tradere Sehon, et terram ejus
4-22 Ecce morior in hac humo, non transibo Jordanem
5-24 Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster
8-19 Ecce nunc prædico tibi quod omnino dispereas
10-22 Ecce nunc multiplicavit te Dominus Deus
22-17 Et ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ
31-14 Ecce prope sunt dies mortis tuæ
-16 Ecce tu dormies cum patribus tuis
Josue. 1- 9 Ecce præcipio tibi, confortare, et esto robustus
2- 2 Ecce viri ingressi sunt huc per noctem
- 8 Et ecce mulier ascendit ad eos, et ait
3-11 Ecce, arca fœderis Domini... antecedet vos
6- 2 Ecce dedi in manu tua Jericho, et regem ejus
8- 1 Ecce tradidi in manu tua regem ejus, et pop.
22-28 Ecce altare Domini quod fecerunt patres
Judic. 1- 2 Ecce tradidi terram in manus ejus
4-22 Et ecce Barac sequens Sisaram veniebat
6-15 Ecce familia mea infima est in Manasse
9-31 Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam
-36 Ecce de montibus multitudo descendit
-37 Ecce populus de umbilico terræ descendit
-53 Et ecce una mulier fragmen molæ desuper jaciens
12- 1 Ecce autem in Ephraïm orta est seditio
13- 7 Ecce concipies et paries filium
-10 Ecce apparuit mihi vir, quem ante videram
14- 8 Ecce examen apum in ore leonis erat
16-10 Ecce illusisti mihi, et falsum locutus es
17- 2 Ecce ego habeo, et apud me sunt
19-16 Et ecce, apparuit homo senex, revertens de agro
-27 Et ecce concubina ejus jacebat ante ostium
20- 5 Et ecce homines civitatis illius circumdederunt
21- 8 Ecce inventi sunt habitatores Jabes Galaad
-19 Ecce solemnitas Domini est in Silo anniversaria
Ruth. 2- 4 Et ecce, ipse veniebat de Bethlehem
3- 8 Et ecce, nocte jam media expavit homo
-17 Et ait: Ecce sex modios hordei dedit mihi
1 *Reg.* 2-31 Ecce dies veniunt, et præcidam brachium tuum
3- 4 Qui respondens, ait: Ecce ego
- 5 Cucurrit ad Heli, et dixit: Ecce ego: vocasti enim me
- 6 Abiit ad Heli, et dixit: Ecce ego: quia vocasti me
- 9 Et ait: Ecce ego: quia vocasti me
-11 Ecce ego facio verbum in Israël
5- 3 Ecce Dagon jacebat pronus in terra ante arcam Domini
8- 5 Ecce tu senuisti, et filii tui non ambulant in viis tuis
9- 6 Ecce vir Dei est in civitate hac
- 7 Ecce ibimus: quid feremus ad virum Dei?
- 8 Ecce inventa est in manu mea quarta pars stateris
-12 Hic est: ecce ante te, festina nunc
-17 Dominus dixit ei: Ecce vir quem dixeram
-24 Ecce quod remansit, pone ante te, et comede
10- 1 Deosculatus est eum, et ait: Ecce, unxit te Dominus
-10 Et ecce cuneus prophetarum obvius ei,
-22 Responditque Dominus: Ecce absconditus est domi
1 *Reg.* 11- 5 Ecce Saül veniebat, sequens boves de agro
12- 1 Dixit autem Samuël... Ecce audivi vocem vestram
- 2 Usque ad hanc diem, ecce præsto sum
-13 Ecce dedit vobis Dominus regem
13-10 Ecce Samuël veniebat: et egressus est Saül
14- 8 Ait Jonathas: Ecce nos transimus ad viros istos
-16 Et ecce multitudo prostrata, et huc illucque diffugiens
-20 Et ecce versus fuerat gladius uniuscujusque
-43 Gustans gustavi... et ecce ego morior
16-15 Ecce spiritus Dei malus exagitat te
-18 Ecce vidi filium Isaï Bethlehemitem
18-17 Ecce filia mea major Merob, ipsam dabo tibi
-22 Ecce places regi, et omnes servi ejus diligunt te
19-19 Ecce David in Najoth in Ramatha
-22 Dictumque est ei: Ecce in Najoth sunt in Ramatha
20- 5 Dixit a. David... Ecce calendæ sunt crastino
-22 Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas
Ecce sagittæ ultra te sunt: vade in pace
-37 Et ait: Ecce ibi est sagitta porro ultra te
21- 9 Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti
23- 1 Ecce Philisthiim oppugnant Ceïlam, et diripiunt areas
- 3 Ecce nos hic in Judæa consistentes timemus
-19 Dicentes: Nonne ecce David latitat apud nos
24- 2 Nuntiaverunt ei, dicentes: Ecce, David in deserto est Engaddi
- 5 Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te
-11 Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus
25-14 Ecce David misit nuntios de deserto
-19 Præcedite me: ecce ego post tergum sequar
-36 Et ecce erat ei convivium in domo ejus
-41 Et ait: Ecce famula tua sit in ancillam
26- 1 Ecce, David absconditus est in colle Hachila
-22 Ecce hasta regis; transeat unus de pueris regis, et tollat eam
28- 9 Ecce, tu nosti quanta fecerit Saül
-21 Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ
30-16 Ecce illi discumbebant super faciem.. terræ
2 *Reg.* 3-24 Ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum
4- 8 Ecce caput Isboseth filii Saül inimici tui:
5- 1 Ecce nos, os tuum et caro tua sumus.
7- 4 Et ecce sermo Domini ad Nathan, dicens
9- 4 Ecce, ait, in domo est Machir filii Ammiel
12-11 Ecce, ego suscitabo super te malum de domo tua
-18 Ecce cum parvulus adhuc viveret, loquebamur ad eum
13-24 Ait ad eum: Ecce tondentur oves servi tui
-34 Et ecce populus multus veniebat per iter devium
-35 Dixit autem Jonadab ad regem: Ecce filii regis adsunt
14- 7 Et ecce consurgens universa cognatio..dicit
-21 Ecce placatus feci verbum tuum: vade ergo
15-28 Ecce ego abscondar in campestribus deserti
-32 Ecce occurrit ei Chusaï Arachites, scissa veste
16- 5 Et ecce egrediebatur inde vir de cognatione
- 8 Et ecce premunt te mala tua
-11 Ecce filius meus, qui egressus est de utero
20-11 Ecce qui esse voluit pro Joab comes David
-21 Ecce caput ejus mittetur ad te per murum
3 *Reg.* 1-18 Et ecce nunc Adonias regnat, te... ignorante
-51 Ecce Adonias timens regem Salomonem
3-12 Ecce feci tibi secundum sermones tuos
11-41 Ecce universa scripta sunt in Libro verborum
12-28 Ecce dii tui, Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti
13- 1 Ecce vir Dei venit de Juda in sermone Do.
- 2 Dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David
- 3 Ecce altare scindetur, et effundetur cinis
-25 Et ecce, viri transeuntes viderunt cadaver
14- 5 Ecce uxor Jeroboam ingreditur ut consulat
-10 Idcirco ecce ego inducam mala super domum
-19 Ecce scripta sunt in Libro..verborum Israël
-29 Ecce scripta sunt in Libro... regum Juda
16- 3 Ecce, ego demetam posteriora Baasa
18-44 Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis
-45 Ecce cœli contenebrati sunt, et nubes, et ventus
19- 5 Et ecce Angelus Domini tetigit eum, et dixit illi
- 6 Et ecce ad caput suum subcinericius panis
- 9 Et ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi
3 *Reg.* 19-13 Et ecce vox ad eum dicens: Quid hic agis, Elia?
20-13 Et ecce propheta unus accedens ad Achab
Ecce, ego tradam eam in manu tua hodie
-31 Ecce, audivimus quod reges domus Israel clementes sint
-36 Ecce recedes a me, et percutiet te leo
21-18 Ecce ad vineam Naboth descendit, ut possideat eam
-21 Ecce ego inducam super te malum
22-13 Ecce sermones Prophetarum ore uno
-23 Ecce dedit Dominus spiritum mendacii
4 *Reg.* 1-14 Ecce descendit ignis de cœlo
2-11 Ecce currus igneus, et equi ignei
-16 Ecce, cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes
-19 Ecce habitatio civitatis hujus optima est
3-20 Et ecce, aquæ veniebant per viam Edom
4- 1 Et ecce creditor venit ut tollat duos filios
-13 Ecce, sedule in omnibus ministrasti nobis
-25 Ait ad Giezi puerum suum: Ecce Sunamitis
-32 Et ecce puer mortuus jacebat in lectulo
6- 1 Ecce locus, in quo habitamus coram te
-13 Annuntiaveruntque ei, dicentes: Ecce in Dothan
-17 Et ecce mons plenus equorum, et curruum
-32 Ecce enim sonitus pedum domini ejus
-33 Ecce, tantum malum a Domino est
7- 6 Ecce mercede conduxit adversum nos
-15 Ecce autem omnis via plena erat vestibus
9- 5 Ecce autem principes exercitus sedebant
10- 4 Ecce duo reges non potuerunt stare
17-26 Et ecce interficiunt eos
19- 7 Ecce, ego immittam ei spiritum
- 9 Ecce, egressus est ut pugnet adversum te
20- 5 Et ecce sanavi te, die tertio ascendes
-17 Ecce dies venient, et auferentur omnia
21-12 Ecce ego inducam mala super Jerusalem
22-16 Ecce, ego adducam mala super locum istum
1 *Par.* 17- 1 Ecce ego habito in domo cedrina
22-14 Ecce ego in paupertate mea præparavi
28-21 Ecce divisiones sacerdotum et Levitarum
2 *Par.* 1- 7 Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus
13-15 Et ecce illis clamantibus, perterruit Deus
18-22 Ecce Dominus dedit spiritum mendacii
20- 2 Et ecce consistunt in Asasonthamar
-10 Nunc igitur ecce filii Ammon, et Moab
21-14 Ecce Dominus percutiet te plaga magna
23- 3 Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est...
25-18 Ecce bestiæ, quæ erant in sylva Libani
28- 9 Ecce iratus Dominus Deus patrum
29-19 Ecce exposita sunt omnia coram altare Dom.
34-16 Omnia quæ dedisti... ecce complentur
-24 Ecce ego inducam mala super locum
35-25 Ecce scriptum fertur in lamentationibus
1*Esdr.* 4- 2 Ecce nos immolavimus victimas
9-15 Ecce coram te sumus in delicto nostro
2*Esdr.* 5- 5 Ecce nos subjugamus filios nostros
9-36 Ecce nos ipsi hodie servi sumus, et terra
Tobiæ. 6- 2 Et ecce piscis immanis exivit ad devorandum
11- 6 Dicens: Ecce venit filius tuus
-17 Et ecce ego video Tobiam filium meum
Judith. 6- 6 Ecce ex hac hora illorum populo sociaberis
13-19 Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum, et ecce conopeum illius
-28 Quia ita est, ecce caput Holofernis
14-16 Ecce enim Holofernes jacet in terra
Esth. 11- 6 Et ecce duo dracones magni, paratique
Job. 1-12 Ecce, universa quæ habet, in manu tua sunt
-18 Et ecce alius intravit, et dixit
2- 6 Ecce in manu tua est, verumtamen animam illius serva
4- 3 Ecce docuisti multos, et manus lassas roborasti
-18 Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles
5-27 Ecce, hoc, ut investigavimus, ita est
6-13 Ecce, non est auxilium mihi in me
7-21 Ecce, nunc in pulvere dormiam
13- 1 Ecce omnia hæc vidit oculus meus
15-15 Ecce inter sanctos ejus nemo immutabilis
1 *Par.* 24- 8 Tertia Harim, quarta Seorim
1*Esdr.* 2-32 Filii Harim, trecenti viginti
-39 Filii Harim, mille decem et septem
10-21 Et de filiis Harim, Maasia, et Elia, et Semeïa

HARIPH. *Pater Bethgader.*

1 *Par.* 2-51 Salma pater Bethlehem, Hariph pater Bethgader

HARMA.

Octava inter urbes tredecim primæ partis tribus Simeonis. Forsitan est eadem quæ dicitur Horma in deserto ; ubi Amalecites et Chananæus percussere Israelitas pugnantes contra Dei voluntatem.

Josue. 15-30 Eltholad, et Cesil, et Harma
19- 4 Et Eltholad, Bethul, et Harma

HARNAPHER. *Filius Supha, in tribu Aser.*

1 *Par.* 7-36 Filii Supha : Suë, Harnapher, et Sual

HARODI. *Locus ignotus.*

2 *Reg.* 23-25 Semma de Harodi, Elica de Harodi

HAROMAPH. *Pater Jedaïæ.*

2*Esdr.* 3-10 Ædificavit Jedaïa filius Haromaph

HAROSETH.

Civitas, erat sita in tribu Nephthali dicta gentium *ex concursu gentium quæ vel a Josue suis ædibus pulsæ, vel aliunde eo confluxerant, aliis etiam ex causis, verbi gratia, mercaturæ ; super lacum Samachonitidem, id est, aquas Merom, ubi ex eo Jordanis fluvius egreditur ; a sylvis sic nominata, Haroseth enim sylvam Syriace significat.*

Judic. 4- 2 Ipse autem habitabat in Haroseth gentium
-13 Congregavit... exercitum de Haroseth gentium
-16 Et exercitum usque ad Haroseth gentium

HARSA.

Princeps Nathinæorum qui reversus est cum Zorobabel e captivitate Babylonis.

1*Esdr.* 2-52 Filii Besluth, filii Mahida, filii Harsa
2*Esdr.* 7-54 Filii Besloth, filii Mahida, filii Harsa

HARUPHITES.

De hoc verbo silent auctores. Videtur tamen fuisse locus in tribu Benjamin, aut in tribu Juda.

1 *Par.* 12- 5 Samaria, et Saphatia Haruphites

HARUS.

Pater Messalemeth, matris Amon regis Juda.

4 *Reg.* 21-19 Nomen matris ejus Messalemeth, filia Harus

HASABAN. *Filius Zorobabel.*

1 *Par.* 3-20 Hasaban quoque, et Ohol, et Barachiam

HASABIAS I.

Filius Amasiæ, generis Levitici, et e familia Merari.

1 *Par.* 6-45 Filii Hasabiæ, filii Amasiæ, filii Helciæ

HASABIAS II. *Filius quintus Idithun.*

1 *Par.* 25- 3 Filii Idithun... Sori, Jeseïas, et Hasabias
-19 Duodecima Hasabiæ, filiis et fratribus ej.

HASABIAS III.

E familia Hebron, filii Amram, filii Caath, in tribu Levi.

1 *Par.* 26-30 Porro de Hebronitis Hasabias, et fratres

HASABIAS IV.

Filius Camuel, in tribu Levi.

1 *Par.* 27-17 Levitis, Hasabias filius Camuël
2 *Par.* 35- 9 Necnon Hasabias, et Jehiel, et Jozabad

HASABIAS V.

Levites e familia Merari, qui venit de Babylone cum Esdra, Isaïa, fratribus et filiis.

1*Esdr.* 8-19 Hasabiam et cum eo Isaïam de filiis Merari

HASABIAS VI.

Unus e duodecim principibus sacerdotum quos elegit Esdras, ut ponderarent aurum et argentum vasaque consecrata domus Domini.

1*Esdr.* 8-24 Et separavi... Sarabiam et Hasabiam
2*Esdr.* 2-13 Et de Levitis... filius Hasabia, filius Boni
-22 Azzi filius Bani, filius Hasabiæ

HASADIAS. *Filius sextus Zorobabel.*

1 *Par.* 3-20 Barachiam, Hasadian, Josabhesed

HASARSUHAL. *Urbs in tribu Simeon.*

1 *Par.* 4-28 Habitaverunt a. in Bersabee, et Molada, et Hasarsuhal

HASARSUSIM. *Urbs in tribu Simeon.*

1 *Par.* 4-31 Et in Bethmarchaboth, et in Hasarsusim

HASBADANA.

Unus e septem viris electis qui steterunt ad sinistram Esdræ legentis legem Dei coram populo congregato.

2*Esdr.* 8- 4 Et ad sinistram... Hasum, et Hasbadana

HASEBIA.

Levites, e familia Merari. Inter primos numeratur qui post reditum e captivitate habitaverunt in urbibus et possessionibus suis.

1 *Par.* 9-14 De **Levitis autem...** filii Hasebia, de filiis Merari
2*Esdr.* 3-17 Ædificavit Hasebias princeps dimidiæ
12-21 Helciæ, Hasebia : Idaïæ, Nathanaël

HASEBNA.

Princeps familiæ, qui fuit novi fœderis signator, post reditum e captivitate.

2*Esdr.* 10-25 Rehum, Hasebna, Maasia

HASEBNIA.

Unus e Levitis octo, qui, tempore pœnitentiæ majoris, et antequam signaretur novum cum Domino Deo fœdus, convocarant populum, legebantque in volumine legis, quater in die hortantes et salutaria monita dantes.

2 *Esdr.* 9- 5 Hasebnia, Sarebia, Odaïa, Sebnia

HASEBONIAS. *Pater Hattus.*

2*Esdr.* 3-10 Juxta eum ædificavit Hattus filius Haseboniæ

HASEM. *Princeps familiæ.*

2*Esdr.* 7-22 Filii Hasem, trecenti viginti octo

HASERIM.

S. Hieronymus Aseroth appellata asserit loca quæ Hebræi Aserim nominant. Civitas in dorso montis Seir, inter Ægyptum et Chananæos.

Deut. 2-23 Qui habitabant in Haserim usque Gazam

HASEROTH.

Israelitarum in deserto statio decima quarta, ubi Maria Moysis soror lepra percussa est.

Num. 11-34 Venerunt in Haseroth, et manserunt ibi
13- 1 Profectusque est populus de Haseroth
33-17 Castrametati sunt in Haseroth
-18 Et de Haseroth venerunt in Rethma
Deut. 1- 1 Haseroth, ubi auri est plurimum

HASERSUAL.

Tertia numeratur inter tredecim urbes primæ partis tribus Simeon, ad quam e Juda translata est.

Josue. 15-28 Et Hasersual, et Bersabee, et Baziothia
19- 3 Et Hasersual, Bala, et Asem
2*Esdr.* 11-27 Et in Hasersual, et in Bersabee

HASERSUSA.

Civitas, quæ primo in sorte tribus Juda, postea tribui Simeonis est assignata.

Josue. 19- 5 Siceleg, et Bethmarchaboth, et Hasersusa

HASIM. *Filius Aher in tribu Benjamin.*

1 *Par.* 7-12 Et Hasim filii Aher

HASOM.

Primo die mensis decimi post reditum e captivitate adorsi sunt Esdras sacerdos et principes familiarum investigare quinam essent qui uxores alienigenas duxissent, inter quos inventi sunt filii Hasom.

1*Esdr.* 10-33 Et de filiis Hasom, Mathanaï, Mathatha

HASOR. *Vide* Asor.

Sisara magister erat militiæ Jabin regis Chananæi, qui regnavit in Hasor.

1 *Reg.* 12- 9 In manu Sisaræ magistri militiæ Hasor

HASRA.

Pater Thecuath et custos vestium Josiæ regis Juda.

2 *Par.* 34-22 Thecuath, filii Hasra custodis vestium

HASSEMON. *Vide* Asemona.

Josue. 15-27 Asergadda, et Hassemon, et Bethphelet

HASSUB.

Levites, filius Ezricam, de filiis Merari in tribu Levi.

1 *Par.* 9-14 De Levitis autem : Semeïa filius Hassub

HASTA.

Judic. 5- 8 Clypeus et hasta si apparuerint
1 *Reg.* 17- 7 Hastile a. hastæ ejus, erat quasi liciatorium
Ipsum a. ferrum hastæ ejus sexcentos siclos habebat ferri
-45 Tu venis ad me cum gladio, et hasta
-47 Non in gladio, nec in hasta salvat Dominus
21- 8 Si habes hic ad manum hastam aut gladium?
22- 6 Saül autem... hastam manu tenens
26- 7 Et hastam fixam in terra ad caput ejus
-11 Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput
-12 Tulit igitur David hastam et scyphum
-16 Nunc ergo vide ubi sit hasta regis
-22 David ait : Ecce hasta regis
2 *Reg.* 1- 6 Et Saül incumbebat super hastam suam
2-23 Percussit ergo eum Abner aversa hasta
21-16 Cujus ferrum hastæ trecentas uncias appendebat
-19 Cujus hastile hastæ erat quasi liciatorium
23-18 Levavit hastam suam contra trecentos
-21 Interfecit... virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam
Vi extorsit hastam de manu Ægyptii, et interfecit eum hasta sua
4 *Reg.* 11-10 Qui dedit eis hastas, et arma regis David
1 *Par.* 11-11 Iste levavit hastam suam super trecentos
-20 Ipse levavit hastam suam contra trecentos
-23 Et rapuit hastam, quam tenebat manu
Et interfecit eum hasta sua
12- 8 Tenentes clypeum et hastam
-24 Filii Juda portantes clypeum et hastam
-34 Et cum eis instructi clypeo et hasta
20- 5 Cujus hastæ lignum erat quasi liciatorium
2 *Par.* 9-15 Fecit ig. rex Salomon ducentas hastas aureas
Qui in singulis hastis expendebantur
11-12 Fecit armamentarium scutorum et hastar.
14- 8 Portantium scuta et hastas de Juda
25- 5 Qui... tenerent hastam et clypeum
26-14 Præparavit... clypeos, et hastas, et galeas
Job. 39-23 Sonabit pharetra, vibrabit hasta et clypeus
41-17 Subsistere non poterit neque hasta, neque thorax
-20 Et deridebit vibrantem hastam
Ezech. 38- 4 Hastam et clypeum arripientium et gladium
39- 9 Et comburent arma, clypeum, et hastas
Mich. 4- 3 Et concident... et hastas suas in ligones
Nahum. 3- 3 Micantis gladii, et fulgurantis hastæ
Habac. 3-11 Ibunt in splendore fulgurantis hastæ suæ
2 *Mac.* 5- 2 Et hastis, quasi cohortes, armatos
11- 8 Eques in veste candida armis aureis hastam vibrans
15-11 Armavit, non clypei et hastæ munitione

HASTILE.

Exod. 25-31 Hastile ejus, et calamos, scyphos
-33 Qui producendi sunt de hastili
-35 Procedentes de hastili uno
1 *Reg.* 17- 7 Hastile a. hastæ ejus erat quasi liciatorium
2 *Reg.* 21-19 Cujus hastile hastæ erat quasi liciatorium

HASUB.

Duo sunt viri ejusdem nominis, quorum primus erat filius Phahath-Moab, et ædificavit una cum Melchia filio Herem mediam partem vici et turrem Furnorum; alter eodem tempore vixit, et sub Nehemia quoque ædificabat muros Jerusalem.

2 *Esdr.* 3-11 Ædificavit.. et Hasub filius Phahath-Moab
-23 Ædificavit.. et Hasub contra domum suam
10-23 Osee, Hanania, Hasub
11-15 Et de Levitis Semeïa filius Hasub

HASUM.

Princeps familiæ, cujus filii de Babylonia venerunt cum Zorobabel ducenti viginti et tres.

1 *Esdr.* 2-19 Filii Hasum, ducenti viginti tres
2 *Esdr.* 8- 4 Melchia, et Hasum, et Hasbadana
10-18 Odaïa, Hasum, Besaï

HASUPHA.

Princeps Nathinæorum, qui cum Zorobabel ascendit de captivitate Babylonis.

1 *Esdr.* 2-43 Nathinæi: filii Siha, filii Hasupha
2 *Esdr.* 7-47 Nathinæi: filii Soha, filii Hasupha

HATHATH.

Filius Othoniel primi Hebræorum judicis, in tribu Juda.

1 *Par.* 4-13 Porro filii Othoniel, Hathath, et Maonathi

HATIL.

Princeps Nathinæorum, qui venit e Babylone cum Zorobabel.

1 *Esdr.* 2-57 Filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth
2 *Esdr.* 7-59 Filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth

HATIPHA. *Nathinæus quoque.*

1 *Esdr.* 2-54 Filii Nasia, filii Hatipha
2 *Esdr.* 7-56 Filii Nasia, filii Hatipha

HATITA. *Unus e janitoribus.*

1 *Esdr.* 2-42 Filii Accub, filii Hatita, filii Sobaï
2 *Esdr.* 7-46 Filii Accub, filii Hatita, filii Sobaï

HATTUS.

Duo sunt viri ejusdem nominis, quorum primus erat filius Semeïæ, e semine regum Juda; alter, filius Haseboniæ.

1 *Par.* 3-22 Cujus filii, Hattus, et Jegaal, et Baria
1 *Esdr.* 8- 2 De filiis David, Hattus
2 *Esdr.* 3-10 Juxta eum ædificavit Hattus filius Haseboniæ
10- 4 Hattus, Sebenia, Melluch
12- 2 Amaria, Melluch, Hattus

HAUD.

Levit. 13-43 Condemnabit eum haud dubie lepræ
Judic. 18-17 Sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus
Esth. 15- 1 Haud dubium quin esset Mardochæus
1 *Tim.* 6- 7 Haud dubium quod nec auferre quid possumus

HAURIO.

Gen. 24-11 Quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam
-13 Filiæ... egredientur ad hauriendam aquam
-19 Quin et camelis tuis hauriam aquam
-20 Recurrit ad puteum ut hauriret aquam
Et haustam omnibus camelis dedit
-43 Virgo, quæ egredietur ad hauriendam aqu.
-44 Et tu bibe, et camelis tuis hauriam
-45 Descenditque ad fontem, et hausit aquam
27-25 Obtulit ei etiam vinum; quo hausto...
Exod. 2-16 Quæ venerunt ad hauriendam aquam
-19 Insuper et hausit aquam nobiscum
4- 9 Quidquid hauseris de fluvio, vertetur in sanguinem
Levit. 4- 5 Hauriet quoque de sanguine vituli
5-12 Qui plenum ex ea pugillum hauriens
8-15 Immolavit eum: hauriens sanguinem
16-12 Et hauriens manu compositum thymiama
Num. 16- 7 Hausto cras igne, ponite desuper thymiama
-46 Hausto igne de altari, mitte incensum
Deut. 2- 6 Aquam emptam haurietis, et bibetis
Judic. 15-19 Quibus haustis, refocillavit spiritum
1 *Reg.* 7- 6 Hauseruntque aquam, et effuderunt
9-11 Invenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam
2 *Reg.* 23-16 Hauserunt aquam de cisterna Bethlehem
1 *Par.* 11-18 Et hauserunt aquam de cisterna Bethlehem
Judith. 7- 7 Ex quibus furtim videbantur haurire aquam
- 9 Pone custodes fontium, ut non hauriant aquam
Prov. 8-35 Inveniet vitam, et hauriet salutem a Dom.
Prov. 12- 2 Qui bonus est, hauriet gratiam a Domino
18-22 Et hauriet jucunditatem a Domino
Isai. 12- 3 Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris
30-14 Aut hauriatur parum aquæ de fovea
Jerem. 14- 3 Venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam
Nahum. 3-14 Aquam propter obsidionem hauri tibi
2 *Mac.* 1-21 Et jussit eos haurire, et afferre sibi
Joan. 2- 8 Haurite nunc, et ferte architriclino
- 9 Ministri a. sciebant, qui hauserant aquam
4- 7 Venit mulier de Samaria haurire aquam
-11 Domine, neque in quo haurias, habes
-15 Ut non sitiam, neque veniam huc haurire

HAVOTH-JAIR.

Havoth-Jaïr, regio est potius quam urbs; nam Jaïr, filius Manasse, occupavit vicos terræ Galaad, quos appellavit Havoth-Jaïr, id est, oppida Jaïr, seu villas Jaïr, et erant in regione Basan sexaginta.

Num. 32-41 Quos appellavit Havoth-Jaïr, id est, Villas Jaïr
Deut. 3-14 Vocavitque ex nomine suo Basan, Havoth-Jaïr, id est, Villas Jaïr
Judic. 10- 4 Sunt appellatæ Havoth-Jaïr, id est, Oppida Jaïr

HAZAEL.

Anno mundi 3149, *ante J. Ch.* 905. *Benadad rex Syriæ ægrotabat, quem morbum conciliarant, ait Josephus, animi ægritudo et mœror ob nuper acceptam cladem; ait ad Hazael: Tolle tecum munera et vade in occursum Eliseï Damascum properantis, ut Dominum consulat, si evadere potero de infirmitate mea hac. Dixitque ei Eliseus: Vade, dic regi: Sanaberis, non enim lethalis est morbus quo laboras. Stetitque Eliseus cum Hazael, et conturbatus est usque ad lacrymas, et faciem suam vertebat ut mœstitiam celaret et fletum. Hazael ait ei: Quare dominus meus flet? Cui respondit Eliseus: Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala. Civitates eorum munitas igne succendes et juvenes eorum interficies gladio, et parvulos eorum elides, et prægnantes dividés. Ostendit enim mihi Dominus te regem Syriæ fore. Hazael venit ad Benadad dominum suum, cui ait: Eliseus vir Dei dixit te sanitatem recepturum. Altera autem die venit ad regem, tulit stragulum, et madefactum regi porrexit et suffocavit; quo mortuo, regnavit Hazael pro eo. Infensissimus fuit Judæis; quos sæpius expugnavit, multisque calamitatibus et malis oppressit. Obiit anno ætatis suæ centesimo, et regnavit Benadad filius ejus pro eo.*

3 *Reg.* 19-15 Unges Hazaël regem super Syriam
-17 Quicumque fugerit gladium Hazaël
4 *Reg.* 8- 8 Et ait rex ad Hazaël: Tolle tecum munera
- 9 Ivit igitur Hazaël in occursum ejus
-12 Cui Hazaël ait: Quare dominus meus flet?
-13 Dixitque Hazaël: Quid enim sum servus tuus
-15 Quo mortuo, regnavit Hazaël pro eo
-28 Ad præliandum contra Hazaël regem Syriæ
-29 Præliantem contra Hazaël regem Syriæ
-14 Ipse et omnis Israël contra Hazaël regem Syriæ
-15 Præliantem contra Hazaël regem Syriæ
10-32 Percussitque eos Hazaël in universis finibus
12-17 Tunc ascendit Hazaël rex Syriæ
-18 Misitque Hazaëli regi Syriæ
13- 3 Tradidit eos in manu Hazaël regis Syriæ
Et in manu Benadad filii Hazaël
-22 Igitur Hazaël rex Syriæ afflixit Israël
-24 Mortuus est autem Hazaël rex Syriæ
-25 Tulit urbes de manu Benadad filii Hazaël
2 *Par.* 22- 5 In bellum contra Hazaël regem Syriæ

HAZAIA. *Filius Adaïa, de filiis Juda.*

2 *Esdr.* 11- 5 Hazia, filius Adaïa, filius Joïarib

HAZIR.

Unus e ducibus populi qui signaverunt novum fœdus cum Domino.

2 *Esdr.* 10-20 Megphias, Mosollam, Hazir

HEBAL.

Mons Garizim monti proximus, in tribu Ephraïm. Cum Israelitæ pervenissent in montem Hebal, sex tribus in eo constiterunt, aliæ sex in primo jugo montis Garizim. Interim sacerdotes inter utrumque jugum consistentes modo benedictiones in observatores legis, modo maledictiones et diras in eam violantes jaciebant; populus vero ad singulas sive maledictiones, sive benedictiones respondebat: Amen. *Cum ergo benedictio pronuntiaretur, munus respondendi pertinebat ad eos qui erant in monte Garizim; cum maledictio, ad eos qui erant in monte Hebal. Sic autem distributæ erant duodecim tribus Israel: Simeon, Levi, Judas, Issachar, Joseph et Benjamin stabant super montem Garizim: e regione autem stabant in monte Hebal Ruben, Gad, et Azer, et Zabulon, Dan, et Nephthali.*

Deut. 11-29 Pones..maledictionem super montem Hebal
27- 4 Erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis, in monte Hebal
-13 Ad maledicendum in monte Hebal
Josue. 8-30 Ædificavit Josuë altare Domino Deo Israël in monte Hebal
-33 Et media (*pars*) juxta montem Hebal

HEBAL.

Octavus filius Jectan primogeniti Heber.

1 *Par.* 1-22 Hebal etiam, et Abimaël, et Saba

HEBDOMADA *et* HEBDOMAS.

Gen. 29-27 Imple hebdomadam dierum hujus copulæ
-28 Hebdomada transacta, Rachel duxit uxorem
Exod. 34-22 Solemnitatem hebdomadarum facies tibi
Levit. 12- 5 Immunda erit duabus hebdomadibus
23-15 Numerabitis... septem hebdomadas plenas
-16 Diem expletionis hebdomadæ septimæ
25- 8 Numerabis quoque tibi septem hebdomadas
Num. 28-26 Expletis hebdomadibus, venerabilis et sancta erit
Deut. 16- 9 Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die
-10 Et celebrabis diem festum hebdomadarum
-16 In solemnitate hebdomadarum, et in sol.
2 *Par.* 8-13 In solemnitate hebdomadarum, et in sol.
23- 8 Per singulas hebdomadas succedere consueverant
Tobiæ. 8-23 Ut duas hebdomadas moraretur apud se
Dan. 9-24 Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt
-25 Hebdomades septem et hebdomades sexaginta duæ erunt
-26 Post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus
-27 Confirmabit a. pactum multis hebdomada una
Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia
10- 2 Lugebam trium hebdomadarum diebus
- 3 Donec complerentur trium hebdomadarum dies

HEBENINUS.

Ezech. 27-15 Dentes eburneos et hebeninos commutaverunt

HEBER I.

Anno mundi 1754, *ante J. Ch.* 2300. *Filius Sale, filii Arphaxad, et juxta sanctum Lucam, Cainan junioris. In confusione linguarum, dicitur Heberum progenitorem Judæorum noluisse tentati operis esse participem, solumque mansisse qui linguam servaret, hoc optimi consilii præmium adeptum. Ex nepotibus ejus fuit Abraham, ideoque Judæorum lingua Hebraïca vocatur ab Hebero; quod signum est maximum Hebraïcam esse omnium linguarum antiquissimam. Antequam enim confunderentur linguæ, hac omnes utebantur. Attamen ea de re est controversia. Ab eo Judæi nominati sunt Hebræi.*

Gen. 10-21 De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum Heber
-24 Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber
-25 Natique sunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg
11-14 Sale q. vixit triginta annis, et genuit Heber
-15 Vixitque Sale, postquam genuit Heber
-16 Vixit autem Heber triginta quatuor annis
-17 Et vixit Heber, postquam genuit Phaleg
1 *Par.* 1-18 Arphaxad a. genuit Sale, qui et ipse genuit Heber
-19 Porro Heber nati sunt duo filii... Phaleg
-25 Heber, Phaleg, Ragau
Luc. 3-35 Qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale

HEBER II. *Filius Beria filii Aser.*

Gen. 46-17 Filii Beria: Heber et Melchiel
Num. 26-45 Filii Brie: Heber, a quo familia Heberitarum
1 *Par.* 7-31 Filii autem Baria: Heber et Melchiel
-32 Heber autem genuit Jephlat, et Somer

HEBER III.

Filius Caleb et Judaïcæ, et nepos Jephone, princeps Socho.

1 *Par.* 4-18 Uxor q. ejus Judaïa, peperit... Heber patrem Socho

HEBER IV.

Princeps familiæ in tribu Gad.

1 *Par.* 5-13 Joraï, et Jachan, et Zie, et Heber, septem

HEBER V.

Filius primogenitus Elphaal in tribu Benjamin.

1 *Par.* 8-12 Porro filii Elphaal : Heber, et Misaam
-17 Zabadia, et Mosollam, et Hezeci, et Heber
-22 Et Jespham, et Heber, et Eliel

HEBER VI.

Unus e sacerdotibus qui cum Zorobabel ascenderunt de captivitate Babylonis.

2 *Esdr.* 12-20 Sellaï, Celaï : Amoc, Heber

HEBERITÆ.

Familia Heber filii Beria, seu Brie.

Num. 26-45 Filii Brie : Heber, a quo familia Heberitarum

HEBETATUS.

Eccle. 10-10 Sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur

HEBRÆUS, A, UM.

Sentiunt auctores quidam vocabulum, Hebræus, *dici a voce* Havar, *quæ* transire *significat; et hanc etymologiam secuti, dicemus Abram vocari transitorem, et Hebræum, quod Euphraten transisset. Alia est sententia dici Hebræos ab Heber, a quo descendebant, et cujus idioma retinebant. Nolebant Ægyptii manducare cum Hebræis : 1° quia quadam superstitione et fastu pastores immundos judicabant et detestabantur; 2° quia ea, quibus vescebantur Hebræi, oves, hirci, tauri, erant eorum numina et pro diis colebant. Alebant tamen Ægyptii oves et boves, ut patet ex cap. Gen.* 18, *at non ad esum, sed ad oblectationem, lanam et lac, ad arationem et ad stercorationem agrorum, et ut aliis gentibus divenderent. In Hebræa gente servatus est Dei veri cultus : ideo Jonas propheta in periculo tempestatis exclamat :* Hebræus ego sum, *scilicet ex eorum genere qui verum Deum colunt. Itaque non sum idololatra, sed cultor veri Dei qui cœlum fecit et terram.*

Gen. 14-13 Unus qui evaserat, nuntiavit Abram Hebræo
39-14 En introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis
-17 Et ait : Ingressus est ad me servus Hebræus
40-15 Furto sublatus sum de terra Hebræorum
41-12 Erat ibi puer Hebræus, ejusdem ducis militum famulus
43-32 Illicitum enim est Ægyptiis comedere cum Hebræis
Exod. 1-15 Dixit a. rex Ægypti obstetricibus Hebræorum
-16 Quando obstetricabitis Hebræas
-19 Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres
2- 6 De infantibus Hebræorum est hic
- 7 Vis, inquit, ut vadam, et vocem tibi mulierem Hebræam
-11 Percutientem quemdam de Hebræis fratribus suis
-13 Die altero, conspexit duos Hebræos rixantes
3-18 Dominus Deus Hebræorum vocavit nos
5- 3 Dixeruntque : Deus Hebræorum vocavit nos
7-16 Dominus Deus Hebræorum misit me ad te
9- 1 Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum
-13 Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum
10- 3 Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum
21- 2 Si emeris servum Hebræum, sex annis serviet tibi
Num. 24-24 Superabunt Assyrios, vastabuntq. Hebræos
Deut. 15-12 Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa
1 *Reg.* 4- 6 Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum ?
- 9 Ne serviatis Hebræis, sicut et illi servierunt
13- 3 Saül cecinit... dicens : Audiant Hebræi
- 7 Hebræi autem transierunt Jordanem
-19 Caverant enim Philisthiim ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam
14-11 En Hebræi egrediuntur de cavernis
-21 Sed et Hebræi qui fuerant cum Philisthiim
29- 3 Quid sibi volunt Hebræi isti ?
Judith. 10-12 Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi
-18 Quis contemnat populum Hebræorum
12-10 Vade, et suade Hebræam illam
14-16 Una mulier Hebræa fecit confusionem
15- 2 Relictis omnibus, evadere festinabant Hebræos
16-31 Ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur
Jerem. 34- 9 Ut dimitteret unusquisque... Hebræum et Hebræam liberos
-14 Dimittat unusq. fratrem suum Hebræum
Jonæ. 1- 9 Hebræus ego sum, et Dominum Deum cœli ego timeo
2 *Mac.* 7-31 Tu vero, qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos
11-13 Intelligens invictos esse Hebræos
15-38 Ex illis temporibus ab Hebræis civitate possessa
Act. 6- 1 Factum est murmur Græcorum adversus Hebræos
21-40 Allocutus est lingua Hebræa, dicens
22- 2 Cum audissent a. quia Hebræa lingua loqueretur
2 *Cor.* 11-22 Hebræi sunt, et ego
Philip. 3- 5 De tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis

HEBRAICE.

Esth. 3- 7 Missa est sors in urnam, quæ Hebraïce dicitur phur
Joan. 5- 2 Piscina, quæ cognominatur Hebraïce Bethsaïda
19-13 Dicitur Lithostrotos, Hebraïce autem Gabbatha
-17 Dicitur Calvariæ, locum, Hebraïce autem Golgotha
-20 Et erat scriptum Hebraice, Græce, et Latine
Apoc. 9-11 Cui nomen Hebraïce Abaddon
16-16 In locum qui vocatur Hebraïce Armagedon

HEBRAICUS.

Prolog. Eccli. Nam deficiunt verba Hebraïca
Luc. 23-38 Superscriptio scripta super eum litteris Græcis, et Latinis, et Hebraïcis
Act. 26-14 Audivi vocem loquentem.. Hebraïca lingua

HEBRI. *Levites, filius sextus Merari.*

1 *Par.* 24-27 Oziau et Soam et Zachur et Hebri

HEBRON I.

Filius tertius Caath, filii Levi. Ab eo familia Hebroni tarum.

Exod. 6-18 Filii Caath : Amram, et Isaar, et Hebron
Num. 3-19 Filii Caath : Amram, et Jesaar, Hebron
1 *Par.* 6- 2 Filii Caath : Amram, Isaar, Hebron
-18 Filii Caath : Amram, et Isaar, et Hebron
15- 9 De filiis Hebron, Eliel princeps
23-12 Filii Caath : Amram, et Isaar, Hebron
-19 Filii Hebron : Jeriaü primus, Amarias

HEBRON II.

Filius Maresa, e progenie Caleb, filii Hesron.

1 *Par.* 2-42 Et filii Maresa patris Hebron
-43 Porro filii Hebron, Core et Taphua

HEBRON.

Olim Arbe et Cariath-Arbe, et Mambre et convallis Mambre dicta est; ex nomine Arbe, quod est quatuor, *et Cariath-Arbe, quod est* civitates quatuor ; *dixerunt plerique hanc urbem sic vocatam, quod ibi mortui, aut saltem sepulti fuerint Adam, Abraham, Isaac, et Jacob : constat Abrahamum, Isaacum et Jacobum sepultos esse in spelunca duplici quam emerat Abraham ab Ephron, et quæ est prope Hebron, non autem certum est ibi sepultum fuisse Adamum. Bochardus rem verit ad Enac et ejus tres filios, Achiman, Sisaï et Tholmaï, quos in Hebron viderunt et de quibus mira tulerunt exploratores terræ Chanaan. Alii pro Cariath-Arbe Tetrapoli interpretantur, quasi urbs ipsa in quatuor partes distincta fuerit. Primæ sententiæ favere videtur votum, quod Absalom ait se vovisse in Hebron, quasi in conspectu patriarcharum votum exsoluturus. Secundæ sententiæ favet magnitudo Enac et filiorum Enac de genere giganteo, et quibus comparati Hebræi, quasi locustæ videbantur. Tertiæ, quod urbes regiæ olim in partes quatuor ut plurimum dividebantur, ut in eas separari possent principis curia et militia, tum et urbis cives et opifices. Nam Hebron urbs antiquissima et septem annis ante Tanim urbem Ægypti condita est, et regia fuit sub Chananæis, sive Amorrhæis. Rex Hebron unus est ex eis quos ipse percussit Josue. Hanc urbem Josue in septima tribus Judæ parte describit, inter Athmatha, et Sior; et postea sacerdotibus ex familia Aaron concessa fuit, tum et in urbem refugii data. Numerus dierum quos David commoratus est in Hebron imperans super domum Juda, septem annorum fuit et sex mensium, et ipsa inter cunctas tribus Judæ civitates facile prima et maxima videtur.*

Gen. 13-18 Juxta convallem Mambre quæ est in Hebron
23- 2 Mortua est in civitate Arbee, quæ est Hebron
-19 Hæc est Hebron in terra Chanaan
35-27 Venit etiam ad Isaac... in Mambre, civitatem Arbee, hæc est Hebron
37-14 Missus de valle Hebron, venit in Sichem
Num. 13-23 Et venerunt in Hebron, ubi erant Achiman Nam Hebron septem annis ante Tanim urbem Ægypti condita est
Josue. 10- 3 Misit... rex Jerus. ad Oham regem Hebron
-23 Regem Jerusalem, regem, Hebron
-36 Ascendit... de Eglon in Hebron, et pugnavit
-39 Sicut fecerat Hebron et Lebna et regibus
11-21 Interfecit Enacim de montanis Hebron
12-10 Rex Jerusalem unus, rex Hebron unus
14-13 Et tradidit ei Hebron in possessionem
-14 Atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Jephone
-15 Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe
15-13 Cariath-Arbe patris Enac, ipsa est Hebron
-54 Hæc est Hebron, et Sior
20- 7 Ipsa est Hebron, in monte Juda
21-11 Quæ vocatur Hebron, in monte Juda
-13 Dedit ergo filiis Aaron sacerdotis Hebron confugii civitatem
Judic. 1-10 Contra Chananæum, qui habitabat in Hebron
-20 Dederuntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses
16- 3 Portavit ad verticem montis, qui respicit Hebron
1 *Reg.* 30-31 Et qui in Hebron, et reliquis qui erant in his locis
2 *Reg.* 2- 1 Quo ascendam ? Et respondit ei : In Hebron
- 3 Et manserunt in oppidis Hebron
-11 Imperans in Hebron super domum Juda
-32 In ipso crepusculo pervenerunt in Hebron
3- 2 Natique sunt filii David in Hebron
- 5 Hi nati sunt David in Hebron
-19 Abiit ut loqueretur ad David in Hebron
-20 Venitque ad David in Hebron cum viginti viris
-22 Abner autem non erat cum David in Hebron
-27 Cumque rediisset Abner in Hebron
-32 Cumque sepelissent Abner in Hebron
4- 1 Quod cecidisset Abner in Hebron
- 8 Attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron
-12 Suspenderunt eos super piscinam in Hebron Sepelierunt in sepulcro Abner in Hebron
5- 1 Venerunt universæ tribus Israël ad David in Hebron
- 3 Et seniores Israël ad regem in Hebron Et percussit cum eis rex David fœdus in Hebron coram Domino
- 5 In Hebron regnavit super Judam septem annis
-13 Postquam venerat de Hebron
15- 7 Reddam vota mea quæ vovi Domino in Hebron
- 9 Et surrexit, et abiit in Hebron
-10 Regnavit Absalom in Hebron
3 *Reg.* 2-11 In Hebron regnavit septem annis
1 *Par.* 3- 1 Hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron
- 4 Sex ergo nati sunt ei in Hebron
6-55 Dederunt igitur eis Hebron in terra Juda
-57 Civitates ad confugiendum, Hebron et Lobna
11- 1 Congregatus est igitur omnis Israël ad David in Hebron
- 3 Majores natu Israël ad regem in Hebron
12-23 Venerunt ad David, cum esset in Hebron
-38 Corde perfecto venerunt in Hebron
29-27 In Hebron regnavit septem annis
2 *Par.* 11-10 Saraa quoque, et Aialon, et Hebron

HEBRONA.

Israelitarum trigesima prima statio in deserto, inter Jetebatha et Asiongaber.

Num. 33-34 De Jetebatha venerunt in Hebrona
-35 Egressique de Hebrona, castrametati sunt

HEBRONI. *Vir de familia Caath filii Levi.*

Num. 26- 8 Familiæ Levi : familia Lobni, familia Hebroni

HEBRONITÆ. *Familia Hebron.*

Num. 3-27 Cognatio Caath habebit... Hebronitas
1 Par. 26-23 Amramitis, et Isaaritis, et Hebronitis
-30 Porro de Hebronitis Hasabias et fratres
-31 Hebronitarum autem princeps fuit Jeria

HEDDAI.

Inter triginta nobiliores David numeratur Heddai, de torrente Gaas.

2 Reg. 23-30 Heddaï de torrente Gaas

HEDER.

Inter viros qui fugaverunt habitatores Geth, nominatur Heder.

1 Par. 8-15 Et Zabadia, et Arod, et Heder

HEDERA.

Jonæ. 4- 6 Et præparavit Dominus Deus hederam
Et lætatus est Jonas super hedera
- 7 Et percussit hederam, et exaruit
- 9 Putas-ne bene irasceris tu super hedera ?
-10 Tu doles sup. hederam, in qua non laborasti
2 Mac. 6- 7 Cogebantur hedera coronati Libero circuire

HEGLA.

Filia Salphaad, qui filios non habuit, sed tantum filias, quarum ista sunt nomina : Maala, et Noa, et Hegla, et Melcha, et Thersa, quæ steterunt coram Moyse et Eleazaro sacerdote, et dixerunt : Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione Core, sed ob peccatum murmuris tempore exploratorum mortuus est, et non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia, quia non habuit filium ? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri ; nam ex filiis nostris aliquis nomen illius tuebitur, et de familia Salphaad vocabitur ; atque ita per lineam fœmininam nomen illlus propagabitur. Moyses consuluit Dominum super hac re, qui respondit : Jube eis dari possessionem inter cognatos patris, et ei succedant in hæreditatem, nubant cui velint, tantum ut suæ tribus hominibus. Fecerunt filiæ Salphaad, ut fuerat imperatum, nupserunt filiis patrui sui, de familia Manasse, et possessio quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu et familia patris earum.

Num. 26-33 Maala, et Noa, et Hegla, et Melcha
27- 1 Maala, et Noa, et Hegla, et Melcha
36-11 Nupserunt Maala, et Thersa, et Hegla
Josue. 17- 3 Maala, et Noa, et Hegla, et Melcha

HELAM.

Urbem Syrorum putat Abulensis. Alii putant esse locum ubi congregati erant Israelitæ trans Jordanem habitantes, quos ut Ammonitis vicinos semper in armis paratos esse oportebat. Ibi David occidit de Syris octoginta millia virorum, præter eos qui pugnabant de curribus, et Sobach principem militiæ percussit qui statim mortuus est.

2 Reg. 10-17 Transivit Jordanem : venitque in Helam

HELBA. *Urbs in tribu Aser.*

Judic. 1-31 Aser q. non delevit habitatores... Helba

HELCATH. *Urbs in tribu Aser.*

Josue. 21-31 Et Helcath, et Rohob, cum suburbanis sunt

HELCHIAS.

Pater Nehemiæ, qui fuit sacerdos ex tribu Levi, et, vivente Eliasib pontifice, rempublicam administravit, missus a rege Persidis.

2 Esdr. 1- 1 Verba Nehemiæ filii Helchiæ

HELCI.

Sacerdos et princeps familiæ Maraïoth. Ascendit de captivitate Babylonis cum Zorobabel.

2 Esdr. 12-15 Haram, Edna : Maraïoth, Helci

HELCIAS I.

Pater Eliacim, præpositi domus Ezechiæ regis Juda.

4 Reg. 18-18 Eliacim filius Helciæ, præpositus domus
-26 Dixerunt a. Eliacim filius Helciæ et Sobna
-37 Venitque Eliacim filius Helciæ, præpositus
Isai. 22-20 Vocabo servum meum Eliacim filium Helciæ
36- 3 Egressus est ad eum Eliacim filius Elciæ
-22 Et ingressus est Eliacim filius Helciæ

HELCIAS II.

Pontifex magnus regnante Josia rege Juda decimo sexto. Reperit in templo Domini in aliqua arca pecuniaria librum legis, quem credunt esse librum Deuteronomii, ut passim affirmant interpretes ; is enim præ cæteris maxime continet quæ terrori esse possunt violatoribus Mosaicæ legis.

4 Reg. 22- 4 Vade ad Helciam sacerdotem magnum
- 8 Dixit a. Helcias pontifex ad Saphan scrib. Deditque Helcias volumen Saphan
-10 Librum dedit mihi Helcias sacerdos
-12 Et præcepit Helciæ sacerdoti et Ahicam
-14 Ierunt itaque Helcias sacerdos et Ahicam
23- 4 Et præcepit rex Helciæ pontifici
-24 Quem invenit Helcias sacerdos in templo Domini
2 Par. 34- 9 Qui venerunt ad Helciam sacerdotem magnum
-14 Reperit Helcias sacerdos librum legis Dom.
-18 Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librum
-20 Et præcepit Helciæ et Ahicam filio Saphan
-22 Abiit ergo Helcias, et hi qui simul a rege
35- 8 Porro Helcias, et Zacharias, et Jahiel

HELCIAS III.

Pater Jeremiæ. Non est iste Helcias summus sacerdos, ut quidam opinati sunt, qui librum legis reperit, sed erat vulgaris, ut indicant verba de sacerdotibus, *scilicet communibus, et illud etiam quod dicitur,* in Anathoth ; *nam summi sacerdotes Hierosolymis habitabant.*

Jerem. 1- 1 Verba Jeremiæ filii Helciæ de sacerdotibus

HELCIAS IV.

Pater Gamariæ, quem misit Sedecias rex Juda ad Nabuchodonosor regem Babylonis.

Jerem. 29- 3 Et Gamariæ filii Helciæ, quos misit Sedec.

HELCIAS V.

Is numeratur inter avos Baruch prophetæ et scribæ Jeremiæ.

Baruc. 1- 1 Bæruch filius Neriæ... filii Sedeï, filii Helciæ

HELCIAS VI. *Pater Susannæ.*

Dan. 13- 2 Accepit uxorem nomine Susannam, filiam Helciæ
-29 Mittite ad Susannam filiam Helciæ uxorem Joakim
-63 Helcias a. et uxor ejus laudaverunt Deum

HELCIAS VII, VIII *et* IX.

Levitæ de familia Merari.

1 Par. 6-13 Sellum genuit Helciam, et Helcias genuit Azariam
-45 Filii Hasabiæ, filii Amasiæ, filii Helciæ
9-11 Azarias quoq. filius Helciæ, filii Mosollam
26-11 Helcias secundus, Tabelias tertius, Zachar.
1 Esdr. 7- 1 Esdras filius Saraïæ, filii Azariæ, filii Helciæ
2 Esdr. 8- 4 Helcia et Maasia, ad dexteram ejus
Baruc. 1- 7 Ad Joakim filium Helciæ filii Salom

HELEC.

Filius secundus Galaad, et princeps familiæ Helecitarum.

Num. 26-30 Galaad habuit filios : Jezer... et Helec
Josue. 17- 2 Et filiis Helec, et filiis Esriel

HELECITÆ. *Familia Helec filii Galaad.*

Num. 26-30 Et Helec, a quo familia Helecitarum

HELED.

Filius Baana. Inter fortes David numeratur.

2 Reg. 23-29 Heled filius Baana et ipse Netophathites
1 Par. 11-30 Heled filius Baana Netophathites

HELEM I. *Unus ex nepotibus Aser.*

1 Par. 7-35 Filii a. Helem fratris ejus : Supha

HELEM II.

Helem iste binomius est ; vocatur enim Holdai in versiculo 10 *ejusdem capitis. Vide* HOLDAI *et* HEM.

Zach. 6-14 Coronæ erunt Helem, et Tobiæ, et Idaïæ

HELEPH.

In descriptione urbium novemdecim tribus Nephthali prima ea numeratur.

Josue. 19-33 Et cœpit terminus de Heleph et Elon

HELES.

Qui alibi dicitur Helles. Inter viros fortes David numeratur.

2 Reg. 23-26 Heles de Phalti, Hira filius Acces

HELI I.

Anno mundi 2899, *ante J. Ch.* 1145. *Summus pontifex, Judæorumque judex, qui per annos quadraginta judicavit populum Israel. Erat e familia Ithamar filii Aaron. Samsoni in judicatu successit, et ipse successorem habuit Samuelem. In pontificatu vero successorem habuit Achitob filium Phinees, et mortuus est anno* 2939, *in anno ætatis suæ octavo et nonagesimo. Lege historiam Heli in cap.* 1, 2, 3 *et* 4 *lib.* 1 *Reg.*

1 Reg. 1- 3 Erant a. ibi duo filii Heli, Ophni et Phinees
- 9 Et Heli sacerdote sedente super sellam
-12 Factum est... ut Heli observaret os ejus
-13 Æstimavit ergo eam Heli temulentam
-17 Tunc Heli ait ei : Vade in pace
-25 Immolav. vitul., et obtulerunt puerum Heli
2-11 Puer a. erat minister... ante faciem Heli
-12 Porro filii Heli, filii Belial, nescientes Dom.
-20 Benedixit Heli Elcanæ et uxori ejus
-22 Heli a. erat senex valde, et audivit omnia
-27 Venit autem vir Dei ad Heli, et ait ad eum
3- 1 Samuël ministrabat Domino coram Heli
- 2 In die quadam, Heli jacebat in loco suo
- 5 Et cucurrit ad Heli, et dixit : Ecce ego
- 6 Consurgensque Samuël, abiit ad Heli, et dixit : Ecce ego
- 8 Qui consurgens, abiit ad Heli
- 9 Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum
-12 In die illa suscitabo adversum Heli omnia
-14 Idcirco juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas
-15 Et Samuël timebat indicare visionem Heli
-16 Vocavit ergo Heli Samuëlem, et dixit
4- 4 Erantq. duo filii Heli cum arca fœderis Dei
-11 Duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni et Phinees
-13 Heli sedebat super sellam contra viam spectans
-14 Et audivit Heli sonitum clamoris, dixitque At ille festinavit, et venit, et nuntiavit Heli
-15 Heli autem erat nonaginta et octo annorum
-16 Et dixit ad Heli : Ego sum qui veni de prælio
14- 3 Qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini in Silo
3 Reg. 2-27 Quem locutus est super domum Heli in Silo

HELI II.

Sanctus Matthæus Christi genealogiam describit, eam per patrem naturalem Josephi et alios majores deducens. At vero sanctus Lucas eamdem genealogiam Josephi prosequitur, sed per patrem legalem ; quod ut intelligatur, notandum est fuisse legem Deuteronomii, 25-5, *his verbis enuntiatam :* Quando habitaverint fratres simul, et unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri : sed accipiet eam frater ejus, et suscitabit semen fratris sui : et primogenitum ex ea filium nomine ejus appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Israël, *id est, fratris defuncti. Hæc lex, ut patet ex veterum praxi, et exemplo Boozi Ruthæ ducentis, quæ uxor fuerat non fratris, sed cognati ipsius Booz, imponebatur etiam consanguineis ad eamdem familiam pertinentibus, quos etiam Scriptura fratres appellare solet. Ili enim relictam uxorem viduam ducere, et consanguineo illi defuncto semen suscitare tenebantur, licet duo illi consanguinei simul non habitassent, quemadmodum eodem Booz exemplo patet, qui cum priore Ruthæ viro non habitaverat. Cum ergo sanctus Matthæus Josephum Jacobi fuisse filium ait, intelligendum est fuisse naturalem et ab eo genitum ; cum vero Lucas ait Josephum fuisse filium Heli, intelligendum est fuisse filium legalem ejusdem Heli, qui tamen Jacobi patris naturalis Josephi frater non fuit, sed consanguineus, ita tamen propinquus, ut lege illa Deuteronomii teneretur.*

Luc. 3-23 Putabatur filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit

ELIODORUS.

Anno mundi 3868, *Romæ* 568, *ante J. Ch.* 186. *Cum sancta Jerusalem civitas haberetur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur propter Oniæ pontificis pietatem, unde fiebat ut reges et principes gentium exterarum locum sanctum et templum honore summo digna ducerent, et maximis muneribus illustrarent ; ita ut Seleucus, Antiochi Magni filius, et Antiochi Epiphanis frater, qui post Antiochum Magnum et ante Antiochum Epiphanem regnum Asiæ tenuit,*

de reditibus etiam suis præstaret omnes sumptus necessarios ad ministerium sacrificiorum. Simon autem quidam ex tribu Benjamin, qui circa res templi quamdam exercebat præfecturam, inimice dissidebat cum summo sacerdote, et cum non posset vincere Oniam, nuntiavit Apollonio, qui eo tempore a Seleuco fuerat constitutus præfectus et præses Cœlesyriæ et Phœnicis, innumerabilibus esse plenum pecuniis ærarium Jerosolymorum, et copias communes ex vectigalibus collectas esse immensas; denique possibile esse omnes istas divitias cadere sub potestate regis. Apollonius omnia hæc nuntiavit Seleuco qui accitum Heliodorum quæstorem regis et ærarii tribunum misit cum mandatis ut pecunias supra dictas auferret et ad se afferret. Statim profectus Heliodorus propositum regis perfecturus Jerusalem venit, et benigne a summo sacerdote fuit exceptus; narravit de dato indicio pecuniarum, et cujus rei gratia adesset, aperuit, interrogavitque si vere hæc ita essent. Tunc summus sacerdos ostendit ei has pecunias repositas et destinatas esse viduis, pupillisque sublevandis ab iis qui pauperibus benigne facere vellent per manus pontificis, et totam hanc pecuniam non esse immensam, sicut calumniabatur et detulerat impius Simon; insuper indignum esse, nec ullo modo fieri posse aut debere ut pecuniæ eorum, qui eas templo crediderant, auferrentur per injuriam; sic enim templi apud omnes gentes sancti majestas et securitas violaretur. At Heliodorus respondit se mandata regis accepisse, et omnino ea esse regi deferenda. Constituta autem die intrabat Heliodorus in templum Domini mandata regis executurus, et totam civitatem invaserat trepidatio magna. Gregatim de domibus confluebant, pavidi et solliciti, quia videbant sacram locum in contemptum venturum, si pecuniæ illæ auferrentur. Omnis denique civitas, viri, mulieres, virgines trepidantes et Dominum pro depositis obsecrantes, commiserationem movebant commixtæ multitudinis. At nemo poterat aspicere vultum summi sacerdotis, cujus color immutatus declarabat internum animi dolorem. At vero Heliodorus, cum ipse cum satellitibus accessisset ad ærarium, quod habebat constitutum peragebat. Sed Dominus patrum, atque omnis potentiæ princeps, evidens ingensque miraculum exhibuit, ita ut omnes qui cum Heliodoro eo venire ausi fuerint, potentia Dei consternati, audaciam cum omni consternatione formidineque commutarint. Visus est enim illis equus equitem habens sessorem, pulcherrimo adornatus tegmine, qui incitato impetu, Heliodoro priores ungulas injecit: qui autem insidebat equo, universa instructus armatura aurea cernebatur. Et ante eum conspiciebantur duo juvenes robore decoreque gloriæ præstantes, qui sine intermissione illum flagellabant. Cumque subito collapsus esset humi, multaque circumfusus caligine, correptum eum lecticæ imposuerunt. Eumque qui paulo ante magna cum incursione ac satellitum stipatione peditum in ærarium venerat, ferebant omni armorum suorum ope destitutum, ut qui palam potentiam Dei cognovissent. Et ille quidem divina virtute mutus, et ab omni spe destitutus, atque derelictus, jacebat. Omnes autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum. Tum rogantibus Heliodori amicis, Onias summus pontifex obtulit pro salute ejus et vita hostiam salutarem. Et rursus apparuerunt duo juvenes Heliodoro dicentes: Oniæ sacerdoti gratias age; *nam Dominus in gratiam ipsius tibi vitam largitus est. Tu vero de cœlo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei et potestatem. Hæc cum illi dixissent, e conspectu evanuerunt. Heliodorus autem, cum Domino sacrificium obtulisset, votaque magna nuncupasset ei qui vitam ipsi restituerat, Oniæ gratias agens, ad regem reversus est, et omnia narravit quæ viderat magnalia Dei. Cumque rex Heliodorum interrogasset ecquem censeret idoneum qui denuo Hierosolymam mitteretur, respondit Heliodorus: Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, eum illuc mittito, et recipies flagellatum, si tamen salvus evaserit; nam vere divinum quoddam numen in eo versatur loco. Qui enim domicilium cœleste habitat, ipse est inspector loci illius et defensor, qui cædit ac disperdit venientes nocendi causa et malefaciendi. Igitur de Heliodoro et ærarii custodia, ita res se habet.*

2 *Mac.* 3- 7 Accitum Heliodorum...misit cum mandatis
- 8 Statimque Heliodorus iter est aggressus
-14 Intrabat de his Heliodorus ordinaturus
-23 Heliodorus a. quod decreverat, perficiebat
-25 Isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit
-27 Subito autem Heliodorus concidit in terram
-31 Tunc vero ex amicis Heliodori quidam rogabant
-32 Ne forte rex suspicaretur malitiam... circa Heliodorum
-33 Astantes Heliodoro, dixerunt: Oniæ sacerd.
-35 Heliodorus autem, hostia Deo oblata
-37 Cum a. rex interrogasset Heliodorum
-40 Igitur de Heliodoro... ita res se habet
4- 1 Tanquam ipse Heliodorum ittstigasset
5-18 Sicut Heliodorus, qui missus est a Seleuco

HELIOPOLIS.

Urbs est Ægypti, eadem cum Thebe. Heliopolis, Latine Civitas solis, *sic dicta est quod in ea esset simulacrum et templum solis. Ex urbe hac Pharao rex Ægypti uxorem Josepho dedit filiam Putiphare sacerdotis.*

Gen. 41-45 Filiam Putiphare sacerdotis Heliopoleos
-50 Aseneth filia Putiphare sacerd. Heliopoleos
46-20 Filia Putiphare sacerdotis Heliopoleos
Ezech. 30-17 Juvenes Heliopoleos et Bubasti gladio cadent

HELISUR. *Filius Sedeür.*

Num. 10-18 Quorum princeps erat Helisur filius Sedeür

HELLADA, *id est, Græcia.*

1 *Mac.* 8- 9 Qui erant apud Helladam voluerunt ire

HELLES I.

Filius Azariæ, et pater Elasa, in tribu Juda.

1 *Par.* 2-39 Azarias genuit Helles, et Helles genuit Elasa

HELLES II.

Inter fortissimos viros in exercitu David numeratur Helles de Phaloni.

1 *Par.* 11-27 Sammoth Arorites, Helles Phalonites
27-10 Helles Phallonites de filiis Ephraïm

HELMONDEBLATHAIM.

Quadragesima Israelitarum statio in deserto, inter Dibongad et montes Abarim.

Num. 33-46 Castrametati sunt in Helmondeblathaïm
-47 Egressique de Helmondeblathaïm

HELON.

Anno mundi 2545, *ante J. Ch.* 1509. *Pater Eliab principis tribus Zabulon, quem elegit Dominus ut ipse et Moyses et Aaron principes tribuum numerarent populum Israel, a vigesimo anno et supra, in deserto Sinai. Invocati sunt in tribu Zabulon quinquaginta septem millia quadringenti pugnatorum.*

Num. 1- 9 De Zabulon, Eliab filius Helon
2- 7 In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon
7-24 Tertio die princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Helon
-29 Hæc est oblatio Eliab filii Helon
10-16 In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon

HELON.

Urbs Levitica in tribu Dan; vocatur etiam alibi Aialon.

1 *Par.* 6-58 Sed et Helon et Dabir cum suburbanis suis

HELON.

Urbs sacerdotalis in tribu Juda.

1 *Par.* 6-69 Necnon et Helon cum suburbanis suis

HELON. *Urbs in tribu Ruben.*

Jerem. 48-21 Super Helon, et super Jasa

HEM.

Anno mundi 3534, *Romæ* 234, *ante J. Ch.* 520. *Verbum Domini factum est ad Zachariam, dicentis: Sume a transmigratione per manum Holdai, Tobiæ, Idaiæ et Hem argentum et aurum, quæ quasi donum per eos transmittunt et templo offerunt Judæi, qui olim in Babylonem transmigrarunt, et facies coronas, quas pones in capite Jesu filii Josedech, sacerdotis magni, et loqueris ad eum dicens:* Ecce vir Oriens nomen ejus, *id est, non tibi propter te imponitur corona, sed ut figura sis Christi et ejus typum geras: ex illo germinabit novus populus, et ædificabit templum Domino, id est, illud de quo dicetur:* Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Et postquam coronas capiti Jesu imposueris, detrahes et in templo servabis, ut sint in memoriam eorum qui dederunt, ideoque incides in eis nomina quatuor virorum illorum qui ad eas aurum et argentum obtulerunt. Menochius interpretatur unam fuisse coronam similem tiaræ Romani pontificis, quæ una quidem est, sed tribus coronis recimita. Notandum est etiam eum qui vers.* 10 *dictus est Holdai, hic vocari Helem, et qui ibidem dictus est Josias, hic vocari Hem; erant enim binomii, et hæc nomina breviora potius quam prima illa longiora electa sunt, ut coronis inciderentur.*

Zech. 6-14 Coronæ erunt Helem... et Hem filio Soph.

HEMAN I.

Filius secundus Lothan, e familia Esaü, habitavitque regionem Edom.

Gen. 36-22 Facti sunt a. filii Lotan: Hori et Heman

HEMAN II.

Ezrahita, et de filiis Core. HEMAN III. *Filius Johel. Ambo Heman inter musicorum principes numerantur a Scriptura, et cæteris cantoribus præfecti. Tres erant principes canterum ex tribus familiis Leviticis, scilicet Heman, et Asaph, et Thun. Heman erat ex familia Caath; Asaph, ex familia Gerson; Ethan, ex familia Merari. Ex qualibet harum familiarum erant multi cantores per vices et choros a David distributi, ita tamen ut quotidie ex qualibet familia aliqui essent qui cum aliis ex reliquis familiis coram arca canerent Domino, ita ut tres choros constituerent. Chorus medius erat filiorum Heman, dexter filiorum Asaph, sinister filiorum Ethan.*

4 *Reg.* 4-31 Sapientior Ethan Ezrahita et Heman
1 *Par.* 6-33 De filiis Caath, Heman cantor filius Johel
15-17 Constituerunt que Levitas: Hemam filium Johel
-19 Porro cantores Heman, Asaph, et Ethan
16-41 Et post eum Heman, et Idithun, et reliquos
-42 Heman quoque et Idithun canentes tuba
25- 1 Segregaverunt in ministerium filios Asaph et Heman
- 4 Heman quoque: filii Heman, Bocciaü
- 5 Omnes isti filii Heman Videntis regis Dedit que Deus Heman filios quatuordecim, et filias tres
- 6 Asaph videlicet, et Idithun, et Heman
2 *Par.* 29-14 Necnon de filiis Heman, Jahiel et Semei
35-15 Asaph, et Heman, et Idithun, prophetarum regis

HEMATH.

Urbs Syriæ, vel potius regio.

1 *Par.* 18- 3 Adarezer regem Soba regionis Hemath
- 9 Quod cum audisset Thou rex Hemath

HEMOR.

Princeps Sichimorum. Ejus subditi in Scriptura vocantur filii, quia princeps patriæ pater esse debet. A filiis Hemor centum agnis emit Jacob modum agri parvum, eo quod Sichimitæ non alia lege permittebant eum in suis finibus habitare, nisi quid proprium possideret. Dicitur emisse centum agnis, quod intelligi potest vel permutatione centum agnorum, vel pretio agnorum dato, vel centum nummis, quibus agni figura esset impressa; nam in Actibus Apostolorum cap. 7, *vers.* 16, *dicitur emisse Abraham pretio argenti. Hi textus autem videtur repugnare historiæ Genesis* 23-16, *ubi narratur Abraham sepulcrum emisse ab Ephron, filio Seor, non autem a filiis Hemor, filii Sichem, a quibus tamen, ut habemus Genes.* 23-19, *partem agri in Sichem emit Jacob, non vero Abraham. Respondeo: 1° si pro,* emit Abraham, *legatur,* emit Jacob, *ut nonnulli viri docti legendum putant existimantes mendum in textum irrepsisse, tota sublata esset difficultas. 2° Dici potest vocem,* filius, *id est, filius Abrahæ, subaudiri; pariter sublata esset difficultas. Sed cum omnium textuum fides repugnet, alia solutio quærenda est. Dicendum ergo videtur Ephronis patrem fuisse binomium, et vocatum fuisse Seor et etiam Hemor. Porro Hemor fuit filius Sichem, non illius filius a cujus filiis Jacob emit agrum, sed eo*

longe antiquioris. Hemor autem multos habuit filios, inter quos major et primogenitus videtur fuisse Ephron, qui nomine cæterorum fratrum sepulcrum vendidit Abrahæ. Sichem filius Hemor adamavit Dinam filiam Jacob, rapuit eam, et dormivit cum illa, vi opprimens virginem. Vide insuper DINA.

Gen. 33-19 Emitque... a filiis Hemor patris Sichem
34- 2 Quam cum vidisset Sichem filius Hemor
- 4 Et pergens ad Hemor patrem suum
- 6 Egresso autem Hemor patre Sichem
- 8 Locutus est itaque Hemor ad eos
-18 Placuit oblatio eorum Hemor et Sichem filio
-26 Hemor et Sichem pariter necaverunt
Josue. 24-32 In parte agri quem emerat Jacob a filiis Hemor patris Sichem
Act. 7-16 Pretio argenti a filiis Hemor filii Sichem

HENADAD.

Marc. 15-10 Quod per invidiam tradidissent eum
Rom. 1-29 Plenos invidia, homicidio, contentione
Galat. 5-21 Invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes
Philip. 1-15 Quidam quidem et propter invidiam et contentionem
1 *Tim.* 6- 4 Ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones
Tit. 3- 3 In malitia et invidia agentes, odibiles
Jacob. 4- 5 Ad invidiam concupiscit spiritus qui habitat
1 *Petr.* 2- 1 Et simulationes, et invidias, et omnes detractiones

INVIDUS.

Prov. 23- 6 Ne comedas cum homine invido
Eccli. 6- 1 Et omnis peccator invidus et bilinguis
18-33 Eris enim invidus vitæ tuæ

INVIOLATUS.

Eccli. 46-19 Invocavit Dominum... in oblatione agni inviolati
2 *Petr.* 3-14 Immaculati et inviolati ei inveniri in pace

INVISIBILIS, E.

Tobiæ. 12-19 Sed ego cibo invisibili, et potu... utor
2 *Mac.* 9- 5 Percussit eum insanabili et invisibili plaga
Rom. 1-20 Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi
Colos. 1-15 Qui est imago Dei invisibilis
-16 Visibilia, et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes
1 *Tim.* 1-17 Invisibili, soli Deo, honor et gloria in sæcula sæculorum
Hebr. 4-13 Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus
11- 3 Ut ex invisibilibus visibilia fierent
Hebr. 11-27 Invisibilem enim tanquam videns sustinuit

INVISO.

Deut. 11-12 Quam Dominus Deus tuus semper invisit
Judic. 15- 1 Venit Samson, invisere volens uxorem suam
4 *Reg.* 8-29 Descendit invisere Joram filium Achab
2 *Par.* 22- 6 Rex Juda descendit ut inviseret Joram

INVISUS.

Sap. 11-18 Quæ creavit orbem terrarum ex materia invisa
17-18 Aut ludentium animalium cursus invisus
Eccli. 11- 4 Et absconsa, et invisa opera illius
20-32 Sapientia e. absconsa, et thesaurus invisus
41-17 Et thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque?

INVITO.

1 *Reg.* 9-22 Et dedit eis locum in capite eorum qui fuerant invitati
3 *Reg.* 1-41 Et omnes qui invitati fuerant ab eo
-49 Omnes qui invitati fuerant ab Adonia
Esth. 1- 5 Invitavit omnem populum, qui inventus est in Susan
- 7 Bibebant autem qui invitati erant, aureis poculis
Matth. 22- 3 Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias
- 4 Dicite invitatis : Ecce prandium meum paravi
- 8 Sed qui invitati erant, non fuerunt digni
Luc. 14- 7 Dicebat autem et ad invitatos parabolam
- 8 Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo
-10 Ut, cum venerit qui te invitavit, dicat tibi
-12 Dicebat autem et ei, qui se invitaverat
-17 Dicere invitatis ut venirent, quia jam parata sunt omnia

INVITUS.

1 *Par.* 21- 6 Eo quod Joab invitus exequeretur regis imperium
Sap. 19-14 Quoniam inviti recipiebant extraneos
1 *Cor.* 9-17 Si autem invitus, dispensatio mihi credita est

INVIUS, A, UM.

Esth. 16-24 Sed etiam bestiis invia sit in sempiternum
Job. 12-24 Ut frustra incedant per invium
28- 4 Quos oblitus est pes egentis hominis, et invios
38-27 Ut impleret inviam et desolatam
Psal. 62- 3 In terra deserta, et invia, et inaquosa
106-40 Et errare fecit eos in invio
Isai. 35- 1 Lætabitur deserta et invia, et exultabit solitudo
41-18 Et terram inviam in rivos aquarum
43-19 Ponam in deserto viam, et in invio flumina
-20 Quia dedi in deserto aquas, flumina in invio
Jerem. 2- 6 Qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem et inviam
50-12 Ecce novissima erit in gentibus, deserta, invia, et arens
Ezech. 14-15 Et fuerit invia, eo quod non sit pertransiens propter bestias
15- 8 Et dedero terram inviam et desolatam
19-13 Transplantata est in desertum, in terra invia et sitienti
Osee. 2- 3 Et statuam eam velut terram inviam
Joel. 2-20 Et expellam eum in terram inviam et desertam
Soph. 2-13 Et in invium, et quasi desertum

INVOCATIO.

2 *Mac.* 8-15 Et propter invocationem sancti et magnifici

INVOCO.

De primo sequenti versiculo : Iste (*Enos filius Seth*) cœpit invocare nomen Domini, *plura nobis videntur notanda. 1° Sententia potest esse, eo tempore, auctore et suasore Enos, cœpisse homines passim, et publice certis cæremoniis et conceptis precum formulis Deum colere. 2° Vel tunc cœpit restitui verus Dei cultus, qui propter impietatis diluvium fere interierat. Invocandi enim verbum generaliter complectetur totum Dei cultum. 3° Alii vertunt :* Tunc cœptum est vocari nomine JEHOVA, *hoc est, tunc qui pietatem colebant cœperunt vocari filii Dei, eoque discerni nomine ab iis qui, concupiscentiis suis obsequentes, hominum filii dicebantur.*

Gen. 4-26 Iste cœpit invocare nomen Domini

Gen. 12- 8 Ædificavit quoque ibi altare Domino, et invocavit nomen ejus
13- 4 Et invocavit ibi nomen Domini
21-33 Et invocavit ibi nomen Domini Dei æterni
26-25 Et invocato nomine Domini, extendit tabernaculum
33-20 Invocavit super illud fortissimum Deum Israël
48-16 Et invocetur super eos nomen meum
Exod. 34- 5 Stetit Moyses cum eo, invocans nomen Domini
Num. 6-27 Invocabuntque nomen meum super filios Israël
Deut. 4-26 Testes invoco hodie cœlum et terram
14-23 Ut in eo nomen illius invocetur
26- 2 Ut ibi invocetur nomen ejus
28-10 Quod nomen Domini invocatum sit super te
30-19 Testes invoco hodie cœlum et terram
31-28 Et invocabo contra eos cœlum et terram
32- 3 Quia nomen Domini invocabo
Judic. 10-14 Ite, et invocate deos quos elegistis
15-19 Fons invocantis de maxilla, usque in præs.
16-28 At ille invocato Domino ait : Domine Deus
1 *Reg.* 12-17 Invocabo Dominum, et dabit voces
2 *Reg.* 6- 2 Super quam invocatum est nomen Domini
22- 4 Laudabilem invocabo Dominum
- 7 In tribulatione mea invocabo Dominum
3 *Reg.* 8-43 Omnia pro quibus invocaverit te alienigena Et probent quia nomen tuum invocatum est
-52 In universi pro quibus invocaverint te
18-24 Invocate nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini mei
-25 Et invocate nomina deorum vestrorum
-26 Et invocabant nomen Baal de mane
4 *Reg.* 5-11 Et stans invocaret nomen Domini Dei sui
20-11 Invocavit itaque Isaïas propheta Dominum
1 *Par.* 4-10 Invocavit ergo Jabes Deum Israël, dicens
5-20 Quia Deum invocaverunt cum præliarentur
13- 6 Ubi invocatum est nomen ejus
16- 8 Confitemini Domino, et invocate nomen ej.
21-26 Et invocavit Dominum, et exaudivit eum
2 *Par.* 6-20 Pollicitus es ut invocaretur nomen tuum
-33 Et ficies cuncta, pro quibus invocaverit te Quia nomen t. invocatum est super domum
7-14 Super quos invocatum est nomen meum
14-11 Et invocavit Dominum Deum, et ait
20- 9 In qua invocatum est nomen tuum
Tobiæ. 3-13 Peccata dimittis his, qui invocant te
13-15 Nomen enim magnum invocabunt in te
Judith. 16- 2 Exaltate, et invocate nomen ejus
Esth. 15- 3 Et tu invoca Dominum, et loquere regi
- 5 Cumque... et invocasset omnium rectorem
Job. 9-16 Et cum invocantem exaudierit me
12- 4 Invocabit Deum, et exaudiet eum
27-10 Aut poterit... invocare Deum omni tempore?
Psal. 4- 2 Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiæ
13- 5 Dominum non invocaverunt, illic trepidav.
17- 4 Laudans invocabo Dominum
- 7 In tribulatione mea invocavi Dominum
19- 8 In nomine Domini Dei nostri invocabimus
-10 Et exaudi nos in die, qua invocaverimus te
30-18 Domine, non confundar, quoniam invocavi te
41- 8 Abyssus abyssum invocat, in voce cataract.
49-15 Et invoca me in die tribulationis : eruam te
52- 6 Deum non invocaverunt : illic trepidaverunt
55-10 In quacumque die invocavero te
74- 2 Confitebimur, et invocabimus nomen tuum
78- 6 Regna, quæ nomen tuum non invocaverunt
79-19 Vivificabis nos : et nomen tuum invocabimus
80- 8 In tribulatione invocasti me, et liberavi te
85- 5 Multæ misericordiæ omnibus invocantibus
88-27 Ipse invocabit me : Pater meus es tu
98- 6 Samuël inter eos, qui invocant nomen ejus Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat
101- 3 In quacumque die invocavero te, velociter
104- 1 Confitemini Dom., et invocate nomen ejus
114- 2 Et in diebus meis invocabo
- 4 Et nomen Domini invocavi
115-13 Et nomen Domini invocabo
-17 Et nomen Domini invocabo
117- 5 De tribulatione invocavi Dominum
137- 3 In quacumque die invocavero te, exaudi me
144-18 Prope est Dominus omnibus invocantibus eum : omnibus invocantibus eum in veritate
146- 9 Et pullis corvorum invocantibus eum
Prov. 1-28 Tunc invocabunt me, et non exaudiam
2- 3 Si enim sapientiam invocaveris
Sap. 7- 7 Invocavi, et venit in me spiritus sapientiæ
11- 4 Sitierunt, et invocaverunt te
13-18 Et in adjutorium inutilem invocat
Sap. 14- 1 Ligno portante se, fragilius lignum invocat
Eccli. 2-12 Aut quis invocavit eum, et despexit illum?
13-18 Dilige Deum, et invoca illum in salute tua
36-14 Super quam invocatum est nomen tuum
46- 6 Invocavit Altissimum potentem in oppugn.
-19 Et invocavit Dominum omnipotentem
47- 6 Nam invocavit Dominum omnipotentem
48-22 Et invocaverunt Dominum misericordem
51-14 Invocavi Dominum Patrem Domini mei
Isai. 4- 1 Tantummodo invocetur nomen tuum super nos
- 5 Ubi invocatus est, nubem per diem
12- 4 Confitemini Dom., et invocate nomen ejus
34-12 Regem potius invocabunt
43- 7 Et omnem, qui invocat nomen meum
-22 Non me invocasti, Jacob, nec laborasti in me, Israël
55- 6 Invocate eum, dum prope est
58- 9 Tunc invocabis, et Dominus exaudiet
59- 4 Non est qui invocet justitiam
63-19 Neque invocaretur nomen tuum super nos
64- 7 Non est qui invocet nomen tuum
65- 1 Quæ non invocabat nomen meum
Jerem. 7-10 In qua invocatum est nomen meum
-11 Invocatum est nomen m. in oculis vestris
-14 In qua invocatum est nomen meum
-30 In domo, in qua invocatum est nomen meum
10-25 Quæ nomen tuum non invocaverunt
14- 9 Et nomen tuum invocatum est super nos
15-16 Quon. invocatum est nomen tuum super me
25-29 In qua invocatum est nomen meum
29-12 Et invocabitis me, et ibitis : et orabitis me
32-34 In domo, in qua invocatum est nomen meum
34-15 Invocatum est nomen meum super eam
Thren. 3-55 Invocavi nomen tuum, Domine, de lacu
-57 Quando invocavi te : dixisti : Ne timeas
Baruc. 2-15 Nomen tuum invocatum est super Israël
-26 Posuisti templum, in quo invocatum est nomen tuum in ipso
3- 7 Ut invocemus nomen tuum, et laudemus te
Dan. 9-18 Super quam invocatum est nomen tuum
-19 Nomen tuum invocatum est super civitatem
Osee. 7-11 Ægyptum invocabant, ad Assyrios abierunt
8- 2 Me invocabunt : Deus meus, cognovimus te
Joel. 2-32 Omnis qui invocaverit nomen Domini
Amos. 9-12 Eo quod invocatum sit nomen meum super eos
Jonæ. 1- 6 Surge, invoca Deum tuum, si forte recogitet
Soph. 3- 9 Ut invocent omnes in nomine Domini
1 *Mac.* 7-37 Tu, Domine, elegisti domum istam ad invocandum nomen tuum in ea
2 *Mac.* 3-15 Et invocabant de cœlo eum, qui... legem posuit
-22 Hi quidem invocabant omnipotentem Deum
-31 Ut invocaret Altissimum, ut vitam donaret
7-37 Invocans Deum maturius genti nostræ propitium fieri
8- 2 Et invocabant Dominum, ut respiceret
12- 5 Et invocato justo judice Deo
-15 Invocato magno mundi Principe
-28 Sed, cum omnipotentem invocassent
-36 Invocavit Judas Dominum adjutorem
13-10 Ut die ac nocte Dominum invocarent
14-34 Invocabant eum, qui semper propugnator esset gentis ipsorum
-46 Invocans Dominatorem vitæ ac spiritus
15-21 Prodigia facientem Dominum invocavit
-22 Dixit a. invocans hoc modo : Tu, Domine
-26 Invocato Deo, per orationes congressi sunt
Act. 2-21 Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit
7-58 Et lapidabant Stephanum invocantem
9-14 Alligandi omnes, qui invocant nomen tuum
-21 Nonne hic est, qui expugnabat in Jerusalem eos, qui invocabant nomen istud
15-17 Super quas invocatum est nomen meum
19-13 Tentaverunt... invocare super eos, qui habebant spiritus malos
22-16 Ablue peccata tua, invocato nomine ipsius
Rom. 10-12 Dives in omnes qui invocant illum
-13 Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit
-14 Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt?
1 *Cor.* 1- 2 Cum omnibus qui invocant nomen Domini
2 *Cor.* 1-23 Ego a. testem Deum invoco in animam m.
2 *Tim.* 2-22 Et pacem cum iis qui invocant Dominum
Jacob. 2- 7 Bonum nomen, quod invocatum est super vos
1 *Petr.* 1-17 Et si patrem invocatis eum

INVOLUCRIS.

Ezech. 27-24 Multifariam involucris hyacinthi

INVOLUMENTUM.

Sap. 7- 4 In involumentis nutritus sum, et curis magnis

INVOLVO.

Exod. 14-27 Et involvit eos Dominus in mediis fluctibus
Num. 4- 5 Involventque eo arcam testimonii
- 7 Mensam quoque propositionis involvent hyacinthino pallio
-11 Altare aureum involvent hyacinthino vestimento
-12 Omnia vasa... involvent hyacinthino pallio
-13 Et involvent illud purpureo vestimento
-15 Cumque involverint Aaron et filii ejus Tunc intrabunt filii Caath ut portent involuta
-20 Quæ sunt in sanctuario priusquam involvantur
16-26 Ne involvamini in peccatis eorum
1 *Reg.* 15- 6 Ne forte involvam te cum eo
21- 9 Est involutus pallio post ephod
4 *Reg.* 2- 8 Tulitque Elias pallium suum, et involvit illud
Job. 3- 5 Occupet eum caligo, et involvatur amaritudine
6-18 Involutæ sunt semitæ gressuum eorum
18-11 Formidines, et involvent pedes ejus
37-19 Nos quippe involvimur tenebris
38- 2 Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis?
Prov. 29- 6 Peccantem virum iniquum involvet laqueus
Jerem. 10- 9 Argentum involutum de Tharsis affertur
Ezech. 1- 4 Et nubes magna, et ignis involvens
2- 9 Ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber
16- 4 Nec sale salita, nec involuta pannis
Soph. 1-11 Disperierunt omnes involuti argento
2 *Mac.* 5-18 Nisi contigisset eos multis peccatis esse involutos
Matth. 27-59 Joseph involvit illud in sindone munda
Marc. 15-46 Deponens eum involvit sindone
Luc. 2- 7 Et pannis eum involvit, et reclinavit eum
-12 Invenietis infantem pannis involutum
23-53 Et depositum involvit sindone
Joan. 20- 7 Sed separatim involutum in unum locum
Apoc. 6-14 Et cœlum recessit sicut liber involutus

INVULNERABILIS.

2 *Mac.* 8-36 Et ob ipsum invulnerabiles esse

IOTA.

Syrus habet iod, *atque ita existimandum est Christum dixisse, ut qui Hebræis loqueretur, apud quos* iod *minima est litterarum; sed Græcus interpres pro eo posuit quiddam simile, ut posset a Græcis intelligi.*

Matth. 5-18 Iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant

IPSE, IPSA, IPSUM.

Gen. 2-11 Ipse est qui circuit omnem terram Hevilath

De cætero omittitur, excepto notabiliori loco sequenti:

Rom. 11-36 Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia

Id est, ab ipso *Deo, tanquam omnium rerum essentialiter auctore;* per ipsum, *quasi per conservatorem et custodem, omnia existunt et vivunt; et* ad ipsum, *vel* in ipso, *tanquam ad finem referuntur, id est, ad ejus gloriam.*

IRA I.

Filius Jaïr in Galaad, ex tribu Manasse, et amicus princepsque Davidis et consiliarius, ut est apud nos le premier gentilhomme de la chambre. *Dicitur sacerdos; at verbum* cohen, *indifferenter sacerdotem significat vel principem.*

2 *Reg.* 20-26 Ira autem Jaïrites erat sacerdos David

IRA II.

Filius Acces Thecuites, et inter fortissimos numeratus in exercitu David.

1 *Par.* 11-28 Ira filius Acces Thecuites

IRA III.

Unus e viris fortissimis in exercitu David.

2 *Reg.* 23-38 Ira Jethrites, Gareb et ipse Jethrites
1 *Par.* 11-40 Ira Jethræus, Gareb Jethræus

IRA.

Exod. 15- 7 Misisti iram tuam, quæ devoravit eos
32-12 Quiescat ira tua, et esto placabilis

Num. 16-22 Num uno peccante, contra omnes ira tua desæviet?
-46 Egressa est ira a Domino, et plaga desævit
25-11 Phinees... avertit iram meam a filiis Israël
Deut. 9-19 Timui enim indignationem et iram illius
13-17 Ut avertatur Dominus ab ira furoris sui
29-23 Quas subvertit Dominus in ira et furore suo
-24 Quæ est hæc ira furoris ejus immensa?
-28 Et ejecit eos de terra sua in ira et in furore
32-27 Sed propter iram inimicorum distuli
Josue. 9-20 Ne contra nos ira Domini concitetur
20- 3 Et possit evadere iram proximi, qui ultor est
22-18 Et cras in universum Israël ira ejus desæviet
-20 Et super omnem populum Israël ira ejus incubuit?
1 *Reg.* 20-34 Surrexit ergo Jonathas a mensa in ira furoris
28-18 Neque fecisti iram furoris ejus in Amalec
4 *Reg.* 22-13 Magna e. ira Domini succensa est contra nos
23-26 Non est aversus Dominus ab ira furoris sui
1 *Par.* 27-24 Quia super hoc ira irruerat in Israël
2 *Par.* 12-12 Aversa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt
19- 2 Et idcirco iram quidem Domini merebaris
-10 Ne veniat ira super vos et super fratres vest.
24-18 Et facta est ira contra Judam et Jerusalem
28-13 Et ira furoris Domini imminet super Israël
29-10 Et avertet a nobis furorem iræ suæ
30- 8 Et avertetur a vobis ira furoris ejus
32-25 Et facta est contra eum ira, et contra Judam
-26 Et idcirco non venit super eos ira Domini
1 *Esdr.* 10-14 Donec avertatur ira Dei nostri a nobis
Judith. 8-12 Sed potius qui iram excitet, et furorem accendat
Esth. 5-10 Et dissimulata ira, reversus in domum suam
7-10 Suspensus est itaque Aman... et regis ira quievit
Job. 4- 9 Perisse, et spiritu iræ ejus esse consumptos
6- 2 Peccata mea, quibus iram merui
9-13 Deus, cujus iræ nemo resistere potest
10-17 Et multiplicas iram tuam adversum me
20-23 Ut emittat in eum iram furoris sui
36-13 Simulatores et callidi provocant iram Dei
-18 Non te ergo superet ira, ut aliquem opprimas
Psal. 2- 5 Tunc loquetur ad eos in ira sua, et in furore
-13 Cum exarserit in brevi ira ejus
6- 2 Neque in ira tua corripias me
7- 7 Exurge, Domine, in ira tua: et exaltare
II. 10- 4 Secundum multitudinem iræ suæ non quæret
17- 9 Ascendit fumus in ira ejus: et ignis a facie
-16 Ab inspiratione spiritus iræ tuæ
20-10 Dominus in ira sua conturbabit eos
26- 9 Ne declines in ira a servo tuo
29- 6 Quoniam ira in indignatione ejus
30-10 Conturbatus est in ira oculus meus
36- 8 Desine ab ira, et derelinque furorem
37- 2 Neque in ira tua corripias me
- 4 Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ
54- 4 Et in ira molesti erant mihi
-22 Divisi sunt ab ira vultus ejus
55- 8 Salvos facies illos: in ira populos confringes
57-10 Sicut viventes, sic in ira absorbet eos
58-14 In ira consummationis, et non erunt
68-25 Effunde super eos iram tuam
Et furor iræ tuæ comprehendat eos
75- 8 Et quis resistet tibi? ex tunc ira tua
76-10 Aut continebit in ira sua misericordias suas?
77-17 In iram excitaverunt excelsum in inaquoso
-21 Et ignis accensus est in Jacob, et ira ascendit in Israël
-31 Et ira Dei ascendit super eos
-38 Abundavit ut averteret iram suam
Et non accendit omnem iram suam
-40 In iram concitaverunt eum in inaquoso?
-49 Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem, et iram, et tribulationem
-50 Viam fecit semitæ iræ suæ, non pepercit
-58 In iram concitaverunt eum in collibus suis
78- 6 Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt
82-16 In tempestate tua: et in ira tua turbabis eos
84- 4 Mitigasti omnem iram tuam: avertisti ab ira indignationis tuæ
- 5 Salutaris noster: et averte iram tuam a nobis
- 6 Aut extendes iram tuam a generatione in generationem?
87-17 In me transierunt iræ tuæ: et terrores tui
88-47 Exardescet sicut ignis ira tua?
89- 7 Quia defecimus in ira tua
- 9 Et in ira tua defecimus
-11 Quis novit potestatem iræ tuæ, et præ timore tuo iram tuam (-12) dinumerare?
94-11 Ut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam
101-11 A facie iræ et indignationis tuæ
105-23 Ut averteret iram ejus ne disperderet eos
109- 5 Dominus... confregit in die iræ suæ reges
Psal. 137- 7 Et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam
Prov. 12-16 Fatuus statim indicat iram suam
15- 1 Responsio mollis frangit iram
17-25 Ira patris, filius stultus: et dolor matris
19-12 Sicut fremitus leonis, ita et regis ira
21-14 Munus absconditum extinguit iras
-24 Indoctus, qui in ira operatur superbiam
22- 8 Metet mala, et virga iræ suæ consummabitur
24-18 Et displiceat ei, et auferat ab eo iram suam
26-10 Et qui imponit stulto silentium, iras mitigat
27- 3 Onerosa arena: sed ira stulti utroq. gravior
- 4 Ira non habet misericordiam
30-33 Et qui provocat iras, producit discordias
Eccle. 7- 4 Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus
-10 Quia ira in sinu stulti requiescit
11-10 Aufer iram a corde tuo, et amove malitiam
Sap. 5-21 Acuet autem duram iram in lanceam, et pugnabit
-23 Et a petrosa ira plenæ mittentur grandines
7-20 Naturas animalium, et iras bestiarum
10- 3 Ab hac ut recessit injustus in ira sua, per iram homicidii fraterni deperiit
-10 Hæc profugum iræ fratris justum deduxit
11-10 Cum ira judicati impii tormenta paterentur
-19 Aut novi generis ira plenas ignotas bestias
16- 5 Cum illis supervenit sæva bestiarum ira
- 6 Sed non in perpetuum ira tua permansit
18-20 Sed non diu permansit ira tua
-21 Restitit iræ, et finem imposuit necessitati
-25 Erat enim sola tentatio iræ sufficiens
19- 1 In novissimum sine misericordia ira supervenit
Eccli. 4- 5 Ab inope ne avertas oculos tuos propt. iram
5- 7 Misericordia e. et ira ab illo cito proximant
Et in peccatores respicit ira illius
- 9 Subito enim veniet ira illius
7-18 Memento iræ, quoniam non tardabit
16- 7 Et in gente incredibili exardescet ira
-12 Misericordia enim et ira est cum illo
Potens exoratio, et effundens iram
18-24 Memento iræ in die consummationis
19-28 Est correptio mendax in ira contumeliosi
23-21 Et tertium adducit iram, et perditionem
25-23 Et non est ira super iram mulieris
-29 Mulieris ira, et irreverentia, et confusio
26-11 Mulier ebriosa, ira magna: et contumelia
27-33 Ira et furor, utraque execrabilia sunt
28- 3 Homo homini reservat iram, et a Deo quærit medelam?
- 5 Ipse cum caro sit, reservat iram
-12 Secundum substantiam suam exaltabit iram
31-38 Irritationem, et iram, et ruinas multas facit
36- 8 Excita furorem, et effunde iram
-11 In ira flammæ devoretur qui salvatur
39-28 Sic ira ipsius gentes, quæ non exquisierunt eum, hæreditabit
-29 Sic peccatoribus offensiones in ira ejus
Isai. 7- 4 In ira furoris Rasin regis Syriæ
9-19 In ira Do. exercituum conturbata est terra
13- 3 Et vocavi fortes meos in ira mea
- 9 Crudelis, et indignationis plenus, et iræ
-13 Et propter diem iræ furoris ejus
51-17 Quæ bibisti de manu Dom. calicem iræ ejus
63- 3 Et conculcavi eos in ira mea
Jerem. 4- 8 Quia non est aversa ira furoris Dom. a nobis
-26 A facie Domini, et a facie iræ furoris ejus
12-13 Confundemini.. propter iram furoris Dom.
21- 5 In indignatione, et in ira grandi
25-37 Et conticuerunt arva pacis a facie iræ furoris Domini
-38 Quia facta est terra eorum in desolationem a facie iræ columbæ, et a facie iræ furoris Domini
30-24 Non avertet iram indignationis Dominus
32-37 Ad quas ejeci eos in furore meo, et in ira mea
49-37 Adducam super eos malum, iram furoris
50-13 Ab ira Domini non habitabitur
-25 Et protulit vasa iræ suæ
51-45 Ut salvet unusquisque animam suam ab ira furoris Domini
Thren. 1-12 Ut locutus est Dominus in die iræ furoris sui
2- 3 Confregit in ira furoris sui omne cornu Isr.
4-11 Dominus... effudit iram indignationis suæ
Baruc. 2-13 Avertatur ira tua a nobis
-20 Sed quia misisti iram tuam, et furorem tuum
4- 6 In ira ad iracundiam provocastis Deum
-25 Filii, patienter sustinete iram, quæ supervenit vobis
Ezech. 5-15 Et in indignatione, et in increpationibus iræ
7- 8 Nunc de propinquo effundam iram meam super te
-12 Quia ira super omnem populum ejus
-14 Ira enim mea super universum populum ejus
13-13 Et lapides grandes in ira in consumptionem
Ezech. 19-12 Et evulsa est in ira, in terram que projecta
20- 8 Et implerem iram meam in eis
-21 Et implerem iram meam in eis in deserto
22-20 Sic congregabo in furore meo, et in ira mea, et requiescam
-31 In igne iræ meæ consumpsi eos
25-14 Et facient in Edom juxta iram meam, et furorem meum
35-11 Quia faciam juxta iram tuam, et secundum zelum tuum
38-19 Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum
43- 8 Propter quod consumpsi eos in ira mea
Dan. 2-12 Rex in furore et in ira magna præcepit
3-13 In furore et in ira præcepit ut adducerentur Sidrach, Misach
9-16 Avertatur, obsecro, ira tua, et furor tuus
Osee. 5-10 Super eos effundam quasi aquam iram meam
11- 9 Non faciam furorem iræ meæ
Jonæ. 3- 9 Et revertatur a furore iræ suæ, et non peribimus
Mich. 6-10 Et mensura minor iræ plena
7- 9 Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei
Nahum. 1- 6 Et quis resistet in ira furoris ejus?
Soph. 1-15 Dies iræ dies illa, dies tribulationis et angustiæ
2- 2 Antequam veniat super vos ira furoris Dom.
3- 8 Et effundam... omnem iram furoris mei
Zach. 1-15 Et ira magna ego irascor super gentes opulentas
1 *Mac.* 1-67 Et facta est ira magna super populum valde
2-44 Et percusserunt peccatores in ira sua
-49 Et tempus eversionis, et ira indignationis
3- 8 Et perdidit impios ex eis, et avertit iram ab Israël
7-35 Juravit cum ira, dicens: Nisi traditus fuerit
Et exiit cum ira magna
15-36 Reversus a. cum ira ad regem, renuntiavit ei
Et iratus est rex ira magna
2 *Mac.* 4-25 Venit... et feræ belluæ iram gerens
-40 Turbis autem insurgentibus, et animis ira repletis
5-20 Et qui derelictus in ira Dei omnipotentis est
6-29 In iram conversi sunt propter sermones ab eo dictos
7-38 In fratribus meis desinet Omnipotentis ira
-39 Tunc rex accensus ira, in hunc... desævit
8- 5 Ira enim Do. in misericordiam conversa est
9- 4 Elatus autem in ira, arbitrabatur se, injuriam illorum
Matth. 3- 7 Quis demonstravit vobis fugere a ventura ira?
Marc. 3- 5 Et circumspiciens eos cum ira.. dicit homini
Luc. 3- 7 Quis ostendit vobis fugere a ventura ira?
4-28 Et repleti sunt omnes in synagoga ira
21-23 Pressura magna... et ira populo huic
Joan. 3-36 Non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum
Act. 19-28 His auditis, repleti sunt ira, et exclamaverunt
Rom. 1-18 Revelatur enim ira Dei de cœlo
2- 5 Thesaurizas tibi iram in die iræ
- 8 Iis autem .. ira et indignatio
3- 5 Numquid iniquus est Deus, qui infert iram?
4-15 Lex enim iram operatur
5- 9 Salvi erimus ab ira per ipsum
9-22 Quod si Deus volens ostendere iram Vasa iræ, apta in interitum
10-19 In gentem insipientem, in iram vos mittam
12-19 Non vosmetipsos defendentes, charissimi, sed date locum iræ
13- 4 Vindex in iram ei, qui malum agit
- 5 Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam
Galat. 5- Æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ
Ephes. 2- 3 Et eramus natura filii iræ, sicut et cæteri
4-31 Omnis amaritudo, et ira, et indignatio
5- 6 Propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ
Colos. 3- 6 Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis
- 8 Nunc autem deponite et vos omnia: iram
1 *Thes.* 1-10 Qui eripuit nos ab ira ventura
2-16 Pervenit e. ira Dei super illos usque in finem
5- 9 Quoniam non posuit nos Deus in iram
1 *Tim.* 2- 8 Levantes puras manus sine ira et disceptatione
Hebr. 3-11 Sicut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam
4- 3 Sicut juravi in ira mea
Jacob. 1-19 Tardus a. ad loquendum, et tardus ad iram
-20 Ira enim viri justitiam Dei non operatur
5- 3 Thesaurizastis vob. iram in novissim. diebus
Apoc. 6-16 Et abscondite nos... ab ira Agni
-17 Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum
11-18 Et advenit ira tua, et tempus mortuorum

Apoc. 12-12 Quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam
14- 8 Quæ a vino iræ fornicationis suæ potavit
-10 Et hic bibet de vino iræ Dei
-19 Et misit in lacum iræ Dei magnum
15- 1 Quoniam in illis consummata est ira Dei
16- 1 Ite, et effundite septem phialas iræ Dei in terram
-19 Dare illi calicem vini indignationis iræ ejus
18- 3 Quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt
19-15 Et ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei

IRACUNDIA.

Deut. 4-25 Ut eum ad iracundiam provocetis
9- 7 Ne obliviscaris, quomodo ad iracundiam provocaveris Dominum
-18 Et eum ad iracundiam provocastis
32-16 In abominationibus ad iracundiam concitaverunt
-19 Vidit Dom., et ad iracundiam concitatus est
Judic. 2-12 Et ad iracundiam concitaverunt Dominum
1 *Reg.* 19-21 Et iratus iracundia Saül
3 *Reg.* 14- 9 Ut me ad iracundiam provocares
21-22 Quia egisti, ut me ad iracundiam provocares
2 *Par.* 28-25 Atque ad iracundiam provocavit Dominum
34-25 Ut me ad iracundiam provocarent
1 *Esdr.* 5-12 Postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cœli
2 *Esdr.* 9-26 Provocaverunt autem te ad iracundiam
13-18 Et vos additis iracundiam super Israël
Judith. 5- 2 Furore nimio exarsit in iracundia magna
8-15 Neque... ad iracundiam inflammabitur
9-11 Cadat virtus eorum *in iracundia* tua
Job. 5- 2 Vere stultum interficit iracundia
Psal. 34-20 In iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant
Prov. 14-35 Iracundiam ejus inutilis sustinebit
Eccli. 1-28 Iracundia enim animositatis illius
10-22 Neque iracundia nationi mulierum
26-25 In tertio iracundia mihi advenit
28-12 Sic iracundia illius erit
-23 Qui in iracundiam illius non transivit
30-26 Zelus et iracundia minuunt dies
40- 4 Timor mortis, iracundia perseverans
44-17 Intempore iracundiæ factus est reconciliatio
45-22 Et congregatio Core in iracundia
-23 Et consumpti sunt in impetu iracundiæ
46- 5 An non in iracundia ejus impeditus est sol
47-22 Profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos
48-10 Qui scriptus es... lenire iracundiam Domini
Isai. 1-20 Et me ad iracundiam provocaveritis
30- 9 Populus enim ad iracundiam provocans est
63-10 Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt
65- 3 Populus qui ad iracundiam provocat me
Jerem. 4-17 Quia me ad iracundiam provocavit
7-18 Et me ad iracundiam provocent
-19 Numquid me ad iracundiam provocant
8-19 Quare ergo me ad iracundiam concitaverunt
25- 6 Neque me ad iracundiam provocetis
- 7 Ut me ad iracundiam provocaretis
32-32 Quam fecerunt ad iracundiam me provocantes
44- 3 Ut me ad iracundiam provocarent
Thren. 1-18 Quia os ejus ad iracundiam provocavi
3-42 Et ad iracundiam provocavimus
Baruc. 4- 6 In ira ad iracundiam provocastis Deum
- 9 Vidit e. iracundiam a Deo venientem vobis
Dan. 11-36 Et dirigetur, donec compleatur iracundia
Osee. 12-14 Ad iracundiam me provocavit Ephraïm
Zach. 1- 2 Iratus est Dominus super patres vestros iracundia
8-14 Cum ad iracundiam provocassent patres
Act. 14- 2 Et ad iracundiam concitaverunt animas
Ephes. 4-26 Sol non occidat super iracundiam vestram
6- 4 Nolite ad iracundiam provocare filios vestr.
Apoc. 15- 7 Plenas iracundiæ Dei viventis

IRACUNDUS, A, UM.

Psal. 17-48 Liberator meus de inimicis meis iracundis
Prov. 15-18 Vir iracundus provocat rixas
21-19 Quam cum mulliere rixosa et iracunda
22-24 Noli esse amicus homini iracundo
26-21 Sic homo iracundus suscitat rixas
29-22 Vir iracundus provocat rixas
Eccli. 8-19 Cum iracundo non facies rixam
28-11 Homo enim iracundus incendit litem
Tit. 1- 7 Non superbum, non iracundum, non vinolentum

IRAD *Filius Henoch filii Caïn.*

Gen. 4-18 Porro Henoch genuit Irad, et Irad genuit Maviael

IRASCOR.

Gen. 4- 5 Iratusque est Caïn vehementer
- 6 Dixitq. Dominus ad eum : Quare iratus es ?
18-32 Obsecro, inquit, ne irascaris, Domine
30- 2 Cui iratus respondit Jacob : Num pro Deo ego sum
31-35 Ait : Ne irascatur dominus meus
34- 7 Auditoque quod acciderat, irati sunt valde
39-19 Dominus, et nimium credulus verbis conjugis iratus est valde
40- 2 Iratusque contra eos Pharao
41-10 Iratus rex servis suis, me... retrudi jussit
44-18 Et ne irascaris famulo tuo
45-24 Proficiscentibus ait : Ne irascamini in via
Exod. 4-14 Iratus Dominus in Moysen, ait
11- 9 Et exivit a Pharaone iratus nimis
15-14 Ascenderunt populi, et irati sunt
16-20 Et iratus est contra eos Moyses
32-10 Dimitte me, ut irascatur furor meus contra
-11 Cur, Domine, irascitur furor tuus
-19 Iratusque valde, projecit de manu tabulas
Levit. 10-16 Iratusque contra Eleazar et Ithamar
Num. 11- 1 Quod cum audisset Dominus, iratus est
-10 Iratusque est furor Domini valde
12- 9 Iratusque contra eos, abiit
16-15 Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum
22-22 Et iratus est Deus..Stetitq. Angelus Domini
-27 Qui iratus, vehementius cædebat fuste
24-10 Iratusque Balac contra Balaam
25- 3 Et iratus Dominus, (-4) ait ad Moysen
31-14 Iratusque Moyses principibus exercitus
32-10 Qui iratus juravit, dicens
-13 Iratusque Dominus adversum Israël
Deut. 1-34 Cumq. audisset Dominus... iratus juravit
-37 Cum mihi quoque iratus Dominus.. dixerit
3-26 Iratusque est Dominus mihi propter vos
4-21 Iratusque est Dominus contra me
6-15 Nequando irascatur furor Do. D. tui contra te
7- 4 Irasceturque furor Domini, et delebit te
9- 8 Provocasti eum, et iratus delere te voluit
-20 Adversum Aaron quoq. vehementer iratus
11-17 Iratusque Dominus claudat cœlum
29-27 Iratus est furor Dom. contra terram istam
31-17 Irascetur furor meus contra eum in die illo
Josue. 7- 1 Iratusque est Dominus contra filios Israël
Judic. 2-14 Iratusque Dom. contra Israël, tradidit eos
-20 Iratusque est furor Domini in Israel, et ait
3- 8 Iratusq. contra Israël Dominus tradidit eos
6-39 Ne irascatur furor tuus cont. a me
9-30 Zebul enim princeps... iratus est valde
10- 7 Contra quos Dominus iratus, tradidit eos
14-19 Iratusq. nimis, ascendit in domum patris sui
1 *Reg.* 11- 6 Et iratus est furor ejus nimis
17-28 Iratus est contra David, et ait : Quare venisti?
18- 8 Iratus est autem Saül nimis, et displicuit
19-21 Et iratus iracundia Saül
20- 7 Si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia ejus
-30 Iratus autem Saül adversum Jonathan
29- 4 Irati sunt a. adversus eum principes Phil.
2 *Reg.* 3- 8 Qui iratus nimis propter verba Isboseth
6- 7 Iratusque est indignatione Do. contra Ozam
12- 5 Iratus autem indignatione David
19-42 Cur irasceris super hac re?
22- 8 Fundamenta montium concussa sunt, et conquassata, quoniam iratus est eis
24- 1 Et addidit furor Domini irasci contra Israël
3 *Reg.* 8-46 Quod si... iratus tradideris eos inimicis suis
11- 9 Igitur iratus est Dominus Salomoni
4 *Reg.* 5-11 Iratus Naaman recedebat, dicens : Putabam
13- 3 Iratusque est furor Domini contra Israël
-19 Iratus est vir Dei contra eum, et ait
17-18 Iratusque est Dominus vehementer Israëli
23-26 Quo iratus est furor ejus contra Judam
24-20 Irascebatur enim Dominus contra Jerusal.
1 *Par.* 13-10 Iratus est itaque Dominus contra Ozam
2 *Par.* 6-36 Si... et iratus fueris eis, et tradideris hostibus
16-10 Iratusque Asa adversus Videntem, jussit
25-10 At illi contra Judam vehementer irati
-15 Quem ob rem ira us Dom. contra Amasiam
26-19 Iratusq. Ozias, tenens in manu thuribulum
28- 9 Ecce iratus Dominus Deus patrum vestror.
1 *Esdr.* 7-23 Ne forte irascatur contra regnum regis
9-14 Numquid iratus es nobis usque ad consum.
2 *Esdr.* 4- 1 Cum audisset Sanaballat quod ædificaremus murum, iratus est valde
- 7 Quod cœpissent interrupta concludi, irati sunt nimis
5- 6 Iratus sum nimis cum audissem clamorem
Tobiæ. 1-21 Et iratus multos occideret ex filiis Israël
2-22 Ad hæc uxor ejus irata respondit
3-13 Qui cum iratus fueris, misericordiam facies
Tobiæ. 5-19 Peto ne irascaris quod voluerim cognoscere
Judith. 5-26 Irati sunt omnes magnates Holofernis
6-13 Et quemadmodum ipse Holofernes iratus jusserit eum Israelitis hac de causa tradi
11-17 Et quoniam iratus est illis Deus
Esth. 1-12 Unde iratus rex, et nimio furore succensus
2-21 Irati sunt Bagathan et Thares duo eunuchi
3- 5 Quod Mardochæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus est valde
7- 7 Rex a. iratus surrexit, et de loco convivii
Job. 19-11 Iratus est contra me furor ejus
32- 2 Iratus, indignatusq. est Eliu filius Barachel Iratus est autem adversum Job
- 5 Cum a. vidisset quod tres respondere non potuissent, iratus est vehementer
42- 7 Iratus est furor meus in te, et in duos amicos
Psal. 2-12 Nequando irascatur Dominus, et pereatis
4- 5 Irascimini, et nolite peccare : quæ dicitis
7-12 Numquid irascitur per singulos dies?
17- 8 Et commota sunt, quoniam iratus est eis
59- 3 Iratus es, et misertus es nobis
73- 1 Iratus est furor tuus super oves pascuæ tuæ
78- 5 Usquequo, Domine, irasceris in finem?
79- 5 Quousque irasceris super orationem servi
84- 6 Numquid in æternum irasceris nobis?
98- 1 Dominus regnavit, irascantur populi
102- 9 Non in perpetuum irascetur
105-40 Et iratus est furore Dom. in populum suum
111-10 Peccator videbit, et irascetur
123- 3 Cum irasceretur furor eorum in nos
Prov. 18-14 Spiritum vero ad irascendum facilem quis poterit sustinere?
22-14 Cui iratus est Dominus, incidet in eam
29- 9 Sive irascatur, sive rideat, non inveniet req.
Eccle. 5- 5 Ne forte iratus Deus contra sermones tuos
7-10 Ne sis velox ad irascendum
Eccli. 20- 1 Quam bonum est arguere, quam irasci
28- 8 Memorare timorem Dei, et non irascaris
Isai. 5-25 Ideo iratus est furor Do. in populum suum
8-21 Cum esurierit, irascetur, et maledicet regi s.
12- 1 Confitebor tibi, Domine, quoniam iratus es mihi
28-21 Sicut in valle, quæ est in Gabaon, irascetur
47- 6 Iratus sum super populum meum
54- 9 Juravi *ut non* irascar *tibi, et non* increpem
57-16 Non... litigabo, neq. usque ad finem irascar
-17 Propter iniquitatem avaritiæ ej. iratus sum
64- 5 Ecce tu iratus es, et peccavimus
- 9 Ne irascaris, Domine, satis
Jerem. 3- 5 Numquid irasceris in perpetuum
-12 Et non irascar in perpetuum
37-14 Quam ob rem irati principes contra Jerem.
Thren. 5-22 Repulisti nos, iratus es contra nos vehementer
Ezech. 16-42 Et quiescam, nec irascar amplius
Dan. 14- 7 Et iratus rex vocavit sacerdotes ejus, et ait
-19 Et iratus est rex
Osee. 8- 5 Iratus est furor meus in eos
Jonæ. 4- 1 Et afflictus est Jonas afflictione magna, et iratus est
- 4 Et dixit Dominus : Putas-ne bene irasceris tu super hedera?
- 9 Putas-ne bene irasceris tu? Et dixit : Bene irascor ego usque ad mortem
Nahum. 1- 2 Et irascens ipse inimicis suis
Habac. 3- 2 Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis
- 8 Numquid in fluminibus iratus es, Domine?
Zach. 1- 2 Iratus est Do. super patres vestros iracundia
-12 Usquequo tu non misereberis Jerusalem, et urbium Juda, quibus iratus es?
-15 Et ira magna ego irascor super gentes opulentas : quia ego iratus sum parum
10- 3 Super pastores iratus est furor meus
Malac 1- 4 Populus cui iratus est Dominus usque in æternum
1 *Mac.* 3-27 Iratus est animo : et misit, et congregavit
5- 1 Ut audierunt gentes... iratæ sunt valde
6-28 Et iratus est rex, ut hæc audivit
-59 Propter legitima enim ipsorum, quæ despeximus, irati sunt
9-69 Et iratus contra viros iniquos
11-22 Et ut audivit, iratus est : et statim venit
15-36 Et iratus est rex ira magna
2 *Mac.* 5-17 Modicum Deus fuerat iratus
7- 3 Iratus itaque rex, jussit sartagines... succendi
-33 Dominus Deus noster modicum iratus est
Matth. 2-16 Quoniam illusus esset a Magis, iratus est
5-22 Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit judicio
18-34 Iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus
22- 7 Rex autem cum audisset, iratus est
Luc. 14-21 Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo
Act. 12-20 Erat autem iratus Tyriis, et Sidoniis

Ephes. 4-26 Irascimini, et nolite peccare
Apoc. 11-18 Et iratæ sunt gentes, et advenit ira tua
12-17 Et iratus est draco in mulierem : et abiit

IRIS.

Iris reconciliationis et fœderis signum est. Angelus ergo, qui pacem Dei portat hominibus, et eos ad pœnitentiam invitat, iride coronatur, ne pereant omnes diluvio iræ Dei.

Apoc. 4- 3 Iris erat in circuitu sedis, similis visioni
10- 1 Et iris in capite ejus, et facies ej. erat ut sol

IRRATIONABILIS.

2 *Petr.* 2-12 Hi vero velut irrationabilia pecora

IRRELIGIOSUS.

Eccli. 37-12 Cum viro irreligioso tracta de sanctitate

IRREMEDIABILIS.

Tobiæ. 10- 4 Flebat igitur mater ejus irremediabilibus lacrymis

IRREPREHENSIBILIS, E.

Tobiæ. 10-13 Et se ipsam irreprehensibilem exhibere
Colos. 1-22 Immaculatos, et irreprehensibiles coram ipso
1 *Tim.* 3- 2 Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse
5- 7 Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint
6-14 Irreprehensibile, usque in adventum Dom.
Tit. 2- 8 Verbum sanum, irreprehensibile

IRRETIO.

Prov. 7-21 Irretivit eum multis sermonibus
Isai. 8-15 Et conterentur, et irretientur, et capientur

IRREVERENTI.

Eccli. 23- 6 Animæ irreverenti et infrunitæ ne tradas me

IRREVERENTIA.

Eccli. 23-29 Mulieris ira, et irreverentia, et confusio
26-14 Ab omni irreverentia oculorum ejus cave
27-15 Et irreverentia ipsius obturatio aurium

IRREVOCABILIS.

Ezech. 21- 5 Ut sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua irrevocabilem

IRRIDEO.

2 *Par.* 30-10 Illis irridentibus et subsannantibus eos
2 *Esdr.* 4- 5 Et peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes
Tobiæ. 2-15 Parentes et cognati ej. irridebant vitam ej.
Judith. 12-11 Si fœmina irrideat virum, agendo ut immunis ab eo transeat
Job. 11- 3 Et cum cæteros irriseris, a nullo confutaberis ?
Psal. 2- 4 Qui habitat in cœlis irridebit eos
24- 3 Neque irrideant me inimici mei
36-13 Dominus autem irridebit eum
Prov. 15- 5 Stultus irridet disciplinam patris sui
Sap. 4-18 Illos autem Dominus irridebit
Eccli. 7-12 Non irrideas hominem in amaritudine
20-18 Quoties, et quanti irridebunt eum ?
1 *Mac.* 7-34 Et irridens sprevit eos, et polluit
2 *Mac.* 7-27 Irridens crudelem tyrannum, ait patria voce
Marc. 5-40 Et irridebant eum
Act. 2-13 Alii autem irridentes dicebant : Quia musto pleni sunt isti
17-32 Quidam quidem irridebant
Galat. 6- 7 Nolite errare : Deus non irridetur

IRRIGATIO.

Prov. 3- 8 Sanitas quippe erit umbilico tuo, et irrigatio ossium tuorum

IRRIGO.

Gen. 2- 6 Irrigans universam superficiem terræ
-10 Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum
13-10 Circa regionem Jordanis, quæ universa irrigabatur
Josue. 13- 3 A fluvio turbido, qui irrigat Ægyptum
Job. 5-10 Et irrigat aquis universa
21-24 Medullis ossa illius irrigantur
Eccle. 2- 6 Ut irrigarem silvam lignor. germinantium
Ezech. 17- 7 Ut irrigaret eam de areolis germinis sui
31-14 Nec stabunt... omnia quæ irrigantur aquis
-16 Universa quæ irrigabantur aquis
32- 6 Et irrigabo terram fetore sanguinis tui
Joel. 3-18 Egredietur, et irrigabit torrentem spinarum

IRRIGUUS, A, UM.

Num. 24- 6 Ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula
Deut. 11-10 In hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ
Josue. 15-19 Terram Australem et arentem dedisti mihi, junge et irriguum
Dedit itaque ei Caleb irriguum superius
Judic. 1-15 Arentem dedisti mihi : da et irriguam aquis
Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, et irriguum inferius
Isai. 19- 7 Et omnis sementis irrigua siccabitur, arescet
-10 Et e. unt irrigua ejus flaccentia
58-11 Et eris quasi hortus irriguus, et sicut fons
Jerem. 31-12 Eritque anima eorum quasi hortus irriguus

IRRISIO.

Ezech. 22- 4 Dedi te... irrisionem universis terris

IRRITATIO.

4 *Reg.* 23-26 Propter irritationes, quibus provocaverat
Psal. 94- 9 Sicut in irritatione secundum diem tentationis
Eccli. 31-38 Vinum multum potatum irritationem.. facit
Ezech. 20-28 Et dederunt ibi irritationem oblationis suæ

IRRITATOR.

Ezech. 2- 7 Si forte.. quiescant : quoniam irritatores s.

IRRITATRIX.

Ezech. 24- 3 Dices... ad domum irritatricem parabolam

IRRITO.

Deut. 31-29 Ut irritetis eum per opera manuum vestr.
32-21 Et irritaverunt in vanitatibus suis
Et in gente stulta irritabo illos
3 *Reg.* 14-15 Fecerunt sibi lucos, ut irritarent Dominum
-22 Et irritaverunt eum super omnibus, quæ fecerant
15-30 Propter delictum, quo irritaverat Dominum
16- 2 Ut me irritares in peccatis eorum
- 7 Ad irritandum eum in operibus manuum
-26 Ut irritaret Do. D. Israël in vanitatibus s.
-33 Irritans Dominum Deum Israël super omnes reges Israël
22-54 Et irritavit Dominum Deum Israël
4 *Reg.* 17-11 Fecerunt que verba pessima irritantes Dom.
-17 Et tradiderunt se ut facerent malum coram Domino, ut irritarent eum
21- 6 Ut faceret malum coram Domino et irritaret
-15 Eo quod... et perseveraverint irritantes me
22-17 Irritantes me in cunctis operibus manuum
23-19 Quæ fecerant reges Isr. ad irritandum Dom.
2 *Par.* 33- 6 Multaque mala operatus est coram Domino, ut irritaret eum
Psal. 5-11 Quoniam irritaverunt te, Domine
10-13 Propter quid irritavit impius Deum ?
73-10 Irritat adversarius nomen tuum in finem ?
105- 7 Et irritaverunt ascendentes in mare
-16 Et irritaverunt Moysen in castris
-29 Et irritaverunt eum in adinventionibus suis
-32 Et irritaverunt eum ad aquas contradict.
106-11 Et consilium Altissimi irritaverunt
Eccli. 48- 2 Irritantes illum invidia sua pauci facti sunt
Jerem. 11-17 Quæ fecerunt sibi ad irritandum me
32-29 Libabant diis alienis libamina ad irritandum me
Ezech. 8-17 Conversi sunt ad irritandum me ?
16-26 Et multiplicasti fornicationem tuam ad irritandum me
20- 8 Et irritaverunt me, noluerunt q. me audire
-13 Et irritaverunt me domus Israël in deserto
32- 9 Et irritabo cor populorum multorum
1 *Mac.* 15-40 Et cœpit irritare plebem, et conculcare Jud.
2 *Mac.* 14-27 Et pessimis hujus criminationibus irritatus
1 *Cor.* 13- 5 Non irritatur, non cogitat malum

IRRITUS, A, UM.

Gen. 17-14 Quia pactum meum irritum fecit
Levit. 7-18 Irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti
26-15 Et ad irritum perducatis pactum meum
-44 Et irritum facerem pactum meum cum eis
Num. 6-12 Ita tamen ut dies priores irriti fiant
15-31 Et præceptum illius fecit irritum
30- 3 Non faciet irritum verbum suum
- 6 Et vota et juramenta ejus irrita erunt
- 9 Sin... et irritas fecerit pollicitationes ejus
Deut. 31-16 Et irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo
-20 Et irritum facient pactum meum
Josue. 21-43 Ne unum quidem verbum... irritum fuit
Judic. 2- 1 Ut non facerem irritum pactum meum vobiscum
-20 Quia irritum fecit gens ista pactum meum
3 *Reg.* 15-19 Et peto ut venias, et irritum facias fœdus
1 *Esdr.* 9-14 Ut non... irrita faceremus mandata tua
Esth. 8- 3 Machinationes ej. pessimas, quas excogitaverat contra Judæos, juberet irritas fieri
9-25 Ut conatus ejus, litteris regis irriti fierent
Esth. 10- 5 Nec eorum quidquam irritum fuit
16-17 Unde ea litteras.. sciatis esse irritas
Job. 40- 3 Numquid irritum facies judicium meum
Psal. 88-35 Quæ procedunt de labiis.. non faciam irrita
Isai. 33- 8 Irritum factum est pactum, projecit civitates
44-25 Irrita faciens signa divinorum
Jerem. 11-10 Irritum fecerunt domus Israël et domus Juda pactum meum
14-21 Ne irritum facias fœdus tuum nobiscum
31-32 Pactum, quod irritum fecerunt
33-20 Si irritum potest fieri pactum meum cum die, et pactum meum cum nocte
-21 Pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo
Ezech. 16-59 Juramentum, ut irritum faceres pactum
17-16 Regem, cujus fecit irritum juramentum
Zach. 11-10 Abscidi eam ut irritum facerem fœdus meum
-11 Et in irritum deductum est in die illa
Malac. 2- 8 Irritum fecistis pactum Levi, dicit Dominus
1 *Mac.* 11-36 Et nihil horum irritum erit ex hoc
14-44 Et ne liceat ulli ex populo, et ex sacerdotibus, irritum facere aliquid horum
-45 Qui... irritum fecerit aliquid horum, reus erit
2 *Mac.* 14-28 Si ea, quæ convenerant, irrita faceret
Matth. 15- 6 Et irritum fecistis mandatum Dei
Marc. 7- 9 Bene irritum facitis præceptum Dei
Galat. 3-17 Non irritum facit ad evacuandam promissionem
1 *Tim.* 5-12 Quia primam fidem irritam fecerunt
Hebr. 10-28 Irritam quis faciens legem Moysi

IRROGO.

Levit. 24-19 Qui irrogaverit maculam cuilibet civium s.

IRRUGIO.

Gen. 27-34 Irrugiit clamore magno : et consternatus, ait

IRRUMPO.

2 *Reg.* 19-17 Et irrumpentes Jordanem, ante regem
23-16 Irruperunt ergo tres fortes castra Philisth.
4 *Reg.* 3-26 Ut irrumperent ad regem Edom
Eccli. 7- 6 Nisi valeas virtute irrumpere iniquitates
2 *Mac.* 13-25 Indignantes ne forte fœdus irrumperent
14-43 Cum... et turbæ intra ostia irrumperent

IRRUO.

Gen. 14-15 Et divisis sociis, irruit super eos nocte
15-12 Sopor irruit super Abram, et horror magn.
34-27 Irruerunt super occisos cæteri filii Jacob
46-29 Vidensque eum, irruit super collum ejus
Exod. 15-16 Irruat super eos formido et pavor
Num. 24- 2 Et irruente in se Spiritu Dei
Josue. 2- 9 Etenim irruit in nos terror vester
10- 9 Irruit itaque Josue super eos repente
11- 7 Venitque Josue... ad aquas Merom subito, et irruerunt super eos
Judic. 8-21 Dixeruntque... Tu surge, et irrue in nos
9-33 Mane oriente sole, irrue super civitatem
-43 Surrexit, et irruit in eos (-44) cum cuneo suo
14- 6 Irruit autem Spiritus Domini in Samson
-19 Irruit itaque in eum Spiritus Domini
15-14 Irruit Spiritus Domini in eum
1 *Reg.* 4-19 Irruerant enim in eam dolores subiti
14-36 Irruamus super Philisthæos nocte
22-18 Convertere tu, et irrue in sacerdotes
Irruit in sacerdotes, et trucidavit in die illa
26-12 Quia sopor Domini irruerat super eos
27-10 Dicebat a. ei Achis : In quem irruisti hodie ?
31- 2 Irruerunque Philisthiim in Saül, et in filios
- 4 Arripuit itaque Saül gladium, et irruit super eum
- 5 Irruit etiam ipse super gladium suum
2 *Reg.* 1-15 Ait : Accendens irrue in eum
17- 2 Et irruens super eum... percutiam eum
-12 Et irruemus super eum in quocumque loco
3 *Reg.* 16-10 Irruens ergo Zambri, percussit et occidit
1 *Par.* 10- 4 Arripuit ergo Saül ensem, et irruit in eum
- 5 Irruit etiam ipse in gladium suum
14-13 Alia etiam vice Philisthiim irruerunt
19-17 Et transivit Jordanem, irruitque in eos
27-24 Super hoc ira irruerat in Israel
2 *Par.* 20- 9 Si irruerint super nos mala, gladius judicii
-12 Ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos
-29 Irruit a pavor Dom. super universa regna
22- 1 Latrones Arabum, qui irruerant in castra
Job. 1-15 Et irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia
-19 Ventus vehemens irruit a regione deserti
6-16 Qui timent pruinam, irruet super eos nix
-27 Super pupillum irruitis, et subvertere nitimini
13-11 Turbabit vos, et terror ejus irruet super vos
16-15 Concidit me... irruit in me quasi gigas
20-22 Æstuabit, et omnis dolor irruet super eum

Job. 20-24 Fugiet arma ferrea, et irruet in arcum
30-14 Et aperta janua, irruerunt super me
33-15 Quando irruit sopor super homines
Psal. 58- 4 Irruerunt in me fortes
61- 4 Quousque irruitis in hominem ? interficitis
Prov. 1-27 Cum irruerit repentina calamitas
3-25 Ne paveas.. irruentes tibi potentias impior.
Isai. 3- 5 Et irruet populus, vir ad virum
16- 9 Et super messem tuam vox calcantium irruit
47-11 Et irruet super te calamitas
Jerem. 48-32 Super messem tuam, et vindemiam tuam, prædo irruit
Ezech. 11- 5 Et irruit in me Spiritus Domini, et dixit
13-11 Et dabo lapides prægrandes desup. irruentes
Dan. 10- 7 Sed terror nimius irruit super eos
13-26 Irruerunt per posticum ut viderent quidnam esset
14-29 Vidit ergo rex quod irruerent in eum vehementer
1 *Mac.* 1-32 Et irruit super civitatem repente
2 *Mac.* 11-11 Leonum a. more impetu irruentes in hostes
12-15 Præcipitavit Jericho, irruit ferociter muris
-35 Eques quidam de Thracibus irruit in eum
14-41 Turbis autem irruere in domum ejus
Matth. 7-25 Flaverunt venti, et irruerunt in domum
-27 Flaverunt venti, et irruerunt in domum
Marc. 3-10 Multos e. sanabat, ita ut irruerent in eum
Luc. 1-12 Turbatus est videns, et timor irruit super eum
5- 1 Cum turbæ irruerent in eum, ut audirent

IS, EA, ID.

Gen. 2-19 Adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea

Deinceps omittitur.

ISAAC.

Filius Abraham et Saræ. Isaac risum significat ; sic autem dictus est propter risum Abrahæ , non autem propter risum Saræ , quæ nondum riserat. Postea Sara pariter ridens et gaudens de filio sibi nato hoc nomen jam datum et iterat et confirmat , dicens : Risum fecit mihi Deus. *Natus est Isaac in Geraris , non vero ad quercum Mambre , anno mundi* 2139, *cum centum esset annorum Abraham et nonagenaria Sara. Circumcisus est octavo die. Crevit et ablactatus est cum jam quintum ætatis annum ageret , ut sentit D. Hieronymus ; ut enim eo tempore longior vita , ita infantia productior. Postea vero cœperunt ablactare tertio anno , ut habemus in* 2 *Machab.* 7-27. *Fecit Abraham grande convivium in die ablactationis ejus ; erat enim Hebræis usitatum , ut a conceptione fœtus usque ad ablactationem abstinerent ab uxoribus. Itaque quando infans ablactabatur , quasi instaurato conjugio convivium instruebant. Hoc mater Samuelis fecit , ablactatum deferens Silo cum vitulis tribus , etc. Dicunt tamen alii convivium instructum tempore ablactationis , non autem nativitatis , quod firmiori vitæ jam hæret ablactata proles quam modo nata , quodque alibiliore cibo vesci valet. Quadam die cum vidisset Sara Ismaelem filium Agar ludentem cum filio suo Isaac , indignata est. Ibi animadvertendum est verbum* ludere *in Scriptura aliquando significare idola colere ; aliquando pugnare ; aliquando coire ; ex varia verbi potestate varie ludum Ismaelis cum Isaac interpretantur , sive idola colere quasi joco docuerit , sive rei alicujus turpis sermonem induxerit , sive irriserit , aut vexaverit , aut sibi primogenitorum jura vindicaverit ; haud dubium saltem jocos illos Isaaco noxios persecutionem fuisse , dicente divo Paulo in Epist. ad Galat.* 4-29. *Sara etiam in matrem Ismaelis , filii petulantiam non compescentem invecta est. Divinitus ergo mota postulavit ut illa ancilla ejiceretur una cum filio ; et ejecit illos Abraham. Vide* AGAR *et* ISMAEL. *Postea vero Isaac annum vigesimum quintum agebat ; Deus fidem Abrahæ obedientiamque tentare volens , non ut ipse sciret , sed ut manifestaret hominibus , jussit Isaac immolari in holocaustum. Continuo , sine cunctatione ulla , ignorante Sara ; nam non videtur Abraham indicasse uxori mandatum a Domino acceptum , nec quid esset facturus ; de nocte consurgens , stravit asinum , et duxit filium suum ligna portantem hujusque rei ignarum. Tanta fuit Abrahæ fides , ut , ea suadente et impellente , non dubitaverit Isaac filium suum imoque unigenitum Deo victimam immolare. Fide autem obtulit , sive offerre paratus fuit , credens Deum mortuum filium suscitaturum , ut quod promiserat de innumera prole ex eo nascitura adimpleretur ; ideo in itinere dicit pueris suis comitantibus :* Expectate hic... ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus , revertemur ad vos. *Venerunt igitur simul de Bersabee in montem Moria , ubi Abraham obiter cespite fosso et saxis aliquot coacervatis ædificavit altare , et desuper ligna composuit. Tum filio declaravit voluntatem divinam ; qui mortem non recusavit , sed libenter admisit , quandoquidem ita Deo placitum.* Alligavit eum , et posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, et arripuit gladium ut immolaret filium suum. Et ecce Angelus Domini de cœlo clamavit dicens : Abraham, Abraham; *geminat enim Deus vocem, ne animo incitato pater præveniret ; sic putant Chrysost. et Ambrosius.* Respondit Abraham : Adsum. *Dixitque ei Deus :* Non extendas manum tuam super puerum , neque facias illi quidquam ; nunc cognovi quod times Deum , et non pepercisti unigenito filio tuo propter me. Levavit Abraham oculos , viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus , quem assumens obtulit holocaustum pro filio. *Et locus iste qui prius vocabatur ,* Dominus videt , *appellatus est ,* In monte Dominus videbit, *vel, ut aliqui vertunt ,* In monte Dominus videbitur, *quasi sit prophetia de Christo , qui in isto monte cruci affixus videndus erat. De isto loco inter omnes fere Judæos convenit , quod sit locus in quo Cain et Abel et postea Noe sacrificia obtulerunt ; ibi certe Salomonicum templum fuit extructum , et ita vult Josephus , quasi Isaac esset figura victimarum templi. Mons Moria in multos colles divisus erat , in quorum uno postea extructa fuit arx Sion ; in altero , templum ; in tertio , scilicet Calvariæ , immolatus fuit Christus. Isaac ergo fuit typus Christi , quod lignum ipse portavit ; quod ligatus , et in ligno extensus ; quod in monte Moria et voluntarie oblatus ; quod denique suæ oblationi superstes vixit. Isaac in uxorem duxit Rebeccam filiam Bathuel , quæ peperit ei ex uno partu Esaü et Jacob. Omnem possessionem patris sui Abraham accepit , filiis autem concubinarum data sunt munera. Deus Isaac benedixit post mortem patris. Isaac , fugiens famem , peregrinatur ad Abimelech regem Philisthinorum , et dicit uxorem esse sororem suam , timens ne propter eam occidatur. Vide insuper in Genesi multa de Isaac , et præcipue pastores ejus pro puteis contendentes adversus pastores Geraræ ; altare Deo ab Isaac ædificatum , et invocationem ; fœdus quod iniit cum Abimelech ; Isaacum præcipientem Esaü ut ex venatione coquat pulmentum ; tristitiam Isaac, videntis Jacob præripuisse benedictionem ipsi Esaü , etc., etc., etc. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum ; consumptusque ætate , transivit a statu viventium ad statum mortuorum , et sepelierunt eum Esaü et Jacob filii sui apud Rebeccam , quæ prius obierat. Mortuus est anno mundi* 2318 *ante J. Ch.* 1736, *undecim annis ante descensum Jacob in Ægyptum.*

Gen. 17-19 Pariet tibi filium, vocabisq. nomen ej. Isaac
-21 Pactum vero meum statuam ad Isaac
21- 3 Nomen filii sui, quem genuit ei Sara, Isaac
- 5 Hac quippe ætate patris, natus est Isaac
- 9 Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo
-10 Non enim erit hæres... cum filio meo Isaac
-12 Quia in Isaac vocabitur tibi semen
22- 2 Tolle filium tuum unigenitum... Isaac
- 3 Ducens secum duos juvenes, et Isaac filium
- 6 Et imposuit super Isaac filium suum
- 7 Dixit Isaac patri suo : Pater mi
- 9 Cumque alligasset Isaac filium suum
24- 4 Et inde accipias uxorem filio meo Isaac
-14 Ipsa est quam præparasti filio tuo Isaac
-62 Eo a. tempore deambulabat Isaac per viam
-64 Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit
-66 Cuncta quæ gesserat, narravit Isaac
25- 5 Dedit que Abraham cuncta quæ possederat, Isaac
- 6 Et separavit eos ab Isaac filio suo
- 9 Sepelierunt eum Isaac et Ismaël filii sui
-11 Et post obitum illius benedixit Deus Isaac
-19 Hæ quoque sunt generationes Isaac filii Abraham : Abraham genuit Isaac
Gen. 25-21 Deprecatusq. est Isaac Dominum pro uxore
-26 Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt
-28 Isaac amabat Esaü, eo quod de venationibus illius vesceretur
26- 1 Abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstin.
- 6 Mansit itaque Isaac in Geraris
-12 Sevit autem Isaac in terra illa, et invenit
-16 In tantum, ut ipse Abimelech diceret ad Isaac
-20 Sed et ibi jurgium fuit pastorum Geraræ adversus pastores Isaac
-27 Locutus est eis Isaac : Quid venistis ad me
-31 Dimisitque eos Isaac pacifice in locum suum
-32 Ecce autem venerunt in ipso die servi Isaac
-35 Quæ ambæ offenderant animum Isaac et Rebeccæ
27- 1 Senuit a. Isaac, et caligaverunt oculi ejus
-20 Rursumq. Isaac ad filium suum : Quomodo
-21 Dixitque Isaac : Accede huc, ut tangam te
-22 Dixit Isaac : Vox quidem, vox Jacob est
-30 Vix Isaac sermonem impleverat
-33 Expavit Isaac stupore vehementi
-37 Respondit Isaac : Dominum tuum illum constitui
-39 Motus Isaac, dixit ad eum : In pinguedine
-46 Dixitque Rebecca ad Isaac : Tædet me vitæ
28- 1 Vocavit itaque Isaac Jacob, et benedixit
- 5 Cumque dimisisset eum Isaac
-13 Do. Deus Abraham patris tui, et Deus Isaac
31-18 Pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan
-42 Nisi... et timor Isaac affuisset mihi
-53 Juravit ergo Jacob per timorem patris sui Isaac
32- 9 Dixitque Jacob : Deus patris mei Abraham, et Deus patris mei Isaac
35-12 Terramque quam dedi Abraham et Isaac
-27 Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre
-28 Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum
46- 1 Et mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac
48-15 Ambulaverunt patres mei Abraham et Isaac
-16 Nomina quoque patrum meorum Abraham et Isaac
49-31 Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca conjuge
50-23 Ad terram, quam juravit Abraham, Isaac
Exod. 2-24 Fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac et Jacob
3- 6 Ego sum... Deus Abraham, Deus Isaac
-15 Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, misit me ad vos
-16 Apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob
4- 5 Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob
6- 3 Qui apparui Abraham, Isaac, et Jacob
- 8 Ut darem eam Abraham, Isaac, et Jacob
32-13 Recordare Abraham, Isaac, et Israël
33- 1 Quam juravi Abraham, Isaac, et Jacob
Levit. 26-42 Quod pepigi cum Jacob, et Isaac, et Abraham
Num. 32-11 Pollicitus sum Abraham, Isaac, et Jacob
Deut. 1- 8 Super qua juravit Dominus patribus vestris Abraham, Isaac, et Jacob
6-10 Pro qua juravit patribus tuis, Abraham, Isaac, et Jacob
9- 5 Pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac
-27 Recordare... Abraham, Isaac, et Jacob
29-13 Sicut juravit patribus tuis, Abraham, Isaac
30-20 Juravit.. Abraham, Isaac, et Jacob, ut daret eam illis
34- 4 Hæc est terra pro qua juravi Abraham, Isaac
Josue. 24- 4 Et dedi ei Isaac : Illique rursum dedi Jacob
3 *Reg.* 18-36 Domine Deus Abraham, et Isaac, et Israël
4 *Reg.* 13-23 Quod habebat cum Abraham, et Isaac, et Jacob
1 *Par.* 1-28 Filii autem Abraham : Isaac, et Ismahel
-34 Genuit autem Abraham Isaac : cujus fuerunt filii
16-16 Et juramenti illius cum Isaac
29-18 Domine Deus Abraham, et Isaac, et Israël
2 *Par.* 30- 6 Revertimini ad Dom. D. Abraham et Isaac
Tobiæ. 7-15 Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob
Judith. 8-23 Sic Isaac, sic Jacob, sic Moyses
Psal. 104- 9 Et juramenti sui ad Isaac
Eccli. 44-24 In Isaac eodem modo fecit propter Abraham
Jerem. 33-26 Principes seminis Abraham, Isaac, et Jacob
Baruc. 2-34 Quam juravi... Abraham, Isaac, et Jacob
Dan. 3-35 Propter... et Isaac servum tuum
2 *Mac.* 1- 2 Quod locutus est ad Abraham, et Isaac
Matth. 1- 2 Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Jacob
8-11 Recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jac.
22-32 Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac
Marc. 12-26 Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac
Luc. 3-34 Qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrah.

Luc. 13-28 Cum videritis Abraham, et Isaac, et Jacob
20-37 Deum Abraham, et Deum Isaac, et Deum
Act. 3-13 Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jac.
7- 8 Et sic genuit Isaac, et circumcidit eum die octavo : et Isaac, Jacob : et Jacob, duodecim patriarchas
-32 Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob
Rom. 9- 7 Sed in Isaac vocabitur tibi semen
-10 Ex uno concubitu habens, Isaac patris nost.
Galat. 4-28 Secundum Isaac promissionis filii sumus
Hebr. 11- 9 In casulis habitando, cum Isaac et Jacob
-17 Fide obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur
-18 Quia in Isaac vocabitur tibi semen
-20 Fide et de futuris benedixit Isaac Jacob, et Esaü
Jacob. 2-21 Offerens Isaac filium suum super altare

ISAAR I *et* JESAAR.

Filius secundus Caath, paterque Core, Levites et princeps familiæ Isaaritarum. Vocatur alibi Aminadab. Dicitur etiam Jesaar, Num. 3-19.

Exod. 6-18 Filii Caath : Amram, et Isaar, et Hebron
-21 Filii quoque Isaar : Core, et Nepheg
Num. 3-19 Filii Caath : Amram et Jesaar, Hebron
16- 1 Ecce autem Core filius Isaar, filii Caath
1 *Par.* 6- 2 Filii Caath : Amram, Isaar, Hebron, et Oziel
-18 Filii Caath : Amram, et Isaar, et Hebron
-38 Filii Isaar, filii Caath, filii Levi, filii Israël
23-18 Filii Isaar : Salomith primus

ISAAR II.

Filius Assur, filii Hesron, filii Phares, filii Juda ex Thamar. Mater Isaar istius vocabatur Halaa prima uxor Assur patris Thecuæ.

1 *Par.* 4- 7 Porro filii Halaa : Sereth, Isaar, et Ethnan

ISAAR III *vel* ISAARI.

Pater Salemoth. Isaar iste probabiliter est Isaar filius Caath, et Salemoth probabiliter est is qui cap. 23-18 *vocatur Salomith.*

1 *Par.* 24-22 Isaari vero filius Salemoth

ISAARITÆ *et* JESAARITÆ.

Num. 3-27 Cognatio Caath habebit populos Amramitas et Jesaaritas
1 *Par.* 26-23 Amramitis, et Isaaritis, et Hebronitis
-29 Isaaritis vero præerat Chonenias, et filii ejus

ISAI.

Quem Græci Jesse vocant. Filius Obed filii Booz, et pater David secundi regis Israel. In 1 *Paralip. tantum septem Isai filii nominantur, cum tamen ex aliis locis sacræ Scripturæ octo fuisse constet. Vide* 1 *Reg.* 16-10, *ubi dicitur Isai adduxisse septem filios suos coram Samuele, eoque pronuntiante inter eos non esse electum Domini, jussisse vocari Davidem natu minimum, qui pascebat oves. Erat ergo octavus. Cur unus hic prætereatur divinari non potest. Unus fortasse mortuus erat priusquam David ad regnum perveniret. Hebræi putant adoptatum fuisse ab Isai filium Samma. At nihil certi. Primus ergo fuit Eliab; secundus, Abinadab; tertius, Samma; quartus, Nathanael; quintus, Raddai; sextus Asom; septimi nomen proditum non est; octavus, David. Habuit etiam duas filias : Sarviam nempe, et Abigail, quæ particulatim nominantur; licet enim Scriptura non soleat per mulieres genealogias texere, tamen duæ Davidis sorores et earum liberi numerantur, qui materno genere clariores fuerunt, quam paterno; nam Joab, Abisai, et Asael haud semel filii Sarviæ appellantur, eorum vero patris, cui Sarvia nupsit, nomen nusquam proditur. Virga quæ egressa est de radice Jesse, est beata Virgo Maria; et flos qui de radice ejus ascendit, est Christus Dominus : ad stirpem enim Davidis pertinebant beata Virgo et Christus.*

Ruth. 4-17 Obed : hic est pater Isaï, patris David
-22 Obed genuit Isaï, Isaï genuit David
1 *Reg.* 16- 1 Veni, ut mittam te ad Isaï Bethlehemitem
- 3 Et vocabis Isaï ad victimam
- 5 Sanctificavit ergo Isaï et filios ejus
- 8 Et vocavit Isaï Abinadab, et adduxit eum
- 9 Adduxit autem Isaï Samma, de quo ait
-10 Adduxit itaque Isaï septem filios suos coram Samuele : et ait Samuël ad Isaï : Non elegit Dominus ex istis
-11 Dixitque Samuël ad Isaï : Numquid jam Et ait Samuël ad Isaï : Mitte, et adduc
1 *Reg.* 16-18 Ecce vidi filium Isaï Bethlehemitem scientem psallere
-19 Misit ergo Saül nuntios ad Isaï
-20 Tulit itaque Isaï asinum plenum panibus
-22 Misitque Saül ad Isaï, dicens : Stet David
17-17 Dixit autem Isaï ad David filium suum
-20 Et onustus abiit, sicut præceperat ei Isaï
-58 Filius servi tui Isaï Bethlehemitæ ego sum
20-27 Cur non venit filius Isaï, nec heri, nec hodie
-30 Numquid ignoro quia diligis filium Isaï ?
-31 Omnibus e. diebus, quibus filius Isaï vixerit
22- 7 Numquid omnib. vobis dabit filius Isaï agros?
- 8 Et filius meus fœdus inierit cum filio Isaï
- 9 Vidi, inquit, filium Isaï in Nobe, apud Ach.
-13 Quare conjurastis adversum me, tu et filius Isaï ?
25-10 Quis est David ? et quis est filius Isaï ?
2 *Reg.* 20- 1 Non est nobis pars in David, neque hæreditas in filio Isaï
23- 1 Dixit David filius Isaï : Dixit vir
3 *Reg.* 12-16 Vel quæ hæreditas in filio Isaï ?
1 *Par.* 2-12 Booz vero genuit Obed, qui et ipse genuit Isaï
-13 Isaï autem genuit primogenitum Eliab
10-14 Transtulit regnum ejus ad David filium Isaï
12-18 Tui sumus, o David, et tecum, fili Isaï
29-26 Igitur David filius Isaï regnavit
2 *Par.* 10-16 Non est nobis... hæreditas in filio Isaï
11-18 Abihaïl quoque filiam Eliab filii Isaï

ISAIAS I.

Inter quatuor majores Prophetas primus nominatur Isaïas, cujus nomen Hebraïce interpretatur, SalusDomini. *Propheta sanctus magnus et fidelis in conspectu Dei ab Ecclesiastico vocatur, qui id quoque addit de eo :* Spiritu magno *et prophetico* vidit ultima, *id est, quæ ultimis temporibus erant futura et ad Christum pertinentia,* et consolatus est lugentes in Sion, *Ezechiam nempe et Judæos ob Sennacherib timore perculsos; viros etiam pios sui temporis ærumnas et scelera deplorantes, quos prænuntiatione adventus Messiæ ad spem erexit :* Usque in sempiternum ostendit futura et abscondita antequam evenirent. *Isaias vir fuit per omnia magnus et ab synagoga et ab Ecclesia maximi meriti habitus : primo quidem, splendore generis; nam Amosi, fratris Amasiæ regis Juda, fuit filius; secundo, vitæ sanctitate, ut ejus scripta testantur; tertio, eloquentia,* quippe vir nobilis et urbanæ eloquentiæ, nec habens quidpiam in eloquio rusticitatis admixtum; unde accidit, ut præ cæteris, florem sermonis ejus, translatio non potuerit conservare, *inquit sanctus Hieronymus; quarto, constantia in adversis et gloriosa morte; quippe quem serra lignea ab impio rege Manasse dissectum, ejus monita quasi molesta aspernato, communis fert Hebræorum traditio,* ut docent uterque Talmud, *Justinus martyr, Tertullianus, Hieronymus, Basilius, et alii. Hanc ergo Judæorum traditionem si sequamur, sanctique Hieronymi sententiæ accedamus, qui hunc ab anno vigesimo quinto Osiæ regis, prophetandi munus auspicatum fuisse scribit, integro fere sæculo eum hoc munere functum reperiemus; cum verisimile non sit Manassen in tantum virum nisi cumulata demum malitia, insanisse.* Deinde hoc etiam adjiciendum, *ait Hieronymus,* quod non tam propheta, quam Evangelista dicendus sit. Ita enim universa Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosecutus est, ut non eum putes de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. *Prophetavit autem Isaias in Jerusalem, et in Judæa, necdum decem tribubus in captivitatem ductis; ac de utroque regno, nunc commixtim, nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiam, et post Babylonicam captivitatem reditum populi significet in Judæam, tamen omnis ei cura de vocatione gentium et de adventu Christi est. De Isaïa fere omnes intelligunt quod ait sanctus Paulus in Epistola ad Hebræos,* 11-37 :... secti sunt. *Tum vero annos circiter centum et triginta natus erat Isaias.*

4 *Reg.* 19- 2 Ad Isaïam prophetam filium Amos
- 5 Venerunt ergo servi regis Ezechiæ ad Isaïam
- 6 Dixitq. eis Isaïas : Hæc dicetis domino vest.
-20 Misit autem Isaïas filius Amos ad Ezechiam
20- 1 Venit ad eum Isaïas filius Amos, propheta
- 4 Antequam egrederetur Isaïas mediam partem atrii
- 7 Dixitque Isaïas : Afferte massam ficorum
4 *Reg.* 28- 8 Dixerat autem Ezechias ad Isaïam : Quod erit signum ?
- 9 Cui ait Isaïas : Hoc erit signum a Domino
-11 Invocavit itaque Isaïas propheta Dominum
-14 Venit autem Isaïas propheta ad regem
-16 Dixit itaq. Isaïas Ezechiæ : Audi sermonem
-19 Dixit Ezechias ad Isaïam : Bonus sermo
2 *Par.* 26-22 Scripsit Isaïas filius Amos, propheta
32-20 Et Isaïas filius Amos prophetes
-32 Scripta sunt in visione Isaïæ filii Amos
Eccli. 48-23 Purgavit eos in manu Isaïæ sancti prophetæ
-25 Quam mandavit illi Isaïas propheta magnus
Isai. 1- 1 Visio Isaïæ filii Amos, quam vidit
2- 1 Verbum, quod vidit Isaïas filius Amos
7- 3 Dixit Dominus ad Isaïam : Egredere
13- 1 Onus Babyl., quod vidit Isaïas filius Amos
20- 2 Locutus est Dom. in manu Isaïæ filii Amos
- 3 Sicut ambulavit servus meus Isaïas nudus
37- 2 Ad Isaïam filium Amos prophetam
- 5 Venerunt servi regis Ezechiæ ad Isaïam
- 6 Et dixit ad eos Isaïas : Hæc dicetis
-21 Misit Isaïas filius Amos ad Ezechiam
38- 1 Introïvit ad eum Isaïas filius Amos
- 4 Factum est verbum Domini ad Isaïam
-21 Jussit Isaïas ut tollerent massam de ficis
39- 3 Introïvit autem Isaïas propheta
- 5 Dixit Isaïas ad Ezechiam : Audi verbum
- 8 Dixit Ezechias ad Isaïam : Bonum verbum
Matth. 3- 3 Qui dictus est per Isaïam prophetam
4-14 Ut adimpleretur quod dictum est per Isaïam
8-17 Ut adimpleretur quod dictum est per Isaïam
12-17 Ut adimpleretur quod dictum est per Isaïam
13-14 Et adimpletur in eis prophetia Isaïæ
15- 7 Bene prophetavit de vobis Isaïas
Marc. 1- 2 Sicut scriptum est in Isaïa propheta
7- 6 Bene prophetavit Isaïas de vobis hypocritis
Luc. 3- 4 In libro sermonum Isaïæ prophetæ
4-17 Et traditus est illi liber Isaïæ prophetæ
Joan. 1-23 Sicut dixit Isaïas propheta
12-38 Ut sermo Isaïæ prophetæ impleretur
-39 Non poterant credere, quia iterum dixit Isaïas
-41 Hæc dixit Isaïas, quando vidit gloriam ejus
Act. 8-28 Legensque Isaïam prophetam
-30 Audivit eum legentem Isaïam prophetam
28-25 Spiritus sanctus locutus est per Isaïam prophetam
Rom. 9-27 Isaïas autem clamat pro Israël
-29 Sicut prædixit Isaïas : Nisi Dominus
10-16 Isaïas enim dicit : Domine, quis credidit auditui nostro ?
-20 Isaïas autem audet, et dicit : Inventus sum
15-12 Et rursus Isaïas ait : Erit radix Jesse

ISAIAS II.

Filius Rahabia, paterque Joram. Ipse et fratres ejus erant super thesauros sanctorum, quæ sanctificaverat David rex, et principes familiarum.

1 *Par.* 26-25 Rahabia, et hujus filius Isaïas, et hujus filius Joram

ISAIAS III.

Inter principes familiarum, qui ascenderunt cum Esdra in regno Artaxerxis regis de captivitate Babylonis, nominatur, de filiis Alam, Isaïas filius Athaliæ.

1 *Esdr.* 8- 7 De filiis Alam, Isaïas filius Athaliæ, et cum eo septuaginta viri

ISAIAS IV.

Levites ex familia Merari, qui cum Esdra ascendit de Babylone.

1 *Esdr.* 8-19 Et cum eo Isaïam de filiis Merari

ISAIAS V.

Pater Etheel de tribu Benjamin. Inter principes populi qui habitaverunt in Jerusalem post Judæorum reditum cum Nehemia de captivitate Babylonis, inscribitur Isaïas iste.

2 *Esdr.* 11- 7 Filius Masia, filius Etheel, filius Isaïa

ISARI.

Levites, princepsque quartæ classis inter viginti quatuor classes cantorum quos instituit David rex.

1 *Par.* 25-11 Quarta (*sors exiit*) Isari, filiis et fratribus

ISBAATH.

Sacerdos e stirpe Eleazari. Cui exiit sors decima quarta, quando David instituit classes et ordinem familiarum sacerdotalium et Leviticarum.

1 *Par.* 24-13 Decima quarta (*exivit sors*) Isbaath

ISBOSETH.

Filius Saül regis Israel, anno mundi 2979, *ante J. Ch.* 1075. *Post mortem Saül, Abner filius Ner, princeps exercitus Saül, tulit Isboseth filium Saül, et circumduxit eum per castra, regemque constituit super universum Israel. Quadragesimum ætatis annum impleverat Isboseth filius Saül, cum regnare cœpit super Israel, et duobus annis regnavit in pace, antequam bella inter utramque domum, nempe domum Israel, et domum Juda, exorirentur; sola enim domus Juda sequebatur David. Regnavit autem tam in pace quam in bello, quandiu regnavit David in Hebron, scilicet annis septem et mensibus sex. Interfectus est a duobus latronum principibus, Rechab et Baana, qui ingressi latenter domum Isboseth, eum super lectum in conclavi dormientem, percusserunt in inguine; sublatumque caput ejus attulerunt ad David in Hebron. Scelestis autem istis pedes et manus adhuc vivis præcidi jussit David, postea suspendi eos sic mutilatos super piscinam Hebron. Caput autem Isboseth tulerunt servi David, et sepelierunt in sepulcro Abner in Hebron anno mundi* 2986, *ante J. Ch.* 1068. *Tunc venerunt ad David universæ tribus Israel.*

2 *Reg.* 2- 8 Abner... tulit Isboseth filium Saül
-10 Quadraginta ann. erat Isboseth filius Saül
-12 Et pueri Isboseth filii Saül, de castris
-15 Ex parte Isboseth filii Saül
3- 7 Dixitque Isboseth ad Abner
- 8 Qui iratus nimis propter verba Isboseth
-14 Misit a David nuntios ad Isboseth
-15 Misit ergo Isboseth, et tulit eam a viro suo
4- 1 Audivit autem Isboseth filius Saül
- 5 Ingressi sunt fervente die domum Isboseth
- 8 Et attulerunt caput Isboseth ad David in Hebron
Dixeruntque ad regem : Ecce caput Isboseth filii Saül
-12 Caput a. Isboseth tulerunt, et sepelierunt

ISCARIOTES

Hebraïce interpretatur Vir occisionis, *vel* exterminationis *vel* mortis. *Sic cognominatur Judas ille Christi nostri proditor. Sunt qui Ischariotem dictum existiment, per* ch *scribentes, alii Issachariotem, quod de tribu Issachar esset; alii quasi* ish Carioth, *id est, vir oppidi Carioth, quod in tribu Juda fuisse discimus ex libro Josuë* 15-25; *alii ex quodam vico tribus Ephraim qui diceretur Iscarioth.*

Matth. 10- 4 Et Judas Iscariotes, qui et tradidit eum
26-14 Abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes
Marc. 3-19 Et Judam Iscariotem, qui et tradidit illum
14-10 Et Judas Iscariotes unus de duodecim, abiit
-43 Adhuc eo loquente : venit Judas Iscariotes
Luc. 6-16 Et Judam Iscariotem, qui fuit proditor
22- 3 Intravit autem Satanas in Judam, qui cognominabatur Iscariotes
Joan. 6-72 Dicebat a. Judam Simonis Iscariotem
12- 4 Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus
13- 2 Ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ
-26 Cum intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotæ
14-22 Dicit ei Judas, non ille Iscariotes

ISMAEL I *et* ISMAHEL.

Anno mundi 2125, *ante J. Ch.* 1929. *Filius Abraham et Agar Ægyptiæ ancillæ Saraï. Natus est Ismael in domo Abraham ad quercum Mambre, juxta Hebron, annis quatuordecim ante nativitatem Isaac. Putat sanctus Chrysostomus Agar genere Ægyptiam, fuisse religione Hebræam, Saraï a Pharaone donatam. Accepit eam Abraham legitimam quidem, sed secundariam uxorem, et hujusmodi uxores vocantur in sacris Litteris concubinæ. Agar videns se concepisse, despexit dominam suam, quæ puniit ejus insolentiam, permittente Abraham. Ideoque fugiens Agar, petebat patriam suam Ægyptum, quando Angelus Domini invenit illam in via Sur in deserto, qui dixit ad illam :* Agar ancilla Saraï... revertere ad dominam tuam, *et potestati illius atque correctioni te subde; plurimum enim multiplicabo semen tuum...* Ecce concepisti et paries filium; vocabisque nomen ejus Ismaël. Hic erit ferus homo *instar onagri, intractabilis, solivagus et incertis sedibus errans. Ipse omnes infestabit et ab omnibus infestabitur, habitabitque coram omnibus suis fratribus, finesque suos extendet contra eos aspectantes et non valentes impedire. Domum reversa est ergo Agar veniamque a dominis impetravit. Peperit filium Abrahæ, qui credens Agar ipsi affirmanti nomen Ismael ab Angelo inditum, vocavit eum Ismael.* Octoginta et sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismaëlem. *Circumcisus est Ismael anno ætatis suæ decimo tertio. Hinc* (*teste Josepho, lib.* 1, *cap.*12) *Saraceni et Agareni desumpsere ritum circumcidendi suos anno ætatis* 13, *aperte a lege Dei Abrahæ data recedentes, Gen.* 17-12. *Jam annum agebat decimum septimum, cum vidit Sara illum ludentem cum Isaac* (*vide quod diximus ad verbum* Isaac), *dixitque Sara ad Abraham : Ejice ancillam hanc et filium ejus; quia non hæreditabit filius ancillæ hujus cum filio meo Isaac. Hæc autem petitio valde displicuit Abrahæ propter filium suum Ismaelem. Et dixit Deus ad Abraham :* Non tibi videatur asperum super puero et super ancilla tua; omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus; *posteri enim tui, qui descendent ex te per Isaac, non qui per Ismaelem, Abrahæ filii vocabuntur, et ex illis, non ex Ismaele, benedictum semen orietur. Surrexit itaque Abraham mane, et dimisit Agar et puerum ejus. Crevit Ismael, Deus illi affuit, illique favit in gratiam patris Abrahæ, et moratus est in solitudine, factusque est juvenis sagittarius. Habitavitque in deserto Pharan, trans Arabiam, et accepit illi mater sua uxorem de terra Ægypti, quæ peperit ei duodecim filios et filiam. Hæc sunt nomina eorum in vocabulis et generationibus suis : primogenitus Ismaelis Nabajoth, deinde Cedar, Abdeel, Mabsam, Masma, Duma, Massa, Hadar, Hadad, Thema, Jethur, Naphis, et Cedma; duodecim principes tribuum. Filia Ismaelis nominabatur Makeleth, vel Maheleth, vel etiam Basemath, quæ fuit uxor Esaü. Mortuus est Ismael anno ætatis suæ* 137.

Gen. 16-11 Paries filium : vocabisq. nomen ejus Ismaël
-15 Peperitque Agar Abræ filium : qui vocavit nomen ejus Ismaël
-16 Quando peperit ei Agar Ismaëlem
17-18 Utinam Ismaël vivat coram te
-20 Super Ismaël quoque exaudivi te
-23 Tulit a. Abraham Ismaël filium suum
-25 Ismaël filius tredecim annos impleverat
-26 Circumcisus est Abraham et Ismaël filius
25- 9 Sepelierunt eum Isaac et Ismaël filii sui
-12 Hæ sunt generationes Ismaël
-13 Primogenitus Ismaëlis Nabajoth, deinde Cedar
-16 Isti sunt filii Ismaëlis : et hæc nomina
-17 Facti sunt anni vitæ Ismaëlis centum triginta septem
28- 9 Ivit ad Ismaëlem, et duxit uxorem Maheleth filiam Ismaël filii Abraham
36- 3 Basemath quoque filiam Ismaël
1 *Par.* 1-28 Filii autem Abraham : Isaac et Ismahel
-29 Primogenitus Ismahelis, Nabajoth, et Cedar
-31 Hi sunt filii Ismahelis
Judith. 2-13 Filios Ismaël, qui erant contra faciem deserti

ISMAHEL II.

Anno mundi 3446, *Romæ* 146, *ante J. Ch.* 608. *Filius Nathaniæ, e regio semine, scelestissimus vero hominum. Existimans enim, si Godoliam interficeret, quem constituerat præsidem Judææ rex Babylonis Nabuchodonosor, ipsum fore regem, venit cum decem viris in Maspha ad Godoliam qui convivio excepit eos. In medio autem convivio surrexit Ismahel et decem sicarii qui cum illo erant et interfecerunt Godoliam et omnes Judæos, et Chaldæos, et viros bellatores qui erant ibi cum Godolia. Secundo die postquam Ismahel occiderat Godoliam, invenit viros octoginta munera et thus afferentes ad domum Domini, et interfecit eos, decem tantum exceptis, projecitque cadavera eorum in lacum; et captivas duxit reliquias populi, filias Sedeciæ regis, populumque universum, et abiit ut transiret et duceret ad filios Ammon. Johanan vero filius Caree persecutus est eum. Fugit Ismahel cum octo viris, et Johanan reduxit omnes captivos et captivas ab Ismahel captos in Maspha. Rati autem Chaldæorum regem nullo discrimine in Judæos omnes, quasi Godoliæ et Chaldæorum necis auctores, ultorem exercitum missurum, introierunt Ægyptum.*

4 *Reg.* 25-23 Ismahel filius Nathaniæ, et Johanan filius Caree
-25 Venit Ismahel filius Nathaniæ, filii Elisamæ de semine regio
Jerem. 40- 8 Ismahel filius Nathaniæ, et Johanan et Jonathan
-14 Rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nathaniæ
-15 Ibo, et percutiam Ismahel filium Nathaniæ
-16 Falsum enim tu loqueris de Ismahel
41- 1 Venit Ismahel filius Nathaniæ, filii Elisama
- 2 Surrexit a. Ismahel filius Nathaniæ
- 3 Et viros bellatores percussit Ismahel
- 6 Egressus ergo Ismahel filius Nathaniæ
- 7 Interfecit eos Ismahel... circa medium laci
- 8 Dixerunt ad Ismahel : Noli occidere nos
- 9 Lacus autem, in quem projecerat Ismahel omnia cadavera
Ipsum replevit Ismahel filius Nath. occisis
-10 Et captivas duxit Ismahel omnes reliquias
Et cepit eos Ismahel... et abiit ut transiret
-11 Audivit autem Johanan... omne malum, quod fecerat Ismahel
-12 Profecti sunt ut bellarent adversum Ismahel
-13 Omnis populus, qui erat cum Ismahel
-14 Omnis populus, quem ceperat Ismahel
-15 Ismahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris
-16 Quas reduxerat ab Ismahel filio Nathaniæ
-18 Quia percusserat Ismahel... Godoliam

ISMAEL *vel* ISMAHEL III.

Tertius filius Asel de familia Saül.

1 *Par.* 8-38 Asel sex filii fuerunt his nominibus, Ezricam, Bocru, Ismaël
9-44 Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bocru, Ismahel

ISMAHEL IV.

Pater Zabadiæ. Princeps in tribu regia.

2 *Par.* 19-11 Porro Zabadias filius Ismahel, qui est dux

ISMAHEL V.

Filius Johanan. Unus e centurionibus qui buscum fœdus iniit Joiada, circumeuntibus Judam, ut congregarent Levitas de cunctis urbibus Juda et principes familiarum Israel, qui venerunt in Jerusalem, et agnoverunt regem Joas absconditum ab uxore Joiadæ.

2 *Par.* 23- 1 Assumpsit centuriones... Ismahel filium Johanan

ISMAEL VI.

Uxorem alienigenam duxerat Ismael iste filius Pheshur, quam jubente Esdra dimisit.

1 *Esdr.* 10-22 De filiis Pheshur, Elioënaï, Maasia, Ismaël

ISMAELITÆ *et* ISMAHELITÆ.

Populi sunt progeniti ab Ismaele filio Abrahæ ex Agar ancilla, quos Moyses (*ut quidam dicunt*) *Madianitas vocat, Eusebius vero Agarenos et Saracenos. Madianitæ simul cum Ismaelitis in eodem comitatu erant, quando fratres Joseph eum vendiderunt. Propter hanc societatem eos Moyses modo Madianitas, modo Ismaelitas vocat; Ismaelitæ vero et Madianitæ, distinctæ gentes, diversas in Arabia sedes habebant.*

Gen. 37-25 Viderunt Ismaëlitas viatores venire de Galaad
-27 Melius est ut venumdetur Ismaëlitis
-28 Vendiderunt eum Ismaëlitis, viginti argenteis
39- 1 Emitque eum Putiphar... de manu Ismaëlitarum
Judic. 8-24 Inaures enim aureas Ismaëlitæ habere consueverant
1 *Par.* 2-17 Cujus pater fuit Jether Ismahelites
27-30 Super camelos vero, Ubil Ismahelites
Psal. 82- 7 Tabernacula Idumæorum et Ismahelitæ

ISMIEL.

Duxerat uxorem alienigenam, quam postea dimisit, suadente Esdra post reditum e captivitate.

1 *Par.* 4-36 Asaïa, et Adiel, et Ismiel, et Banaïa

ISRAEL.

Nomen Jacob, inditum ei ab Angelo. Vide Jacob. *Nomen hoc totam nunc Hebræorum gentem, non partem tantum demonstrat; totam ut plurimum ante Salomonem; partem tantum postea. Post Salomonem etenim Hebræorum regnum, quod et Israel, in duas divisum partes; una Judæ nomen assumpsit, cujus fuit metropolis Jerusalem; altera, cujus fuit metropolis Samaria, nomen Israel retinuit, quod in hanc ultimam ex duodecim tribubus Israel decem*

secesserint, in prima duæ tantum remanserint sub nomine Judæ, propter tribum Judam, regiam, fortissimam, et omnium nobilissimam. Et ex hac totius regni divisione, qui primum Hebræi et Israelitæ in universum appellati, ii tandem in Israelitas et Judæos divisi sunt; et aliquando hi sub illo, aliquando illi sub altero nomine comprehensi sunt. Sed hæc nomina tam frequentia describuntur in utroque Testamento, ut pene nulla pagina ab alterutro vacet.

Gen. 32-28 Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israel
-32 Non comedunt nervum filii Israël
33-20 Invocavit super illud fortissim. Deum Israël
34- 7 Quod fœdam rem operatus esset in Israel
35-10 Non vocaberis ultra Jacob, sed Israël erit nomen tuum
Et appellavit eum Israël
36-31 Antequam haberent regem filii Israël
37- 3 Israël autem diligebat Joseph super omnes
-13 Dixit ad eum Israel : Fratres tui pascunt
43- 6 Dixit eis Israël : In meam hoc fecistis miseriam
-11 Igitur Israël pater eorum dixit ad eos
45-21 Feceruntque filii Israel ut eis mandatum
46- 1 Profectusque Israël cum omnibus quæ habebat
- 8 Hæc sunt autem nomina filiorum Israël
47-27 Habitavit ergo Israël in Ægypto
-31 Quo jurante, adoravit Israel Deum
48-10 Oculi enim Israël caligabant præ nimia senectute
-13 Posuit Ephraïm... ad sinistram Israël
-20 In te benedicetur Israël, atque dicetur
49- 2 Audite, filii Jacob, audite Israël patrem
- 7 Et dispergam eos in Israël
-16 Dan judicabit... sicut et alia tribus in Israël
-24 Inde pastor egressus est lapis Israël

Exod. 1- 1 Hæc sunt nomina filiorum Israël
- 7 Filii Israël creverunt, et quasi germinantes multiplicati sunt
- 9 Ecce populus filiorum Israël multus
-13 Oderuntque filios Israel Ægyptii
2-23 Et ingemiscentes filii Israel, propter opera
-25 Et respexit Dominus filios Israël
3- 9 Clamor ergo filiorum Israël venit ad me
-10 Ut educas populum meum, filios Israël
-11 Quis sum ego ut..educam filios Israel de Æg.
-13 Ecce ego vadam ad filios Israël
-14 Sic dices fil.is Israël: Qui est, misit me ad vos
-15 Hæc dices filiis Israel : Dominus Deus
-16 Vade, et congrega seniores Israël
-18 Ingredierisque tu, et seniores Israël
4-22 Filius meus primogenitus Israël
-29 Et congregaverunt cunctos seniores filiorum Israël
-31 Audieruntque quod visitasset Dominus filios Israël
5- 1 Hæc dicit Dominus Deus Israël
- 2 Ut audiam vocem ejus, et dimittam Israël
Et Israël non dimittam
-15 Veneruntque præpositi filiorum Israël
-19 Videbantq. se præpositi filior. Israël in malo
6- 5 Ego audivi gemitum filiorum Israël
- 6 Dic filiis Israël : Ego Do. qui educam vos
- 9 Narravit ergo Moyses omnia filiis Israel
-11 Ut dimittat filios Israël de terra sua
-12 Respondit...Ecce filii Israel non audiunt me
-13 Et dedit mandatum ad filios Israël
Ut educerent filios Israël de terra Ægypti
-14 Filii Ruben primogeniti Israëlis : Henoch
-27 Qui loquuntur... ut educant filios Israel de Ægypto
7- 2 Loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israël de terra sua
- 4 Educam exercitum et populum meum filios Israël de terra Ægypti
- 5 Et eduxerim filios Israël de medio eorum
9- 4 Faciet Do. mirabile inter possessiones Israël
- 6 De animalibus vero filiorum Israël nihil omnino periit
- 7 Nec erat quidquam mortuum de his quæ possidebat Israël
-26 Ubi erant filii Israël, grando non cecidit
-35 Nec dimisit filios Israël, sicut præceperat
10-20 Nec dimisit filios Israël
-23 Ubicumque autem habitabant filii Israël
11- 7 Apud omnes autem filios Israël non mutiet canis
Dividat Dominus Ægyptios et Israël
-10 Nec dimisit filios Israël de terra sua
12- 3 Loquimini ad univ. cœtum filiorum Israël
- 6 Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israël

Exod. 12-15 Quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israël
-19 Qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Israël
-21 Vocavit a. Moyses o. seniores filior. Israël
-27 Quando transivit super domos filior. Israël
-28 Et egressi filii Israël fecerunt sicut præcep.
-31 Egredimini a populo meo, vos et filii Israël
-35 Feceruntque filii Israel sicut præceperat
-37 Profectique sunt filii Israel de Ra.. esse
-42 Hanc observare debent omnes filii Israël
-47 Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud
-50 Feceruntque omnes filii Israël sicut præcep.
-51 Eadem die eduxit Dominus filios Israël
13- 2 Quod aperit vulvam in filiis Israël
-18 Et armati ascenderunt filii Israël de terra Ægypti
-19 Eo quod adjurasset filios Israël, dicens
14- 2 Loquere filiis Israël : Reversi castrametentur e regione
- 3 Dicturusque est Pharao super filiis Israël
- 5 Ut dimitteremus Israël, ne serviret nobis
- 8 Et persecutus est filios Israël
-10 Levantes filii Israël oculos, viderunt Ægypt.
-15 Loquere filiis Israël ut proficiscantur
-16 Ut gradiantur filii Israel in medio mari
-19 Qui præcedebat castra Israël, abiit post eos
-22 Et ingressi sunt filii Israël per medium sicci maris
-25 Dixerunt ergo Ægyptii : Fugiamus Israëlem
-29 Filii autem Israël perrexerunt per medium sicci maris
-30 Liberavitque Dominus in die illa Israël
15- 1 Tunc cecinit Moyses et filii Israël carmen
-19 Filii autem Israël ambulaverunt per siccum
-22 Tulit autem Moyses Israël de mari Rubro
-27 Venerunt autem in Elim filii Israël
16- 1 Et venit omnis multitudo filiorum Israël in desertum Sin
- 2 Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysen
- 3 Dixerunt filii Israël ad eos : Utinam mortui
- 6 Dixeruntque Moyses et Aaron ad omnes filios Israël
- 9 Dic universæ congregationi filiorum Israël
-10 Cumque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israël
-12 Audivi murmurationes filiorum Israël
-15 Quod cum vidissent filii Israël
-17 Feceruntque ita filii Israël : et collegerunt
-31 Appellavitq. domus Israel nomen ejus, Man
-35 Filii autem Israel comederunt Man quadraginta annis
17- 1 Igitur profecta omnis multitudo filiorum Israël de deserto
- 5 Et sume tecum de senioribus Israël
- 6 Fecit Moyses ita coram senioribus Israël
- 7 Tentatio, propter jurgium filiorum Israël
- 8 Et pugnabat contra Israel in Raphidim
-11 Cumque levaret Moyses manus, vincebat Israël
18- 1 Omnia quæ fecerat Deus Moysi, et Israëli populo suo, et quod eduxisset Dominus Israël de Ægypto
- 8 Quæ fecerat Dominus Pharaoni et Ægyptiis propter Israël
- 9 Super omnib. bonis, quæ fecerat Do. Israëli
-12 Veneruntq. Aaron et omnes seniores Israël
-25 Et electis viris strenuis de cuncto Israël
19- 1 Mense tertio egressionis Israel de terra Æg.
- 2 Ibique Israël fixit tentoria e regione montis
- 3 Hæc dices domui Jacob, et annuntiabis filiis Israël
- 6 Hæc sunt verba quæ loqueris ad filios Israël
20-22 Hæc dices filiis Israël : Vos vidistis
24- 1 Et septuaginta senes ex Israël, et adorabitis
- 4 Ædificavit altare... et duodecim titulos per duodecim tribus Israël
- 5 Misitque juvenes de filiis Israël, et obtulerunt holocausta
- 9 Ascenderuntque Moyses... et septuaginta de senioribus Israël
-10 Et viderunt Deum Israël : et sub pedibus...
-11 Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israël
-17 Erat autem species gloriæ Domini... in conspectu filiorum Israël
25- 2 Loquere filiis Israël, ut tollant mihi prim.
-22 Inde præcipiam.. cuncta quæ mandabo per te filiis Israël
27-20 Præcipe filiis Israël ut afferant tibi oleum
-21 Perpetuus erit cultus per successiones eorum a filiis Israël
28- 1 Cum filiis suis de medio filiorum Israël
- 9 Et sculpes in eis nomina filiorum Israël

Exod. 28-11 Sculpes eos nominibus filiorum Israël
-12 Memoriale filiis Israël. Portabitque Aaron
-21 Habebuntque nomina filiorum Israël
-29 Portabitque Aaron nomina filiorum Israël
-30 Gestabit judicium filiorum Israël in pectore
-38 Quæ obtulerunt et sanctificav. filii Israël
29-28 Jure perpetuo a filiis Israel : quia primitiva
-43 Ibique præcipiam filiis Israël, et sanctificab.
-45 Et habitabo in medio filiorum Israël, eroque eis Deus
30-12 Quando tuleris summam filiorum Israël
-16 Susceptamque pecuniam, quæ collata est a filiis Israël
-31 Filiis quoq. Israël dices: Hoc oleum unctionis
31-13 Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Videte
-16 Custodiant filii Israël sabbatum, et celebrent illud
-17 Inter me et filios Israël, signumq. perpetuum
32- 4 Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt
- 8 Isti sunt dii tui, Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti
-13 Recordare Abraham, Isaac, et Israël
-20 Et dedit ex eo potum filiis Israël
-27 Quibus ait : Hæc dicit Dominus Deus Israël
33- 5 Dixitq. Do. ad Moysen : Loquere filiis Israel
34-23 In conspectu omnipotentis Dom. Dei Israel
-27 Quibus et tecum et cum Israël pepigi fœdus
-30 Videntes autem Aaron et filii Israël cornutam Moysi faciem
-32 Venerunt ad eum etiam omnes filii Israël
-34 Et tunc loquebatur ad filios Israel omnia
35- 1 Igitur congregata omnis turba filiorum Israel
- 4 Ad omnem catervam filiorum Israël
-20 Egressaque omnis multitudo filiorum Israël
-29 Cuncti filii Israël voluntaria Domino dedicaverunt
-30 Dixitque Moyses ad filios Israël : Ecce, vocavit Dominus
36- 3 Tradidit eis universa donaria filior. Israël
39- 6 Sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israël
- 7 In monimentum filiorum Israël
-31 Feceruntque filii Israel cuncta quæ præceperat Dominus
-42 Obtulerunt filii Israël, sicut præceperat
40-34 Proficiscebantur filii Israel per turmas suas
-36 Videntibus cunctis populis Israël

Levit. 1- 2 Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Homo, qui obtulerit
4- 2 Loquere filiis Israël: Anima, quæ peccaverit
-13 Quod si omnis turba Israel ignoraverit
7-23 Loquere filiis Israël : Adipem ovis, et bovis
-29 Loquere filiis Israël, dicens : Qui offert
-34 Tuli a filiis Israel de hostiis eorum pacificis
-36 Et quæ præcepit eis dari Dominus a filiis Israel
-38 Quando mandavit filiis Israël ut offerrent
9- 1 Aaron et filios ejus, ac majores natu Israel
- 3 Et ad filios Israel loqueris : Tollite hircum
10- 6 Fratres vestri, et omnis domus Israël, plangant incendium
-11 Docueatisq. filios Israel omnia legitima mea
-14 Reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israel
11- 2 Dicite filiis Israël : Hæc sunt animalia quæ
12- 2 Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Mulier
15- 2 Loquimini filiis Israël, et dicite eis : Vir, qui
-31 Docebitis ergo filios Israel ut caveant imm.
16- 5 Suscipietque ab universa multitudine filiorum Israël duos hircos
-16 Et expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israël
-17 Pro domo sua, et pro universo cœtu Israël
-19 Et sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israël
-21 Confiteatur omnes iniquitates filiorum Israël
-34 Ut oretis pro filiis Israël, et pro cunctis peccatis eorum
17- 2 Loquere Aaron et filiis ejus, et cunctis filiis Israël
- 3 Homo quilibet de domo Israël, si occiderit bovem
- 5 Ideo sacerdoti offerre debent filii Israël hostias suas
- 8 Et ad ipsos dices : Homo de domo Israël
-10 Homo quilibet de domo Israël
-13 Homo quicumque de filiis Israel
-14 Unde dixi filiis Israël
18- 2 Loquere filiis Israël, et dices ad eos
19- 2 Loquere ad omnem cœtum filiorum Israël
20- 2 Hæc loqueris filiis Israël : Homo de filiis Israël, et de advenis qui habitant in Israël
21-24 Locutus est ergo Moyses ad Aaron... et ad omnem Israël

Levit. 22- 2 Ut caveant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israël
- 3 Quæ obtulerunt filii Israël Domino
-15 Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israël
-18 Loquere ad Aaron et filios ejus et ad omnes filios Israël
Homo de domo Israël, et de advenis
-32 Ut sanctificer in medio filiorum Israël
23- 2 Loquere filiis Israël, et dices ad eos
-10 Loquere filiis Israël, et dices ad eos
-24 Loquere filiis Israël : Mense septimo
-34 Loquere filiis Israël : A quinto decimo
-42 Qui de genere est Israël, manebit in tabernaculis
-43 Quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israël
-44 Super solemnitatibus Dom. ad filios Israël
24- 2 Præcipe filiis Israël, ut afferant tibi oleum
- 8 Mutabuntur coram Domino suscepti a filiis Israël
-10 Quem pepererat de viro Ægyptio inter filios Israël
-15 Et ad filios Israël loqueris
-23 Locutusque est Moyses ad filios Israël
Feceruntque filii Israël sicut præceperat Dominus Moysi
25- 2 Loquere filiis Israël, et dices ad eos
-33 Pro possessionibus sunt inter filios Israël
-46 Filios Israël ne opprimatis per potentiam
-55 Mei enim sunt servi, filii Israël, quos eduxi
26-45 Quas dedit Dominus inter se et filios Israël
27- 2 Loquere filiis Israël, et dices ad eos
-34 Quæ mandavit Dom. Moysi ad filios Israël

Num. 1- 2 Tollite summam universæ congregationis filiorum Israël
- 3 Omnium virorum fortium ex Israël
-16 Per tribus... et capita exercitus Israël
-20 De Ruben primogenito Israëlis per generat.
-45 Omnis numerus filiorum Israël per domos
-49 Neq. pones summam eorum cum filiis Israël
-52 Metabuntur autem castra filii Israël
-53 Ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israël
-54 Fecerunt ergo filii Israël juxta omnia
2- 2 Castrametabuntur filii Israël, per gyrum
-32 Hic numerus filiorum Israël, per domos
-33 Levitæ autem non sunt numerati inter filios Israël
-34 Feceruntque filii Israël juxta omnia
3-10 Aaron et filiis ejus, quibus traditi sunt a filiis Israël
-12 Ego tuli Levitas a filiis Israël pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Israël, eruntque Levitæ mei
-13 Sanctificavi mihi quidquid primum nascitur in Israël
-38 Habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israël
-40 Numera primogenitos sexus masculini de filiis Israël
-41 Pro omni primogenito filiorum Israël
-42 Recensuit Moyses... primogenitos filiorum Israël
-45 Tolle Levitas pro primogenitis filior. Israël
-46 Numerum Levitarum de primogenitis filiorum Israël
-50 Pro primogenitis filiorum Israël, mille trecentorum
4-46 Ad nomen Moyses, et Aaron, et principes Israël
5- 2 Præcipe filiis Israël, ut ejiciant de castris
- 4 Feceruntque ita filii Israël, et ejecerunt eos
- 6 Loquere ad filios Israël : Vir, sive mulier
- 9 Omnes quoque primitiæ, quas offerunt filii Israël
-12 Loquere ad filios Israël, et dices ad eos
6- 2 Loquere ad filios Israël, et dices ad eos
-23 Sic benedicetis filios Israël, et dicetis eis
-27 Invocabuntque nomen meum super filios Israël
7- 2 Obtulerunt principes Israël et capita famil.
-84 Hæc... oblata sunt a principibus Israël
8- 6 Tolle Levitas de medio filiorum Israël
- 9 Convocata omni multitudine filiorum Israël
-10 Ponent filii Israël manus suas super eos
-11 Munus in conspectu Domini a filiis Israël
-14 Separabis de medio filiorum Israël
-15 Dono donati sunt mihi a filiis Israël
-16 Quæ aperiunt omnem vulvam in Israël
-17 Mea sunt e. omnia primogenita filiorum Isr.
-18 Pro cunctis primogenitis filiorum Israël
-19 Ut serviant mihi pro Israël in tabernaculo
-20 Aaron et omnis multitudo filiorum Israël
9- 2 Faciant filii Israël Phase in tempore suo

Num. 9- 4 Præcepitque Moyses filiis Israël ut facerent Phase
- 5 Juxta omnia quæ mandaverat Dominus Moysi, fecerunt filii Israël
- 7 Offerre Domino in tempore suo inter filios Israël
-10 Loquere filiis Israël : Homo qui fuerit immundus
-17 Tunc proficiscebantur filii Israël
-19 Erant filii Israël in excubiis Domini
-22 Manebant filii Israël in eodem loco
10- 4 Venient ad te principes, et capita multitudinis Israël
-12 Profectique sunt filii Israël per turmas suas
-28 Et profectiones filiorum Israël per turmas
-29 Quia Dominus bona promisit Israël
-36 Revertere, Domine, ad multitudinem exercitus Israël
11- 4 Junctis sibi pariter filiis Israël, et ait
-16 Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israël, quos tu nosti
-24 Congregans septuaginta viros de senibus Israël, quos stare fecit
-30 Et majores natu Israël in castra
13- 3 Terram Chanaan, quam daturus sum filiis Israël
-25 Eo quod botrum portassent inde filii Israël
-27 Ad omnem cœtum filiorum Israël in desertum Pharan
-33 Detraxeruntque terræ... apud filios Israël
14- 2 Et murmurati sunt... cuncti filii Israël
- 5 Proni in terram coram omni multitudine filiorum Israël
- 7 Et ad omnem multitudinem filiorum Israël
-10 Super tectum fœderis cunctis filiis Israël
-27 Querelas filiorum Israël audivi
-39 Locutusque est... ad omnes filios Israël
15- 2 Loquere ad filios Israël, et dices ad eos
-17 Loquere filiis Israël, et dices ad eos
-25 Rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israël
-26 Et dimittetur universæ plebi filiorum Israël
-32 Cum essent filii Israël in solitudine
-38 Loquere filiis Israël, et dices ad eos
16- 2 Aliique filiorum Israël ducenti quinquaginta
- 9 Separavit vos Deus Israël ab omni populo
-25 Surrexitque Moyses... sequentibus eum senioribus Israël
-34 At vero omnis Israël, qui stabat per gyrum
-38 Ut cernant ea pro signo et monimento filii Israël
-40 Ut haberent postea filii Israël, quibus commonerentur
-41 Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israël
17- 2 Loquere ad filios Israël, et accipe ab eis virgas
- 5 Cohibebo a me querimonias filiorum Israël
- 6 Locutusque est Moyses ad filios Israël
- 9 Protulit ergo... ad cunctos filios Israël
-10 Ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israël
-12 Dixerunt autem filii Israël ad Moysen : Ecce
18- 5 Ne oriatur indignatio super filios Israël
- 6 Dedi vobis...Levitas de medio filiorum Israël
- 8 Omnia quæ sanctificantur a filiis Israël
-11 Primitias autem, quas voverint et obtulerint filii Israël, tibi dedi
-14 Omne quod ex voto reddiderint filii Israël
-19 Quas offerunt filii Israël Domino
-20 Ego pars et hæreditas tua in medio filiorum Israël
-21 Filiis a. Levi dedi omnes decimas Israëlis
-22 Ut non accedant ultra filii Israël ad tabern.
-26 Cum acceperitis a filiis Israël decimas
-32 Ne polluatis oblationes filiorum Israël
-27 Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem
10- 1 Hæ sunt generationes filiorum Noë, Sem, Cham, et Japheth
- 2 Filii Japheth: Gomer, et Magog
-21 De Sem quoque... fratre Japheth majore
1 *Par.* 1- 4 Noë, Sem, Cham, et Japheth
- 5 Filii Japheth: Gomer, et Magog

JAPHETH.

Portum Joppe intelligit Serarius, qui nunc Jaffa appellatur, idque ex Græco confirmatur, in quo additur: Super habitantes maritimam aram, *scilicet maris Mediterranei. Alii dicunt esse Saphar in Arabia Felice.*

Judith. 2-15 A Cilicia, usque ad fines Japheth

JAPHIA I.

Rex Lachis, quem captum in spelunca, et inde extractum, suspendi jussit Josue.

Josue. 10- 3 Ad Japhia quoque regem Lachis

JAPHIA II.

Rex David, eo consilio ut multos haberet filios qui domorum sunt firmamenta, utque sibi præcipuas Israelitarum familias vinculo affinitatis adjungeret, accepit adhuc concubinas et uxores de Jerusalem, postquam venerat de Hebron; natique sunt ei filii et filiæ, quorum nonus est Japhia.

2 *Reg.* 5-16 Et Japhia, et Elisama, et Elioda
1 *Par.* 3- 7 Et Noge, et Nepheg, et Japhia
14- 6 Noga quoque, et Napheg, et Japhia

JAPHIE. *Urbs in tribu Zabulon.*

Josue. 19-12 Ascenditque contra Japhie

JARA I.

Pater Huri, et filius Galaad, e semine Gad.

1 *Par.* 5-14 Filii Huri, filii Jara, filii Galaad

JARA II.

Pater Alamath, et filius Ahaz, e familia Saül.

1 *Par.* 9-42 Ahaz autem genuit Jara, et Jara genuit Alamath

JARAMOTH.

Nomen civitatis in tribu Issachar, quæ Levitis data est.

Josue. 21-29 Jaramoth, et Engannim, cum suburbanis

JARE.

Quartus nominatur inter tredecim filios Jectan filii primogeniti Heber.

Gen. 10-26 Qui Jectan genuit Elmodad, et Saleph, et Asarmoth, Jare
1 *Par.* 1-20 Jectan autem genuit Elmodad... et Jare

JARED I.

Anno mundi 461, *ante J. Ch.* 3593. *Filius primogenitus Malaleel, et pater Henoch.*

Gen. 5-15 Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, et genuit Jared
-16 Et vixit Malaleel, postquam genuit Jared
-18 Vixitque Jared centum sexaginta duobus annis, et genuit Henoch
-19 Et vixit Jared, postquam genuit Henoch
-20 Facti sunt omnes dies Jared nongenti sexaginta duo anni
1 *Par.* 1- 2 Cainan, Malaleel, Jared
Luc. 3-37 Qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel

JARED II.

Filius Ezra et Judaïæ, paterque Gedor in tribu Juda.

1 *Par.* 4-18 Uxor quoque ejus Judaïa peperit Jared patrem Gedor

JAREPHEL.

Vigesima est urbium viginti sex tribus Benjamin, et inter Recem et Tharela.

Josue. 18-27 Et Recem, Jarephel, et Tharela

JARIB I.

Filius tertius Simeonis filii Jacob. Hujus Jarib non meminit sacer textus Genes. 46-10. *Fortasse idem erit cum Sohar, cujus hic nulla mentio, nisi idem sit qui vocatur Ahod; hoc posito Zara esset Sohar.*

1 *Par.* 4-24 Filii Simeon: Namuël, et Jamin, Jarib, Zara, Saül

JARIB II.

Anno mundi 3594, *Romæ* 294, *ante J. Ch.* 460. *Esdras, antequam proficisceretur e Babylone, nullum inveniens in populo et in sacerdotibus de filiis Levi, misit ad Eddo Nathinæum, qui præpositus erat Chasphiæ loco munito, Eliezer, et Ariel... et Jarib, etc., etc., sapientes, id est, peritos legis et legem docentes, ut adducerent ministros domus Dei, quos secum Jerusalem ageret Esdras.*

1 *Esdr.* 8-16 Misi Eliezer, et Ariel, et Semeïam.. et Jarib

JARIB III.

De filiis Josue filii Josedec, et e sacerdotibus inventus est Jarib iste uxorem alienigenam duxisse, quam postea dimisit.

1 *Esdr.* 10-18 Maasia, et Eliezer, et Jarib, et Godolia
1 *Mac.* 14-29 Simon a. Mathathiæ filius ex filiis Jarib

JARIM.

Mons inter Benjamin et Juda; sunt et ibidem et saltus et sylvæ; vox enim Hebraica Jarim saltus et sylvas denotat.

Josue. 15-10 Transitque juxta latus montis Jarim

JASA.

Nomen civitatis, quæ de tribu Ruben Levitis, Merari nepotibus, data est. Eadem, juxta Josue 13-18, *Jassa dicitur; Hebræis enim iisdem punctis et consonantibus scribitur. Juxta hanc civitatem Sehon rex Amorrhæorum pugnavit contra filios Israel, a quibus percussus est.*

Num. 21-23 Venit in Jasa, pugnavitque contra eum
Deut. 2-32 Egressusq. est Sehon... ad prælium in Jasa
Judic. 11-20 Egressus est contra eum in Jasa, et fortiter resistebat
Isai. 15- 4 Usque Jasa audita est vox eorum
Jerem. 48-21 Super Helon, et super Jasa, et super Mephaath
-34 De clamore Hesebon usque Eleale, et Jasa, dederunt vocem suam

JASER.

Filius Caleb ex Azuba prima uxore. Diversus est hic Caleb ab eo qui missus est ad explorandam terram promissam, qui non Hesron fuit filius, sed Jephone.

1 *Par.* 2-18 Fueruntq. filii ej., Jaser, et Sobab, et Ardon

JASER.

Urbs Levitica in tribu Ruben, quæ legitur in textu LXX et in Vulgata nostra, non autem in Hebræo, et est Jasa.

Josue. 21-36 Misor et Jaser et Jethson et Mephaath

JASI.

Esdræ jussu dimisit uxorem alienigenam, quam duxerat in captivitate.

1 *Esdr.* 10-37 Mathanias, Mathanæi, et Jasi

JASIEL I.

Filius primogenitus Nephthali filii Jacob ex Bala ancilla Rachel.

Gen. 46-24 Filii Nephthali: Jasiel, et Guni, et Jeser, et Sallem
1 *Par.* 7-13 Filii a. Nephthali: Jasiel, et Guni, et Jeser

JASIEL II.

Vir de Masobia, inter triginta fortissimos viros in exercitu David numeratus.

1 *Par.* 11-46 Eliel, et Obed, et Jasiel de Masobia

JASIEL III.

Filius Abner, et princeps in tribu Benjamin.

1 *Par.* 27-21 Benjamin autem, Jasiel filius Abner

JASON I.

Filius Eleazari. Judas Machabæus elegit Eupolemum et Jasonem, quos misit Romam, ut, constituta amicitia et societate, auferrent Romani a Judæis jugum Græcorum, qui regnum Israel in servitutem premebant.

1 *Mac.* 8-17 Et elegit Judas Eupolemum... et Jasonem

JASON II.

Pater Antipatris quem Jonathas misit Romam cum Numenio ad renovandam amicitiam societatemque pristinam.

1 *Mac.* 12-16 Elegimus... et Antipatrem Jasonis filium
14-22 Numenius Antiochi, et Antipater Jasonis filius

JASON III.

Frater Oniæ. Post mortem Seleuci, cui successit in regno Syriæ Antiochus Illustris, Jason ambiens sacerdotium, regem Antiochum muneribus et pecuniis corrupit. Et cum obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit, amovit penitusque irrita fecit Judæorum privilegia, et omnia quæ mitiora et humaniora ipsis a Syriæ superioribus regibus constituta fuerant, quæque per insignem virum Joannem Eupolemi patrem fuerant impetrata.

Vir iste scelestus, qui ausus fuerat sub ipsa arce impuram scortorum officinam, lucri causa, instituere; qui suos omnimode persequebatur; qui in sacrificium Herculis argentum miserat; qui proprium fratrem Oniam captivaverat, et per fraudem et simoniam pontificatu dejecerat, ipse deceptus a Melenao quodam, profugus in Ammonitarum regionem expulsus est, et fugiens de civitate in civitatem, omnibus odiosus, ut apostata a legibus Judaïcis, et execrabilis, ut patriæ et civium hostis, in Ægyptum extrusus est; et qui multos de patria sua expulerat, peregre periit, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugium habiturus, et qui insepultos multos abjecerat, ipse et illamentatus et insepultus abjectus est, sepultura neque peregrina usus, neque patrio sepulcro participans.

2 *Mac.* 1- 7 Ex quo recessit Jason a sancta terra, et a regno
4- 7 Ambiebat Jason frater Oniæ summum sacerdotium
-13 Propter impii et non sacerdotis Jasonis nefarium et inauditum scelus
-19 MisitJason facinorosus ab Jerosolymis viros
-22 Magnifice ab Jasone et civitate susceptus
-23 Post triennii tempus misit Jason Menelaüm
-24 Superponens Jasoni talenta argenti trecenta
-26 Et Jason quidem, qui proprium fratrem captivaverat
5- 5 Assumptis Jason non minus mille viris
- 6 Jason vero non parcebat in cæde civibus suis

JASON IV.

Origine Cyrenæus, religione Judæus, qui scripserat quinque libros de rebus Judaïcis, quos in uno volumine breviare tentavit Judas.

2 *Mac.* 2-24 Itemque ab Jasone Cyrenæo quinque libris comprehensa, tentavimus nos uno volumine breviare

JASON V.

Hospes cognatusque sancti Pauli. Judæi Thessalonicæ, seditione facta propter sanctum Paulum et Silam, concitaverunt civitatem, et adorti domum Jasonis apud quem diversabantur Silas et Paulus, quærebant eos ut producerent ad populum; quos cum non invenissent, trahebant Jasonem et quosdam fratres ad principes civitatis, clamantes: Hi, qui innovatione rerum orbem concitant, huc quoque venerunt, eosque suscepit Jason; et hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Jesum. Concitaverunt autem plebem et principes civitatis audientes hæc; et accepta satisfactione a Jasone et a cæteris, dimiserunt eos. Syrus habet, sed acceperunt fidejussores a Jasone, *vel, ut alii volunt, Jason pro Paulo se vadem constituit, promittens illum sistere tribunali, vel pro illo se ipsum satisfacere, si aliqua re deliquisse convinceretur. Putant Græci episcopum fuisse Jasonem Tharsis in Cilicia. Martyrio coronatus est in insula Cypri die Julii duodecima.*

Act. 17- 5 Assistentes domui Jasonis, quærebant eos
- 6 Trahebant Jasonem et quosdam fratres
- 7 Quos suscepit Jason, et hi omnes contra
- 9 Et accepta satisfactione a Jasone

Rom. 16-21 Salutat vos... et Lucius, et Jason

JASPIS.

Exod. 28-18 Carbunculus, sapphirus, et jaspis
39-11 Carbunculus, sapphirus, et jaspis
Isai. 54-12 Et ponam jaspidem propugnacula tua
Ezech. 28-13 Sardius, topazius, et jaspis
Apoc. 4- 3 Similis erat aspectui lapidis jaspidis
21-11 Lumen ej. simile... tanquam lapidi jaspidis
-18 Erat structura muri ejus ex lapide jaspide
-19 Fundamentum primum, jaspis

JASSA.

Urbs in tribu Ruben, quæ est eadem cum Jasa, quam attribuerunt Israelitæ Levitis. Juxta hanc civitatem adversus Sehon Amorrhæorum regem dimicaverunt. Prophetaverunt contra eam Isaias, in visione contra Moab, cap. 15-4, *et Jeremias, cap.* 48-34. *Sanctus Hieronymus sua ætate illius memoriam affirmat in ruinis celebratam.*

Josue 13-18 Et Jassa, et Cedimoth, et Mephaath
1 *Par.* 6-78 Et Jassa cum suburbanis suis

JASSEN.

Pater Jonathan istius qui inter triginta nobiliores in exercitu David legitur.

2 *Reg.* 23-32 Filii Jassen, Jonathan

JASUB I.

Filius Isaïæ prophetæ. In Hebræo est, sear Jasub, *quod integrum erat nomen filii Isaïæ, et significat,* reliquiæ convertentur, *Quod nomen procul dubio indidit non sine mysterio. Jubetur Isaïas filium adducere, ut Achaz, qui populum suum funditus delendum timebat, nominis hujus fausto omine ad spem erigeretur.*

Isai. 7- 3 Et qui derelictus est Jasub filius tuus

JASUB II.

Filius tertius Issachar, et princeps familiæ Jasubitarum. Vocatur Job in Gen. 46-13.

Num. 26-24 Jasub, a quo familia Jasubitarum
1 *Par.* 7- 1 Thola, et Phua, Jasub, et Simeron

JASUB III.

Filius Bani. Inventus est iste qui duxerat uxorem alienam, quam consensit dimittere.

1 *Esdr.* 10-29 De filiis Bani... Jasub, et Saal, et Ramoth

JASUBITÆ.

Num. 26-24 Jasub, a quo familia Jasubitarum

JATHANAEL.

Quartus est inter septem filios Meselemiæ, filii Core, Levitæ et janitoris templi David.

1 *Par.* 26- 2 Zabadias tertius, Jathanaël quartus

JAUS.

Filius Semeï. Vid. SEMEI *filii Gerson.*

1 *Par.* 23-10 Filii Semeï, Leheth, et Ziza, et Jaüs
-11 Porro Jaüs et Baria non habuerunt plurimos filios

JAVAN.

Filius quartus Japheth, paterque Elisa, Tharsis, Cethim, et Dodanim.

Gen. 10- 2 Et Javan, et Thubal, et Mosoch
- 4 Filii autem Javan: Elisa et Tharsis
1 *Par.* 1- 5 Javan, Thubal, Mosoch, Thiras
- 7 Filii autem Javan: Elisa et Tharsis

JAZER *et* JASER.

Jazer ad torrentem Arnon, in via ad perlustrandam totam regionem Galaaditidem, quæ montibus Galaad ab Oriente clauditur, et pertinet ad tribum Gad; nam petita a Rubenitis et Gaditis, quod terra illa esset alendis animalibus apta, in sortem tribus Gad cessit, et postea ex tribu Gad Levitis ad habitandum fuit concessa. Dicitur etiam sæpe Jezer.

Num. 21-32 Misitque Moyses qui explorarent Jazer
32- 1 Cumque vidissent Jazer et Galaad aptas animalibus alendis terras
- 3 Ataroth, et Dibon, et Jazer, et Nemra
-35 Et Etroth, et Sophan, et Jazer, et Jegbaa
Josue. 13-25 Terminus Jaser, et omnes civitates Galaad
21-37 Manaïm, et Hesebon, et Jaser
2 *Reg.* 24- 6 Et per Jazer transierunt in Galaad
1 *Par.* 26-31 Inventi sunt viri fortissimi in Jazer Galaad
Isai. 16- 8 Flagella ejus usque ad Jazer pervenerunt
- 9 Super hoc plorabo in fletu Jazer vineam Sabama
Jerem. 48-32 De planctu Jazer plorabo tibi
Usque ad mare Jazer pervenerunt

JAZIEL. *Filius Azmoth.*

1 *Par.* 12- 3 Et Jaziel, et Phallet filii Azmoth
15-18 Et Ben, et Jaziel, et Semiramoth
16- 6 Banaïam vero et Jaziel sacerdotes

JAZIZ.

Dicitur Agareus, vel quod aliquo tempore in regione Agareorum fuerit; vel quod egregio facinore hoc sibi cognomen pepererit; vel tandem quod vere Agareus natione, sed religione Hebræus, cui propterea ovium cura tradita est; quia Agarei ovibus abundant, et quomodo habendi sint peritiam habent.

1 *Par.* 27-31 Super oves quoque Jaziz Agareus

JEABARIM *et* IJEABARIM.

Trigesima octava Israelitarum mansio in Moabitarum finibus, inter Oboth et torrentem Zared. Vid. IJEABARIM.

Num. 21-11 Unde egressi fixere tentoria in Jeabarim
33-44 Et de Oboth venerunt in Ijeabarim
Num. 33-45 Profectique de Ijeabarim, fixere tentoria in Dibongad

JEBAAR *et* JEBAHAR. *Filius David.*

2 *Reg.* 5-15 Et Jebahar, et Elisua, et Nepheg
1 *Par.* 3- 6 Jebaar quoque, et Elisama
14- 5 Jebahar, et Elisua, et Eliphalet

JEBANIAS. *Pater Rahuel.*

1 *Par.* 9- 8 Filii Rahuël, filii Jebaniæ

JEBLAAM.

Nomen civitatis in tribu Manasse, quam non delcverunt Israelitæ; videtur non longe a Gaver et a Mageddo.

Josue. 17-11 Et Jeblaam cum viculis suis
Judic. 1-27 Et Jeblaam et Mageddo cum viculis suis
4 *Reg.* 9-27 In ascensu Gaver, qui est juxta Jeblaam

JEBNAEL.

Nomen civitatis, terminus tribus Nephthali; videtur ad Jordanem, forsitanque cum Jamnia, quam Josephus habet in Galilæa, respondet.

Josue. 19-33 Et Jebnaël usque Lecum

JEBNEEL.

Civitas in tribu Juda.

Josue. 15-11 Pervenitque in Jebneel, et magni maris...

JEBOC.

*Torrens est, ubi Jacob luctatus est cum Angelo, Gen.*32-22, *pertinebatque ad Ammonitas.*

Num. 21-24 Possessa est terra ejus ab Arnon usque Jeboc
Deut. 2-37 Et cunctis quæ adjacent torrenti Jeboc
3-16 Confinium usque ad torrentem Jeboc

JEBSEM.

Filius quintus Thola filii Issachar filii Jacob.

1 *Par.* 7- 2 Filii Thola: Ozi, et Raphaïa... et Jebsem

JEBUS.

Civitas est Jerusalem ipsa, a Jebusæis habitatoribus sic appellata, priusque Salem dicta Melchisedech ibi regnante.

Josue. 18-28 Et Sela, Eleph, et Jebus, quæ est Jerusalem
Judic. 19-10 Et venit contra Jebus, quæ altero nomine vocatur Jerusalem
-11 Jamque erant juxta Jebus, et dies mutabatur in noctem
-14 Transierunt ergo Jebus, et cœptum carpebant iter
1 *Par.* 11- 4 Hæc est Jebus, ubi erant Jebusæi
- 5 Dixeruntque qui habitabant in Jebus ad David

JEBUSÆUS.

Jebusæi nomen habent a Jebusæo filiorum Chanaan tertio. Eorum sedes fuit ubi Jebus urbs, quæ postea Jerusalem. Jebusæi extruxerant arcem Sionis quam occuparunt usque ad tempora Davidis, a quo expugnata est, ut patet ex 2 *Reg.* 5-7.

Gen. 10-16 Et Jebusæum, et Amorrhæum, Gergesæum
15-21 Et Chananæos, et Gergesæos, et Jebusæos
Exod. 3- 8 Amorrhæi et Pherezæi et Hevæi et Jebusæi
-17 Amorrhæi et Pherezæi et Hevæi et Jebusæi
13- 5 Amorrhæi et Hævei et Jebusæi
23-23 Hevæum, et Jebusæum, quos ego conteram
33- 2 Pherezæum, et Hevæum, et Jebusæum
34-11 Ejiciam... et Hevæum, et Jebusæum
Num. 13-30 Hethæus et Jebusæus et Amorrhæus in montanis
Deut. 7- 1 Pherezæum, et Hevæum, et Jebusæum
20-17 Pherezæum, et Hevæum, et Jebusæum
Josue. 3-10 Gergesæum quoque et Jebusæum
9- 1 Pherezæus, et Hevæus, et Jebusæus
11- 3 Pherezæum et Jebusæum in montanis
12- 8 Pherezæus, Hevæus et Jebusæus
15-63 Jebusæum autem habitatorem Jerusalem Habitavitque Jebusæus, cum filiis Juda in Jerusalem
18-16 Juxta latus Jebusæi ad Austrum
24-11 Gergesæus, et Hevæus, et Jebusæus
Judic. 1-21 Jebusæum autem habitatorem Jerusalem non deleverunt filii Benjamin Habitavitque Jebusæus cum filiis Benjamin
3- 5 Pherezæi, et Hevæi, et Jebusæi
19-11 Declinemus ad urbem Jebusæorum
2 *Reg.* 5- 6 In Jerusalem, ad Jebusæum habitatorem terræ
- 8 Qui percussisset Jebusæum, et tetigisset domatum fistulas
24-16 Juxta aream Areüna Jebusæi

2 *Reg.* 24-18 Constitue altare Domino in area Areüna Jebusæi
3 *Reg.* 9-20 Jebusæis, qui non sunt de filiis Israël
1 *Par.* 1-14 Et Jebusæum, et Amorrhæum, et Gergesæum
11- 4 Ubi erant Jebusæi habitatores terræ
- 6 Omnis qui percusserit Jebusæum
21-15 Angelus Domini stabat juxta aream Ornan Jebusæi
-18 Extrueretq. altare.. in area Ornan Jebusæi
1 *Par.* 21-28 Videns quod exaudisset eum Dominus in area Ornan Jebusæi
2 *Par.* 3- 1 Quem paraverat David in area Ornan Jebusæi
8- 7 Jebusæis, qui non erant de stirpe Israël
1 *Esdr.* 9- 1 Pherezæi, et Jebusæi, et Ammonitarum
2 *Esdr.* 9- 8 Pherezæi, et Jebusæi, et Gergesæi
Judith. 5-20 Jebusæum, et Pherezæum, et Hethæum
Zach. 9- 7 Et erit quasi dux in Juda, et Accaron quasi Jebusæus

JECMIA.

Filius sextus Jechoniæ filii Joakim.

1 *Par.* 3-18 Senneser, et Jecemia, Sama, et Nadabia

JECHELIA.

Jerosolymitana; mater Azariæ regis Juda, e semine David.

4 *Reg.* 15- 2 Nomen matris ejus Jechelia de Jerusalem
2 *Par.* 26- 3 Nomen matris ejus Jechelia de Jerusalem

JECHONIAS.

Filius secundus Joakim filii Josiæ, regis Juda. Quoniam genealogia filiorum Josiæ, ni semel bene concipiatur, non uno in loco difficultatem movet, subjectum schema proponendum visum est, in quo nativitatis seriem exhibebit loci dispositio; ordinem vero quo ad regnum illi pervenerunt, indicabit superpositus numerus.

JOSIAS

Rex optimus a Nechaone rege Ægypti occisus, ut patet 4 Reg. 23-29, genuit:

II. JOHANAN.

Nullibi, nisi in versiculo 15, cap. 3, 1 Paralip. reperitur iste Johanan, et desideratur in 4 Reg. cap. 23, ubi de morte Josiæ et regni successore agitur. Vel est mortuus ante patrem, et ideo primogenitura ad secundogenitum transiit; vel in bello contra Ægyptios cum patre occisus fuit.

I. ELIACIM.

Qui etiam Joakim, Hebr. *Jehoïakim*, Græce Ἰωακίμ. Dictus Jechonias apud sanctum Matthæum. Genuit

III. JOACHIN.

Qui etiam Jechonias et Jeconias, Hebr. *Jehoiakim*, et Græce Ἰωακίμ, quem Nabuchodonosor in Babylonem transtulit.

I. SELLUM.

Qui etiam appellatus est JOACHAZ, pro patre regnavit, id est, fratre Johanan præmortuo, et patre occiso, regnum invasit. Ipse Ægyptum a Nechaone abductus, ibi mortuus est.

IV. SEDECIAS.

Qui et Mathanias natu minimus Josiæ filius; Joachino fratris sui filio in regnum a Nabuchodonosore suffectus, undecim annis regnavit. Filios Sedeciæ occidit coram ipso patre Nabuchodonosor, et oculos ejus effodit, vinctumque eum catenis, adduxit in Babylonem, qua in urbe misere obiit.

Regnarunt ergo hoc ordine. Johanan præmortuo, Sellum sive Joachaz regnum invasit: huic successit Eliacim; Eliacim vero, Joachin; Joachino, Sedecias. Porro Joachin a Chaldæis captus, abjectus est insepultus juxta prophetiam Jeremiæ 22-19 et 36-30. Succedens illi filius ejus Joachin, qui Jechonias dictus est, tribus mensibus et decem diebus regnavit Jerosolymis: hunc cepit Nabuchodonosor, et deportavit in Babyloniam cum omnibus thesauris domus Dei et domus regis. Mathaniam quoque patruum Jechoniæ, nomine ejus in Sedeciam mutato, regem substituit. Jechonias vinctus detrusus est in carcere, et in terra captivitatis mortuus est anno ætatis suæ quinquagesimo sexto.

1 *Par.* 3-16 De Joakim natus est Jechonias, et Sedecias
-17 Filii Jechoniæ fuerunt, Asir, Salathiel
Esth. 2- 6 Quo Jechoniam regem Juda Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat
11- 4 De Jerusalem cum Jechonia rege Juda
Jerem. 22-24 Quia si fuerit Jechonias filius Joakim regis
-28 Numquid vas fictile atque contritum vir iste Jechonias?
24- 1 Postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Jechoniam filium Joakim
27-20 Cum transferret Jechoniam filium Joakim
28- 4 Et Jechoniam filium Joakim regem Juda
29- 2 Postquam egressus est Jechonias rex
37- 1 Regnavit rex Sedecias filius Josiæ pro Jechonia filio Joakim
Baruc. 1- 3 Legit Baruch verba libri hujus ad aures Jechoniæ filii Joakim
- 9 Posteaquam cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Jechoniam
Matth. 1-11 Josias autem genuit Jechoniam, et fratres
-12 Jechonias genuit Salathiel

JECMAAM *et* JECMAAN.

Levites, filius quartus Jaath, qui est Hebron.

1 *Par.* 23-19 Filii Hebron... Jecmaam quartus
24-23 Jahaziel tertius, Jecmaan quartus

JECMAAM *et* JECMAAN.

Urbs Levitica in tribu Ephraïm.

3 *Reg.* 4-12 A Bethsan usque Abelmehula e regione Jecmaan
1 *Par.* 6-68 Jecmaam quoque cum suburbanis suis

JECNAM.

Nomen civitatis in tribu Zabulon, quæ data fuit Levitis familiæ Merari.

Josue. 21-34 Data est de tribu Zabulon, Jecnam

JECONAM.

Eadem est civitas atque Jecnam, quæ sumpta est e tribu Zabulon ut tribueretur Levitis filiis Merari.

Josue. 19-11 Usque ad torrentem qui est contra Jeconam

JECSAN.

Filius Abrahæ ex Cetura, paterque Saba et Dadan.

Gen. 25- 2 Quæ peperit ei Zamran et Jecsan
- 3 Jecsan quoque genuit Saba, et Dadan
1 *Par.* 1-32 Filii a. Ceturæ... Zamran, Jecsan, Madan Porro filii Jecsan: Saba, et Dadan

JECTAN.

Filius secundus Heber. Nati sunt Heber filii duo, Phaleg et Jectan; qui Jectan genuit tredecim filios, et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar montem Orientalem. Porro sunt Sephar civitas metropolis et Sepharitæ populi in Arabia Felice.

Gen. 10-25 Et nomen fratris ejus Jectan
-26 Qui Jectan genuit Elmodad, et Saleph
-29 Omnes isti, filii Jectan
1 *Par.* 1-19 Et nomen fratris ejus Jectan
-20 Jectan autem genuit Elmodad
-23 Omnes isti filii Jectan

JECTEHEL.

Petra sive Castrum. Amasias rex Juda percussit Edom in valle Salinarum, decem millia virorum, et apprehendit Petram in prælio, vocavitque nomen ejus Jectehel. Eadem alibi repetuntur; Amasias abiit in vallem Salinarum, percussitque filiorum Seïr decem millia, et alia decem millia ceperunt filii Juda, et adduxerunt ad præruptum cujusdam Petræ (Jectehel), præcipitaveruntque eos de summo in præceps. Vatablus vult de nomine ducis qui locum illum occupaverat, cognomen accepisse Jectehel. Denique quia Jectehel Obedientiam Dei *significat, putant aliqui sic oppidum illud appellatum, quod in illud jura Mosis constituisset.*

4 *Reg.* 14- 7 Vocavitque nomen ejus Jectehel

JECTHEL.

Urbs in parte tertia tribus Judæ sexta describitur, inter Masepha et Lachis.

Josue. 15-38 Delean, et Masepha, et Jecthel

JECUR.

Exod. 29-13 Sumes... et reticulum jecoris
-22 Tolles adipem... ac reticulum jecoris
Levit. 1- 8 Et cuncta quæ adhærent jecori
-12 Et omnia quæ adhærent jecori
3- 4 Et reticulum jecoris cum renunculis
-10 Reticulumque jecoris cum renunculis
-15 Et arvinam jecoris cum renunculis
4- 9 Et adipem jecoris cum renunculis
7- 4 Reticulumque jecoris cum renunculis
8-16 Reticulum jecoris, duosque renunculos
-25 Reticulumque jecoris, et duos renes
9-10 Renunculos, ac reticulum jecoris
-19 Renunculosque... et reticulum jecoris
Tobiæ. 6- 5 Et fel, et jecur repone tibi
-19 Incenso jecore piscis, fugabitur dæmonium
Tobiæ. 8- 2 Protulit de cassidili suo partem jecoris
Prov. 7-23 Donec transfigat sagitta jecur ejus
Thren. 2-11 Effusum est in terra jecur meum
Osee. 13- 8 Et dirumpam interiora jecoris eorum

JEDAIA I.

Anno mundi 3516. *Primus nominatur inter sacerdotes, qui post reditum ex captivitate Babylonica primi habitaverunt in possessionibus et in urbibus suis. Idem alibi vocatur Jedei, nempe* 1 *Par.* 24-7.

1 *Par.* 9-10 De sacerdotibus: Jedaïa, Joïarib

JEDAIA II.

Anno mundi 3600. *filius Haromaph, qui sub Nehemia ædificavit domum suam contra domum Raphaïæ.*

2 *Esdr.* 3-10 Juxta eum ædificavit Jedaïa filius Haromaph

JEDALA. *Civitas in tribu Zabulon.*

Josue. 19-15 Et Semeron, et Jedala, et Bethlehem

JEDDEL.

Nathinæus qui ascendit de captivitate Babylonis.

2 *Esdr.* 7-58 Filii Jahala, filii Darcon, filii Jeddel

JEDDO.

Filius Buz, et pater Jesesi in tribu Gad.

1 *Par.* 5-14 Filii Jesesi, filii Jeddo, filii Buz

JEDDOA.

Summus sacerdos, filius Jonathan, quem Josephus narrat obviam Alexandro Magno processisse. Antiq. 11, 7, 8.

2 *Esdr.* 12-11 Et Jonathan genuit Jeddoa
-22 Joïada, et Johanan, et Jeddoa

JEDDU.

Inter Israelitas qui duxerant uxores alienigenas numeratur, eamque postea dimisit.

1 *Esdr.* 10-43 De filiis Nebo... Zabina, Jeddu, et Joël

JEDDUA.

Inter eos qui nomen suum subscripserunt ad roborandam promissionem fœderis novi, recensetur Jeddua.

2 *Esdr.* 10-21 Mesizabel, Sadoc, Jeddua

JEDEBOS.

Filius Etam in tribu Juda.

1 *Par.* 4- 3 Ista q. stirps Etam... Jesema, et Jedebos

JEDEI. *Vid.* JEDAIA.

1*Par.* 24- 7 Exivit a. sors... secunda Jedeï

JEDIEL.

Fuit princeps familiæ in dimidia tribu Manasse, trans Jordanem, virque nominatissimus, potens et fortissimus, et magnam sibi fecerat gloriam in familia; reliquit autem Deum patrum suorum, et fornicatus est post deos populorum terræ quos abstulerat Dominus coram filiis Israel per manus ipsorum. Et suscitavit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum et spiritum Thelgathphalnasar regis Assur, qui transtulit Ruben, et Gad et dimidiam tribum Manasse, et adduxit eos in Assyriam (*anno mundi* 3279, *ante J. Ch.* 775), *unde non sunt reversi.*

1 *Par.* 5-24 Hi fuerunt principes...Odoïa, et Jediel

JEDIHEL I.

Filius Samri, fraterque Joha. Inter fortissimos in exercitu David reperitur.

1 *Par.* 11-45 Jedihel filius Samri, et Joha frater ejus

JEDIHEL II.

Quando reversus est David in Siceleg, transfugit ad eum de Manasse, et præbuit illi auxilium adversus latrunculos Amalecitas; quæ historia fusius narratur in 1 *Reg. cap.* 29 *et* 30. *Hæc porro gesta sunt anno mundi* 2979, *ante J. Ch.* 1075.

1 *Par.* 12-20 Et Jedihel, et Michaël, et Ednas

JEDLAPH.

Filius septimus Nachor ex Melcha.

Gen. 22-22 Cased, et Azau, Pheldas quoque et Jedlaph

JEGAAL.

Filius secundus Semeïæ filii Secheniæ, de domo David.

1 *Par.* 3-22 Jegaal, et Baria, et Naaria, et Saphat

JEGBAA.

Nomen civitatis quam extruxerunt, id est, restaurarunt (*nam prius extiterat*) *filii Gad, de qua mentio est in Scriptura, ut quando Gedeon, non longe a Jegbaa, percussit Madianitarum castra, et fugientes Zebee et Salmana interfecit.*

Num. 32-35 Etroth, et Sophan, et Jazer, et Jegbaa
Judic. 8-11 Ad Orientalem partem Nobe et Jegbaa

JEGEDELIA.

Filius Hanan et homo Dei, id est, propheta.

Jerem. 35- 4 Hanan, filii Jegedeliæ hominis Dei

JEHEDEIA.

Levites, de familia Gerson filii Moysis.

1 *Par.* 24-20 De filiis Amram erat Subaël, et de filiis Subaël, Jehedeïa

JEHEZIEL.

Inter fortissimos in exercitu David reperitur.

1 *Par.* 12- 4 Jeremias, et Jeheziel, et Johanan

JEHIAS.

Dum arca fœderis Domini deduceretur de domo Obededom ad locum quem illi præparaverat David in Jerusalem, quatuor erant janitores, quorum duo priores, Barachias et Elcana, præcedebant; duo posteriores, Obededom et Jehias sequebantur; aut certe per vices fungebantur bini et bini officio janitorum, et curabant etiam in via ne quisquam prope accederet.

1 *Par.* 15-24 Obededom, et Jehias, erant janitores arcæ

JEHIEL I. *Princeps in tribu Ruben.*

1 *Par.* 5- 7 Habuerunt principes, Jehiel et Zachariam

JEHIEL II.

Princeps in tribu Benjamin; nomen uxoris ejus Maacha. In Gabaon commoratus est post reditum e captivitate.

1 *Par.* 9-35 Pater Gabaon, Jehiel, et nomen uxoris ejus

JEHIEL III.

Filius Hotham Aroritis; inter fortissimos in exercitu David numeratur.

1 *Par.* 11-44 Et Jehiel filii Hotham Arorites

JEHIEL IV. *Janitor arcæ fœderis.*

1 *Par.* 15-18 Et Obededom, et Jehiel, janitores
-21 Obededom, et Jehiel... canebant epinicion

1*Par.* 16- 5 Porro Jahiel, et Semiramoth, et Jehiel Jehiel super organa psalterii, et lyras

JEHIEL V. *Levites de filiis Asaph.*

2 *Par.* 20-14 Filii Banaïæ, filii Jehiel, filii Mathaniæ

JEHIEL VI. *Scriba Oziæ.*

2 *Par.* 26-11 Sub manu Jehiel scribæ

JEHIEL VII. *Princeps Levitarum.*

2 *Par.* 35- 9 Hasabias, et Jehiel, et Jozabad

JEHIEL VIII. *De filiis Adonicam.*

1*Esdr.* 8-13 Elipheleth, et Jehiel, et Samaïas

JEHIEL IX. *Filius Ælam.*

1*Esdr.*10- 2 Respondit Sechenias filius Jehiel de filiis Ælam, et dixit Esdræ
-26 Jehiel, et Abdi, et Jerimoth, et Elia

JEHIEL X. *De filiis Harim.*

1*Esdr.*10-21 Et Semeïa, et Jehiel, et Ozias

JEHIEL XI. *De filiis Nebo.*

1*Esdr.*10-43 De filiis Nebo, Jehiel, Mathathias

JEHIELI.

Filius Ledan, filii Gersonni.

1 *Par.* 26-21 Ledan, et Gersonni, Jehieli
-22 Filii Jehieli: Zathan, et Joël fratres ejus

JEHU I.

Propheta, filius Hanani. Aiunt Hebræi non solum Jehu fuisse prophetam, sed patrem quoque ejus; et Abulens probabile putat hunc Hanani, qui hic memoratur, eumdem illum esse qui missus est ad Asam regem Juda arguendum minoris in Deum fiduciæ, 2 *Paral.* 16-7. *Missus est Jehu a Deo ut prophetaret contra Baasa regem Israel, dicens:* Pro eo quod exaltavi te de pulvere, et posui te ducem super populum meum Israël, tu autem ambulasti in via Jeroboam, et peccare fecisti populum meum Israël, ut me irritares in peccatis eorum: ecce, ego demetam posteriora Baasa, et posteriora domus ejus: et faciam domum tuam sicut domum Jeroboam filii Nabat. Qui mortuus fuerit de Baasa in civitate, comedent eum canes; et qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cœli. *Iratus Baasa propter verba prophetæ, interfici eum jussit. Vulgata nostra habet:* Ob hanc causam occidit eum, hoc est, Jehu filium Hanani, prophetam; *sed distinctiones istæ*, hoc est, Jehu filium Hanani, prophetam, *non sunt in Hebræo, nec in LXX, nec in Chaldæo, nec in quibusdam manuscriptis Latinis et, si admittantur, dicendum est duos fuisse et filios Jehu et patres Hanani cognomines; nam* 2 *Paral.* 19-2, *quadraginta annis post mortem Baasa, Jehu filius Hanani occurrit Josaphat regi Juda, et eum arguit, quod impio Achab præstaret auxilium, et his qui Domino maledicebant amicitia jungeretur. Si autem supprimantur distinctiones, intelligi possunt hæc verba de Baasa;* ob hanc causam occidit eum, *id est, percussit eum* (*Baasam*) *Dominus propter ipsius prava opera. Scripserat Jehu librum qui non extat.*

3 *Reg.* 16- 1 Factus est a. sermo Domini ad Jehu filium Hanani contra Baasa
- 7 Cum a. in manu Jehu filii Hanani prophetæ Occidit eum, hoc est, Jehu filium Hanani
-12 Quod locutus fuerat ad Baasa in manu Jehu

2 *Par.* 19- 2 Cui occurrit Jehu filius Hanani Videns
20-34 Scripta sunt in verbis Jehu filii Hanani

JEHU II.

Rex Israel, filius Josaphat filii Namsi. Non erat Jehu filius Namsi, sed nepos, ut patet ex 4 *Reg.* 9-2, *ubi legimus:* Videbis Jehu filium Josaphat filii Namsi, *quæ verba sunt Elisæi mittentis eum a quo ungendus erat Jehu. Jussus est Elias a Domino ungere Jehu regem Israel ad delendam domum Achab; attamen Jehu unctus est tantum post assumptionem Eliæ, id est, a discipulo Elisæi successoris Eliæ. Adolescens puer prophetæ ingressus in Ramoth Galaad, invenit Jehu in medio principum, cui ait:* Verbum mihi ad te, o princeps: *et ingressus cubiculum, fudit oleum super caput ejus, et ait:* Unxi te regem super populum Domini Israël, et percuties domum Achab *quam penitus delebis, et Jezabel comedent canes in agro Jezrahel, ubi ab ea occisus fuit Naboth, nec erit ullus qui sepeliat eam. Jehu autem egressus ad alios principes, omnia eis sciscitantibus narravit:* Quid venit insanus iste ad te? *Insanum enim vocant, quia prophetæ pro furiosis sæpe habiti sunt, eo quod insiliente in eos Spiritu Domini, sæpe sui compotes non viderentur. Insuper ex habitu et agendi modo ejus cognoverunt eum prophetam esse. Pseudo-prophetæ qui frequentes erant in aula regis Israel, reipsa insanos se gerebant; et aulici non distinguebant ab istis prophetas Domini, qui et ipsi insani habebantur, bonis hujus mundi renuntiantes, duram et asperam vitam agentes. Ubi vero dicerunt ex Jehu ipso verba prophetæ, divinitus excitati, festinaverunt et unusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus ejus, et quoddam solium aut tribunal conformarunt, in quo Jehu sedens rex salutaretur. Cecinerunt tuba, atque dixerunt:* Regnavit Jehu. *Jehu itaque simul cum principibus pactum iniit contra Joram ægrotantem in Jezrahel, quo et descenderat Ochozias rex Juda ad visitandum Joram. Joram filius Achab rex Israel et Ochozias egressi sunt in occursum Jehu qui tetendit arcum suum, et percussit Joram inter scapulas, et projectum est cadaver ejus in agrum Naboth. Ochozias quoque fugiens percussus est in ascensu Gaver, et mortuus est ibi, et sepultus est in sepulcro cum patribus suis in Civitate David. Venitque Jehu in Jezrahel, et levans oculos vidit ad fenestram Jezabel, matrem Joram quam præcipitari jussit, aspersusque est sanguine istius impiæ mulieris paries, et equorum ungulæ conculcaverunt eam, ejusque carnes comederunt canes. Postea Jehu interfici jussit septuaginta filios Joram, et pergens in Samariam invenit fratres quadraginta duos Ochoziæ regis Juda, qui comprehensi vivi jugulati sunt in cisterna. Deinde simulato sacrificio interfecit Jehu omnes sacerdotes Baal, dextruxitque templum Baal, et hoc eodem loco latrinas publicas collavit. Delevit itaque Jehu Baal de Israel. Porro Jehu non custodivit ut ambularet in lege Domini Dei Israel, in toto corde suo, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Bethel, et in Dan, nec recessit a peccatis Jeroboam. Mortuus est Jehu, et sepultus est in Samaria, regnavitque Joachaz filius ejus pro eo. Regnaverat Jehu super Israel viginti et octo annis in Samaria.*

3 *Reg.* 19-16 Jehu filium Namsi unges regem super Israël
-17 Et erit, quicumque fugerit gladium Hazaël, occidet eum Jehu: et quicumque fugerit gladium Jehu, interficiet eum Eliseus

4 *Reg.* 9- 2 Videbis Jehu filium Josaphat filii Namsi
- 5 Dixitq. Jehu: Ad quem ex omnibus nobis?
-11 Jehu a. egressus est ad servos domini sui
-13 Cecinerunt tuba, atque dixerunt: Regnavit Jehu
-14 Conjuravit ergo Jehu filius Josaphat filii Namsi contra Joram
-15 Dixitque Jehu: Si placet vobis, nemo egrediatur
-17 Speculator... vidit globum Jehu venientis
-18 Dixitque Jehu: Quid tibi et paci? transi
-19 Et ait Jehu: Quid tibi et paci? transi
-20 Est a. incessus quasi incessus Jehu filii Namsi
-21 Egressique sunt in occursum Jehu
-22 Cumque vidisset Joram Jehu, dixit: Pax est, Jehu?
-24 Porro Jehu tetendit arcum manu
-25 Dixitque Jehu ad Badacer ducem: Tolle
-27 Persecutusque est eum (*Ochoziam*) Jehu
-30 Venitque Jehu in Jezrahel
-31 Ingredientem Jehu per portam
-32 Levavitq. Jehu faciem suam ad fenestram
-36 Et ait Jehu: Sermo Domini est
10- 1 Scripsit ergo Jehu litteras, et misit in Samar.
- 5 Miserunt ergo præpositi domus... ad Jehu
-11 Percussit igitur Jehu omnes qui reliqui erant
-18 Congregavit ergo Jehu omnem populum
-19 Porro Jehu faciebat hoc insidiose
-23 Ingressusq. Jehu, et Jonadab filius Rechab
-24 Jehu a. præparaverat sibi foris octoginta viros
-25 Præcepit Jehu militibus et ducibus suis
-28 Delevit itaque Jehu Baal de Israël
-30 Dixit a. Dom. ad Jehu: Quia studiose egisti
-31 Porro Jehu non custodivit ut ambularet in lege Domini Dei Israël
-34 Reliqua autem verborum Jehu, et universa quæ fecit
-35 Et dormivit Jehu cum patribus suis

4 *Reg.* 10-36 Dies a., quos regnavit Jehu super Israël
12- 1 Anno septimo Jehu, regnavit Joas
13- 1 Regnavit Joachaz filius Jehu super Israël
14- 8 Ad Joas filium Joachaz, filii Jehu regis Isr.
15-12 Sermo Domini, quem locutus est ad Jehu
2 *Par.* 22- 7 Ut egrederetur cum eo adversum Jehu
- 8 Cum ergo everteret Jehu domum Achab
25-17 Misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu
Osee. 1- 4 Visitabo sanguinem Jezrahel super domum Jehu

JEHU III.

Filius Obed filii Ophlal, de domo Juda.

1 *Par.* 2-38 Obed genuit Jehu, Jehu genuit Azariam

JEHU IV.

Filius Josabiæ filii Saraïæ, de domo Simeon.

1 *Par.* 4-35 Et Jehu filius Josabiæ filii Saraïæ filii Asiel

JEHU V. *Princeps in exercitu David.*

1 *Par.* 12- 3 Baracha, et Jehu Anathotites

JEHUEL.

Filius Zara. Venit de captivitate Babylonis cum fratribus suis sexcentis et nonaginta viris.

1 *Par.* 9- 6 De filiis autem Zara : Jehuël, et fratres

JEHUS I.

Filius tertius quem genuit Esaü ex Oolibama, in terra Chanaan.

Gen. 36- 5 Oolibama genuit Jehus et Ihelon et Core
-14 Quos genuit ei, Jehus et Ihelon et Core
-18 Dux Jehus, dux Ihelon, dux Core
1 *Par.* 1-35 Filii Esaü : Eliphaz, Rahuël, Jehus, Ihelom

JEHUS II.

Filius Balan, nepos Benjamin filii Jacob.

1 *Par.* 7-10 Filii a. Balan : Jehus, et Benjamin, et Aod

JEHUS III.

Filius Saharaim quintus ex Hodes uxore ejus tertia, Moabitide.

1 *Par.* 8-10 Jehus quoque et Sechia, et Marma

JEHUS IV. *Filius secundus Esec, de domo Saül.*

1 *Par.* 8-39 Ulam primogenitus, et Jehus secundus

JEHUS V.

Filius primogenitus Roboam et Abihaïl filiæ Eliab filii Isai patris David.

2 *Par.* 11-19 Quæ peperit ei filios, Jehus, et Somoriam

JEJUNATIO.

Act. 14-22 Et cum... orassent cum jejunationibus
27-21 Et cum multa jejunatio fuisset

JEJUNIUM.

Num. 30-14 Ut per jejunium... affligat animam suam
2 *Reg.* 12-16 Jejunavit David jejunio, et ingressus seors.
3 *Reg.* 21- 9 Prædicate jejunium, et sedere facite Naboth
-12 Prædicaverunt jejunium, et sedere fecerunt
2 *Par.* 20- 3 Et prædicavit jejunium universo Juda
1 *Esdr.* 8-21 Et prædicavi ibi jejunium juxta fluvium
Tobiæ. 12- 8 Bona est oratio cum jejunio, et eleemosyna
Judith. 4- 8 Et humiliaverunt animas suas in jejuniis
-12 Si manentes permanseritis in jejuniis
6-20 Simul expleto jejunio refecerunt
Esth. 9-31 Susceperunt a se, et a semine suo, jejunia
14- 2 Et corpus suum humiliavit jejuniis
Psal. 34-13 Humiliabam in jejunio animam meam
68-11 Et operui in jejunio animam meam
108-24 Genua mea infirmata sunt a jejunio
Isai. 58- 3 In die jejunii vestri invenitur voluntas vest.
- 5 Numquid tale est jejunium quod elegi? Numquid istud vocabis jejunium?
- 6 Nonne hoc est magis jejunium, quod elegi?
Jerem. 36- 6 Audiente pop. in domo Dom. in die jejunii
- 9 Prædicaverunt jejunium in conspectu Dom.
Dan. 9- 3 Rogare et deprecari in jejuniis, sacco, et cin.
Joel. 1-14 Sanctificate jejunium, vocate cœtum
2-12 Convertimini ad me... in jejunio, et in fletu
-15 Canite tuba in Sion, sanctificate jejunium
Jonæ. 3- 5 Prædicaverunt jejunium, et vestiti sunt saccis
Zach. 7- 5 Numquid jejunium jejunastis mihi?
8-19 Jejunium quarti, et jejunium quinti, et jejunium septimi, et jejunium decimi erit domui Juda in gaudium
1 *Mac.* 3-47 Et nos fatigati sumus jejunio hodie?
2 *Mac.* 13-12 Cum fletu et jejuniis, per triduum contin.
Matth. 17-20 Non ejicitur nisi per orationem, et jejunium
Marc. 9-28 Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, et jejunio
Luc. 2-37 Jejuniis et obsecrationibus serviens nocte
Act. 27- 9 Eo quod et jejunium jam præteriisset
2 *Cor.* 6- 5 In laboribus, in vigiliis, in jejuniis
11-27 In jejuniis multis, in frigore et nuditate

JEJUNO.

Judic. 20-26 Jejunaveruntq. die illo usque ad vesperam
1 *Reg.* 7- 6 Et jejunaverunt in die illa, atque dixerunt
31-13 Et jejunaverunt septem diebus
2 *Reg.* 1-12 Jejunaverunt usque ad vesperam super Saül
12-16 Jejunavit David jejunio, et ingressus seors.
-21 Cum adhuc viveret, jejunasti et flebas
-22 Dum adhuc viveret, jejunavi et flevi
-23 Nunc a. quia mortuus est, quare jejunem?
3 *Reg.* 21-27 Jejunavitque et dormivit in sacco
1 *Par.* 10-12 Et jejunaverunt septem diebus
1 *Esdr.* 8-23 Jejunavimus autem, et rogavimus Deum
2 *Esdr.* 1- 4 Jejunabam, et orabam ante faciem Dei cœli
Judith. 8- 6 Jejunabat omnibus diebus vitæ suæ
Esth. 4-16 Et ego cum ancillis meis similiter jejunabo
Eccli. 34-31 Sic homo qui jejunat in peccatis suis
Isai. 58- 3 Quare jejunavimus, et non aspexisti
- 4 Ecce ad lites et contentiones jejunatis
Nolite jejunare sicut usque ad hanc diem
Jerem. 14-12 Cum jejunaverint, non exaudiam preces eor.
Baruc. 1- 5 Qui audientes plorabant, et jejunabant
Zach. 7- 5 Cum jejunaretis, et plangeretis in quinto Numquid jejunium jejunastis mihi?
1 *Mac.* 3-47 Jejunaverunt illa die, et induerunt se ciliciis
Matth. 4- 2 Et cum jejunasset quadraginta diebus
6-16 Cum a. jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ
Ut appareant hominibus jejunantes
-17 Tu autem, cum jejunas, unge caput tuum
-18 Ne videaris hominibus jejunans, sed Patri t.
9-14 Quare nos, et Pharisæi, jejunamus frequenter : Discipuli aut. tui non jejunant?
-15 Cum auferetur ab eis sponsus : et tunc jejunabunt
Marc. 2-18 Erant discip. Joannis et Pharisæi jejunantes Quare discipuli Joannis, et Pharisæorum, jejunant, tui a. Discipuli non jejunant?
-19 Numquid possunt filii nuptiarum, quandiu sponsus cum illis est, jejunare?
-20 Et tunc jejunabunt in illis diebus
Luc. 5-33 Quare discipuli Joannis jejunant frequenter
-34 Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare?
-35 Tunc jejunabunt in illis diebus
18-12 Jejuno bis in sabbato : decimas do omnium
Act. 13- 2 Et jejuntantibus, dixit illis Spiritus sanctus
- 3 Tunc jejunantes, et orantes... dimiserunt illos

JEJUNUS.

Tobiæ. 2- 3 Relinquens prandium, jejunus pervenit ad corpus
Matth. 15-32 Dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant
Marc. 8- 3 Si dimisero eos jejunos in domum suam
Act. 27-33 Hodie expectantes jejuni permanetis

JEMAI.

Filius quartus Thola filii Issachar.

1 *Par.* 7- 2 Filii Thola : Ozi, et Raphaïa, et Jeriel, et Jemaï

JEMINEUS.

2 *Reg.* 20- 1 Seba, filius Bochri, vir Jemineus

JEMINI.

Benjamin is est pater Gera, patris Aod. Sumitur etiam pro loco et pro tribu Benjamin, de filiis Jemini *enim significat* : De filiis Benjamin. *Nam de voce Benjamin aliquando tollitur prima syllaba* Ben, *hoc est, filius, et remanet* Jamin, *vel* Jemini, *quod dexteram significat, et pro Benjamin accipitur.*

Judic. 3-15 Aod, filium Gera, filii Jemini
19-16 Homines a. regionis illius erant filii Jemini
1 *Reg.* 9- 1 Filii Aphia, filii viri Jemini, fortis robore
- 4 Et per terram Jemini, et minime repererunt
-21 Numquid non filius Jemini ego sum?
22- 7 Audite nunc, filii Jemini
2 *Reg.* 16-11 Quanto magis nunc filius Jemini
19-16 Semeï filius Gera filii Jemini
3 *Reg.* 2- 8 Semeï filium Gera filii Jemini de Bahurim
1 *Par.* 27-12 Abiezer Anathothites de filiis Jemini
Esth. 2- 5 Filii Semeï, filii Cis, de stirpe Jemini
Psal. 7- 1 Psalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chusi filii Jemini

JEMLA.

Anno mundi 3138. *Pater Michææ prophetæ, in regno Josaphat regis Juda et Achab regis Israel.*

3 *Reg.* 22- 8 Non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Jemla
- 9 Festina, adduc Michæam filium Jemla
2 *Par.* 18- 7 Est autem Michæas filius Jemla
- 8 Dixit ei : Voca cito Michæam filium Jemla

JEMLECH.

Nomen principis cujusdam.

1 *Par.* 4-34 Mosobab quoque et Jemlech, et Josa

JEMNA I *vel* **JAMNE.**

Filius primogenitus Aser filii Jacob, et princeps familiæ Jemnaitarum.

Gen. 46-17 Filii Aser : Jamne et Jesua et Jessui
Num. 26-44 Jemna, a quo familia Jemnaïtarum
1 *Par.* 7-30 Filii Aser : Jemna, et Jesua, et Jessui

JEMNA II.

Filius secundus Helem, de stirpe Aser.

1 *Par.* 7-35 Filii a. Helem... Supha, et Jemna, et Selles

JEMNA III.

Levites, pater Core in regno Ezechiæ.

2 *Par.* 31-14 Core vero filius Jemna Levites et janitor

JEMNAITÆ.

Num. 26-44 Jemna, a quo familia Jemnaïtarum

JEPHDAIA.

Filius primogenitus Sesac, de stirpe Benjamin.

1 *Par.* 8-25 Et Jephdaïa, et Phanuël, filii Sesac

JEPHLAT.

Filius primogenitus Heber filii Barie filii Aser filii Jacob.

1 *Par.* 7-32 Heber a. genuit Jephlat, et Somer
-33 Filii Jephlat : Phosech, et Chamal, et Asoth : hi filii Jephlat

JEPHLETI.

Locus vel civitas in termino tribus Ephraïm contra tribum Benjamin, inter Archiataroth et Bethoron inferiorem.

Josue. 16- 3 Descendit... juxta terminum Jephleti

JEPHONE I.

Pater Caleb, de tribu Juda.

Num. 13- 7 De tribu Juda, Caleb filium Jephone
14- 6 Josuë filius Nun, et Caleb filius Jephone
-30 Præter Caleb filium Jephone, et Josuë
-38 Josuë a. filius Nun, et Caleb filius Jephone
26-65 Nisi Caleb filius Jephone, et Josuë filius Nun
32-12 Præter Caleb filium Jephone Cenezæum
34-19 De tribu Juda, Caleb filius Jephone
Deut. 1-36 Præter Caleb filium Jephone
Josue. 14- 6 Locutusq. est ad eum Caleb filius Jephone
-14 Ex eo fuit Hebron Caleb filio Jephone
15-13 Caleb vero filio Jephone dedit partem
21-12 Villas ejus dederat Caleb filio Jephone
1 *Par.* 4-15 Filii vero Caleb filii Jephone, Hir et Ela
6-56 Agros autem civitatis, et villas, Caleb filio Jephone

JEPHONE II.

Filius Jether, in tribu Aser.

1 *Par.* 7-38 Filii Jether : Jephone, et Phaspha, et Ara

JEPHTAHEL *et* **JEPHTHAEL.**

Nomen vallis, terminus tribus Zabulon et Aser.

Josue. 19-14 Suntque egressus ejus vallis Jephtahel
-27 Pertransit usque Zabulon et vallem Jephthaël

JEPHTE *vel* **JEPHTHE.**

Filius Galaad ex muliere meretrice. Habuit autem postea pater ejus uxorem legitimam, de qua suscepit filios, qui mortuo patre ut probabiliter credi potest, ejecerunt Jephte de domo paterna, non vi manuque privata, sed publica; hoc enim ipsemet significat ut quando missis e communi gentis consilio ad se legatis ait : Nonne vos estis qui odistis me, et ejecistis de domo patris mei? *Nolebant fratres eum hæreditati paternæ participare, quia natus erat de muliere meretrice; quos ille fugiens atque devitans, habitavit in terra Tob quæ secundum Abulensem et Josephum Galaaditidis pars; congregatique sunt ad eum viri inopes et latrocinantes, et cum ducem secuti sunt. In illis diebus pugnabant filii Ammon contra filios Israel, et valde premebant eos. Perrexerunt majores natu de Galaad ut*

tollerent in auxilium sui Jephte de terra Tob, rogantes ut dux exercitus et populi Judex esse vellet. Abiit Jephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Quibus exposuit Jephte coram Domino consilia sua de bello contra Ammonitas. Deinde non accepta satisfactione de rege Ammonitarum egressus est Jephte contra eos, et votum vovit Domino dicens : Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit revertenti in pace a filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino : Quasi dixisset : Ego quidem nunc aperio os meum ad Deum secreto, voveoque me ipsi immolaturum, qui primus e domo mea mihi occurrerit. Cæterum Deo curæ erit parare hostiam servi sui triumpho convenientem. Nec dubium quin Jephte humanam victimam voverit ; speravit tamen Deum aliam substituturum, ea videlicet providentia, qua hujus generis hostiæ arietem alias subrogaverat. Revertente autem Jephte in Maspha debellatis Ammonitis, occurrit ei filia sua cum tympanis et choris. Ex prisco more gentis agebat filia Jephte. Solebant nimirum Hebræi relatas noviter victorias cum apparatu et musico concentu celebrare. Sic olim Maria sorore Moysis præcinente reliquæ fœminæ triumphale carmen Deo cantarunt ob victoriam ab eodem concessam diffisso pelago et submersis cum Pharaone Ægyptiis. Similiter post Jephte tempora, Davidi et Saüli ex prælio revertentibus, in quo Goliath interfectus fuit victique Philisthæi, virgines occurrerunt cum tympanis et choris, ludentes atque cantantes : Percussit Saül mille et David decem millia. *Similiter aliis in locis. Cum vidisset Jepthe filiam suam, scidit vestimenta, et ait* : Heu me, filia mea, decepisti me, et ipsa decepta es. *Id est : Eram nuper elatus ea victoria quam reportaveram, tu vero depressisti me, imo penitus perdidisti; actum est de posteritate mea, retractare enim minime possum, nec habeo alios liberos, et cum ex te gaudium mihi pollicerer, mœroris occasionem nactus sum. Decepta es etiam tu, quia cum credideris te patri honorem choris æqualium virginum allaturam, ex meo voto mortis victima facta es. Petiit tantum puella ut sibi concederentur duo menses, ut iret in montana, et virginitatem suam cum sodalibus suis plangeret. Duobus expletis mensibus, reversa est ad patrem, et fecit ei sicut voverat quæ ignorabat virum. Exinde mos increbuit in Israel, et consuetudo servata est ut post anni curriculum convenirent in unum filiæ Israel et plangerent filiam Jephte Galaaditæ diebus quatuor. Jephte filiam suam in holocaustum obtulisse sentiunt veteres fere omnes, Tertullianus, Ambrosius, Augustinus, Ephræm Syrus, Nazianzenus, Hieronymus, Chrysostomus, Epiphanius, et alii multi. Nonnulli autem et graves quidem putant eam non fuisse immolatam, sed perpetuo reclusam ; nam homines non sacrificabantur Domino, nec id Deus vult, imo et Deus vetat ex Deut.* 12-29 *et* 31, *et ex Jerem.* 7-31. *Juxta hanc ultimam sententiam, dicavit filiam suam Jephte cultui divino, quæ perpetuam servavit virginitatem, innuptaque permansit. Post victoriam a Jephte de Ammonitis relatam, adversus illum orta est seditio in Ephraim quod illos ad prælium contra Ammonitas non vocavisset ; tumultuantibus Ephrathæis, ejusque domum incendere parantibus, ad arma utrinque procurritur. Prælio commisso Ephrathæi a Galaaditis duce Jephte cæduntur, quorum multi ad vada Jordanis per quæ filii Ephraim reversuri erant, interfecti sunt, non valentes Ephraimitæ hanc vocem* Schibboleth *pronuntiare per* s *et* c, *id est, per* sciu ; *sed pronuntiantes tantum per* s, *id est, per* Samech, *et dicentes* Sibboleth, *ex quo agnoscebantur esse de Ephraim et non de Galaad, et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. Judicavit Jephte Galaadites Israel sex annis, et mortuus est, ac sepultus in civitate sua Galaad, id est, in Maspha, quæ erat in regione Galaaditide. Sanctus Paulus recenset Jephte in numero sanctorum qui per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, etc., etc. Successit ei Abesan qui populum Israel annis septem judicavit.*

Judic. 11- 1 Fuit illo tempore Jephte Galaadites
- 2 Qui postquam creverant, ejecerunt Jephte, dicentes
- 5 Ut tollerent in auxilium sui Jephte
- 8 Dixeruntque principes Galaad ad Jephte
- 9 Jephte quoque dixit eis : Si vere venistis
- 11 Abiit itaque Jephte cum principibus Galaad
Locutusque est Jephte omnes sermones
- 14 Per quos rursum mandavit Jephte
- 15 Hæc dicit Jephte : Non tulit Israël terram Moab
- 28 Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Jephte
- 29 Factus est ergo super Jephte Spiritus Do.
- 32 Transivitque Jephte ad filios Ammon
- 34 Revertente autem Jephte in Maspha
- 40 Et plangant filiam Jephte Galaaditæ
12- 1 Dixerunt ad Jephte : Quare vadens ad pugnam
- 7 Judicavit itaque Jephte Galaadites Israël

1 Reg. 12-11 Misit Dom... Badan, et Jephte, et Samuël
Hebr. 11-32 De Gedeon, Barac, Samson, Jephte, David

JEPHTHA.

Civitas quæ in sortem tribus Judæ cessit.

Josue. 15-43 Jephtha, et Esna, et Nesib

JERAA.

Anno mundi 3117, *ante J. Ch.* 937. *Filia Ethbaal regis Sidoniorum, uxor Achab regis Israel. Mulier idololatra, quæ regem induxit in idololatriam, eumque ad omne malum concitavit. Omnes enim prophetas Domini interficiebat, habebatque ipsa quadringentos quinquaginta prophetas Baal, prophetasque lucorum quadringentos qui comedebant de mensa ejus. Cum audisset ex Achab omnia quæ fecerat Elias, nempe omnes prophetas et sacerdotes Baal, non valentes* facere ignem de cœlo descendere in terram in conspectu hominum, *interfectos fuisse gladio jussu Eliæ ad torrentem Cison, misit Jezabel ad Eliam dicens:* Hæc mihi faciant dii, et hæc addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis *prophetis meis quos interfecisti. Timuit ergo Elias, et surgens abiit quocumque eum ferebat voluntas, alia ex aliis loca et latebras mutans, et sic mortem vitavit. Post decem annos adulterinis litteris sigillo Achab signatis, jussit Jezabel senioribus Jezrahel ut occiderent Naboth nolentem dare vineam suam regi Achab pro pecunia. Lapidatus est Naboth, et Achab possedit vineam ejus, confiscationis titulo, quæ apud Hebræos viguisse videtur in delictis adversus regiam majestatem. Tum factus est sermo Domini ad Eliam, dicens:* Surge, et descende in occursum Achab regis Israël, qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth descendit, ut possideat eam: et loqueris ad eum, dicens: hæc dicit Dominus: Occidisti, insuper et possedisti. Et post hæc addes: Hæc dicit Dominus: In loco hoc, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum... Sed et de Jezabel locutus est Dominus, dicens: Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel, *nec erit qui sepeliat eam. Hæc prædictio de Jezabel adimpleta est in regno Jehu qui eam præcipitari jussit per fenestram; et quia impia hæc mulier erat non tantum filia regis, sed et uxor, et nurus, et mater, et socrus, et avia, Jehu eam sepeliri voluit; ministri autem ejus non invenerunt nisi calvariam, et pedes, et summas manus.* Et ait Jehu: Sermo Domini est... In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel, et erunt carnes Jezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel, ita ut prætereuntes dicant: Hæccine est illa Jezabel? *Quomodo tanta gloria in tantam calamitatem conversa est?*

3 *Reg.* 16-31 Insuper duxit uxorem Jezabel filiam Ethbaal
18- 4 Nam cum interficeret Jezabel prophetas
-13 Cum interficeret Jezabel prophetas Dom.
-19 Qui comedunt de mensa Jezabel
19- 1 Nuntiavit autem Achab Jezabel omnia
- 2 Misitque Jezabel nuntium ad Eliam
21- 5 Ingressa est autem ad eum Jezabel uxor
- 7 Dixit ergo ad eum Jezabel uxor ejus
-11 Fecerunt... sicut præceperat eis Jezabel
-14 Miseruntque ad Jezabel, dicentes
-15 Cum audisset Jezabel lapidatum Naboth
-23 Sed et de Jezabel locutus est Dominus dicens
Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel
-25 Concitavit enim eum Jezabel uxor sua
4 *Reg.* 9- 7 Ulciscar sanguinem... de manu Jezabel
-10 Jezabel quoque comedent canes in agro
-22 Adhuc fornicationes Jezabel... vigent
4 *Reg.* 9-30 Porro Jezabel introitu ejus audito
-36 In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel
-37 Et erunt carnes Jezabel sicut stercus
Dicant: Hæccine est illa Jezabel?

JEZABEL II.

Fuit hæc Jezabel nobilis et potens aliqua mulier hæretica, quæ prophetissam se mentiens, propagavit sectam Nicolaïtarum, docens licere fornicari et edere idolothita, sicut Jezabel uxor Achab propagavit cultum Baal.

Apoc. 2-20 Quia permittis mulierem Jezabel

JEZATHA.

Decimus filius Aman filii Amadathi.

Esth. 9- 9 Et Arisaï, et Aridaï, et Jezatha

JEZER.

Filius Galaad filii Machir filii Manasse, qui Josue 17-2, *dicitur Abiezer. Ab eo familia Jezeritarum.*

Num. 26-30 Jezer, a quo familia Jezeritarum

JEZER.

Nomen civitatis Amorrhæorum, quæ Levitis et homicidis pro asylo e tribu Gad est attributa. Eadem videtur, quæ dicitur Jazer.

1 *Par.* 6-81 Et Jezer cum suburbanis suis

JEZERITÆ.

Num. 26-30 Jezer, a quo familia Jezeritarum

JEZERITES.

1 *Par.* 27- 8 Princeps Samaoth Jezerites

JEZIA.

De filiis Pharos, qui duxerant uxores alienigenas, Jezia eam quam et ipse duxerat dimisit.

1 *Esdr.* 10-25 De filiis Pharos, Remeïa, et Jezia

JEZLIA.

Filius Elphaal, e semine Benjamin.

1 *Par.* 8-18 Et Jesamari, et Jezlia, et Jobab

JEZONIAS I.

Anno mundi 3446, *ante J. Ch.* 608. *Filius Maachati.*

4 *Reg.* 23-23 Et Jezonias filius Maachathi
Jerem. 40- 8 Et Jezonias filius Maachathi

JEZONIAS II.

Filius Jeremiæ filii Habsaniæ Rechabitæ.

Jerem. 35- 3 Assumpsi Jezoniam filium Jeremiæ

JEZONIAS III. *Filius Osaïæ.*

Jerem. 42- 1 Jezonias filius Osaïæ, et reliquum vulgus

JEZONIAS IV.

Filius Saphan. Aliqui putant esse Sophoniam sacerdotem, qui datus fuit quasi judex. Stantem ante picturas et idola, eum in extasi vidit Ezechiel propheta.

Ezech. 8-11 Jezonias filius Saphan stabat in medio

JEZONIAS V.

Filius Azur. Videtur alius fuisse a Jezonia cujus mentio est in Ezech. 8-11, *qui non Azur, sed Saphan filius fuisse dicitur.*

Ezech. 11- 1 Vidi in medio eorum Jezoniam filium Azur

JEZRA. *Sacerdos. Filius Mosollam.*

1 *Par.* 9-12 Filius Adiel, filii Jezra, filii Mosollam

JEZRAEL.

Nomen civitatis, in tribu Juda, prope montem Gelboe, non procul a Jordane; scribitur quoque JEZRAHEL.

Josue. 15-56 Jezraël, et Jucadam, et Zanoë
17-16 Et Jezraël mediam possidens vallem
19-18 Fuitque ejus hæreditas, Jezraël, et Casaloth
Judic. 6-33 Castrametati sunt in valle Jezraël
1 *Reg.* 25-43 Achinoam accepit David de Jezrahel

JEZRAHEL I.

Filius primus Etam, e stirpe Juda.

1 *Par.* 4- 3 Ista quoq. stirps Etam: Jezrahel, et Jesema

JEZRAHEL II.

Filius Osee ex Gomer uxore.

Osee. 1- 4 Voca nomen ejus Jezrahel

JEZRAHEL.

Nomen civitatis in tribu Issachar. Vinea Naboth Jezrahelitæ erat in Jezrahel, quam Achab rex Israel non potuit obtinere; ideo illius uxor Jezabel Naboth falsis testibus accusatum lapidavit.

1 *Reg.* 29- 1 Sed et Israël castrametatus est super fontem, qui erat in Jezrahel
-11 Philisthiim a. ascenderunt in Jezrahel
2 *Reg.* 2- 9 Super Gessuri, et super Jezrahel
4- 4 Venit nuntius de Saül... ex Jezrahel
3 *Reg.* 4-12 Quæ est juxta Sarthana subter Jezrahel
18-45 Ascendens itaque Achab, abiit in Jezrahel
-46 Currebat ante Achab, donec veniret in Jezrahel
21- 1 Vinea erat Naboth Jezrahelitæ, qui erat in Jezrahel, juxta palatium
-23 Canes comedent Jezabel in agro Jezrahel
4 *Reg.* 8-29 Qui reversus est ut curaretur in Jezrahel
Descendit invisere Joram... in Jezrahel
9-10 Jezabel q. comedent canes in agro Jezrahel
-15 Reversus fuerat ut curaretur in Jezrahel
Ne vadat, et nuntiet in Jezrahel
-16 Ascendit, et profectus est in Jezrahel
-17 Qui stabat super turrim Jezrahel
-30 Venitque Jehu in Jezrahel
-36 In agro Jezrahel comedent canes carnes Jezabel
-37 Sicut stercus super faciem terræ in agro Jezrahel
10- 6 Venite ad me hac ead. hora cras in Jezrahel
- 7 Et miserunt ad eum in Jezrahel
-11 Qui reliqui erant de domo Achab in Jezrahel
2 *Par.* 22- 6 Qui reversus est ut curaretur in Jezrahel
Osee. 1- 4 Visitabo sanguinem Jezrahel super domum Jehu
- 5 Conteram arcum Israël in valle Jezrahel
-11 Quia magnus dies Jezrahel
2-22 Et hæc exaudient Jezrahel

JEZRAHELITA *et* JEZRAHELITES.

3 *Reg.* 21- 1 Tempore illo vinea erat Naboth Jezrahelitæ
- 4 Quod locutus fuerat ad eum Naboth Jezrahelites
- 6 Locutus sum Naboth Jezrahelitæ
- 7 Ego dabo tibi vineam Naboth Jezrahelitæ
-15 Surge et posside vineam Naboth Jezrahelitæ
-16 Descendebat in vineam Naboth Jezrahelitæ
4 *Reg.* 9-21 Invenerunt eum in agro Naboth Jezrahelitæ
-25 Projice eum in agro Naboth Jezrahelitæ

JEZRAHELITES.

1 *Reg.* 27- 3 Achinoam Jezrahelitis, et Abigaïl
30- 5 Achinoam Jezrahelites, et Abigaïl
2 *Reg.* 2- 2 Achinoam Jezrahelites, et Abigaïl
3- 2 Amnon de Achinoam Jezrahelitide
1 *Par.* 3- 1 Amnon ex Achinoam Jezrahelitide

JEZRAIA.

Anno mundi 3516. *Sacerdos, præfectusque cantorum, qui ascendit de captivitate Babylonis cum Zorobabel.*

2 *Esdr.* 12-41 Clare cecinerunt cantores, et Jezraïa præpositus

JOAB I.

Filius Sarviæ, sororis David, frater Abisaï et Asaelis. Nullum habuit David in exercitu fortiorem et belli magis expertum; qui famam et immortalem gloriam consecutus esset, nisi majoribus vitiis et peccatis itemque sceleribus maximis fœdavisset sua bene gesta et virtutes tum militarias, tum civiles, tum etiam familiares. Sua autem ambitione et perfidia sese perdidit, nec misericordiam invenire potuit pro bene factis erga regem et populum Israel. Josephus enim his verbis narrat quomodo Joab occiderit Amasam filium Abigail sororis David: « *Ibi Joabus thorace munitus, accinctusque gladio, accedente ad complectendum Amasa, de industria gladium sibi e vagina elabi passus est, eoque mox e terra sublato, et altera manu barba Amasæ deosculandi causa prehensa, improviso ictu ventrem ei perfodit, hominemque confecit.* » *Abner, qui sequebatur partes Isboseth filii Saül, venit ad David in Hebron; voluit autem David illum honorare, quia ei se obstrictum sentiebat et propter reductam Michol, et propter conciliatam tribuum voluntatem, ut rex esset Israelis universi; idcirco fecit David Abner et viris ejus qui venerant cum eo convivium, et etiam abeuntem honorifice deduxit. Quo audito, Joab timens ne Abner se gratiosior aut potentior apud regem fieret, illum in invidiam vocare co-*

natus est, et in odium regis. Egressus itaque Joab a David, nuntios ad Abner misit, quem reduxit nomine David a cisterna Sira, ignorante rege. Cumque redüsset Abner in Hebron, Joab finxit se velle ipsum, remotis testibus et arbitris omnibus, alloqui nomine David. Seorsum itaque adduxit ut loqueretur ei in dolo, et percussit illum in inguine, et mortuus est Abner in ultionem sanguinis Asael, ut ipse dicebat Joab, et credi volebat; Abner enim interfecerat Asaelem fratrem Joab. Joab impius timens ne perderet Davidis gratiam, impie Uriam virum Bethsabee interfici curavit innocentem. Cum Absalom interfecisset fratrem suum in convivio, et fugisset, Joab prudenti consilio patri conciliavit hunc filium quem reduxit, et postea de quercu pendentem confodit, et, Deo ita curante, audacter Davidem corripuit patienter lugentem Absalom filium. Quod faciebat tamen Joab, ne commotus populus illo fletu recederet ab ipso Davide. Tandem post mortem Absalom, Adoniæ regnum affectanti favit Joab, quia forte sibi persuaserat regnum illi ut primogenito deberi, vel etiam illi favebat, ut sibi eum devinciret et in muneribus ducis exercitus sanciretur. Ideo David moriens jussit Salomoni filio ut interficeret principem Joab. Adonia igitur jussu Salomonis perempto, venit ad Joab fama, quod in regia Salomonis diceretur illum declinasse ad Adoniam, secunda scilicet conjuratione et molitione, cum nempe Abisag uxorem sibi dari postulavit Adonias; fugit Joab in tabernaculum Domini, ubi jussu Salomonis occisus est a Banaïa, et sepultus est in domo sua.

1 *Reg.* 26- 6 Ait David ad Achimelech Hethæum, et Abisaï filium Sarviæ, fratrem Joab
2 *Reg.* 2-13 Joab filius Sarviæ, et pueri Dav. egressi sunt
-14 Dixitque Abner ad Joab : Surgant pueri Et respondit Joab : Surgant
-18 Tres filii Sarviæ, Joab, et Abisaï, et Asaël
-22 Et levare non potero faciem meam ad Joab
-24 Persequentibus a. Joab et Abisaï fugientem
-26 Et exclamavit Abner ad Joab, et ait
-27 Et ait Joab : Vivit Dom., si locutus fuisses
-28 Insonuit ergo Joab buccina, et stetit omnis
-30 Joab reversus, omisso Abner, congreg.
-32 Et ambulaverunt tota nocte Joab, et viri
3-22 Statim pueri David et Joab venerunt
-23 Et Joab, et omnis exercitus qui erat cum eo Nuntiatum est itaque Joab a narrantibus
-24 Et ingressus est Joab ad regem, et ait
-26 Egressus itaque Joab a David, misit nuntios
-27 Seors. adduxit eum Joab ad medium portæ
-29 Veniat super caput Joab, et sup. o. domum Nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens
-30 Joab et Abisaï frater ejus interfecerunt Abner
-31 Dixit a. David ad Joab, et ad om. populum
8-16 Joab a. filius Sarviæ erat super exercitum
10- 7 Quod cum audisset David, misit Joab
- 9 Videns igitur Joab quod præparatum esset
-11 Et ait Joab : Si prævaluerint adversum me
-13 Iniit itaq. Joab, et populus qui erat cum eo
-14 Reversusque est Joab a filiis Ammon
11- 1 Misit David Joab, et servos suos cum eo
- 6 Misit a. David ad Joab, dicens : Mitte ad me Misitque Joab Uriam ad David
- 7 Quæsivitque David quam recte ageret Joab
-11 Et dominus meus Joab, et servi domini mei super faciem terræ manent
-14 Scripsit David epistolam ad Joab
-16 Cum Joab obsideret urbem, posuit Uriam
-17 Viri de civitate bellabant adversum Joab
-18 Misit itaque Joab, et nuntiavit David omnia
-22 Narravit David omnia quæ ei præceperat Joab
-25 Et dixit David ad nuntium : Hæc dices Joab
12-26 Igitur pugnabat Joab contra Rabbath
-27 Misitque Joab nuntios ad David, dicens
14- 1 Intelligens autem Joab filius Sarviæ
- 3 Posuit autem Joab verba in ore ejus
-19 Numquid manus Joab tecum est in o. istis? Servus enim tuus Joab, ipse præcepit mihi
-20 Servus tuus Joab præcepit istud
-21 Et ait rex ad Joab : Ecce placatus feci verbum tuum
-22 Cadensq. Joab super faciem suam in terram Et dixit Joab : Hodie intellexit servus tuus
-23 Surrexit ergo Joab, et abiit in Gessur
-29 Misit itaque ad Joab, ut mitteret eum ad regem
-30 Scitis agrum Joab juxta agrum meum
2 *Reg.* 14-30 Et venientes servi Joab, scissis vestibus suis
-31 Surrexitque Joab, et venit ad Absalom
-32 Et respondit Absalom ab Joab : Misi ad te
-33 Ingressus itaque Joab ad regem, nuntiavit ei
17-25 Constituit Absalom pro Joab super exercit. Sororem Sarviæ, quæ fuit mater Joab
18- 2 Dedit populi tertiam partem sub manu Joab Sub manu Abisaï, filii Sarviæ, fratris Joab
- 5 Et præcepit rex Joab, et Abisaï, et Ethaï
-10 Vidit a. hoc quispiam, et nuntiavit Joab
-11 Et ait Joab viro, qui nuntiaverat ei
-12 Qui dixit ad Joab : Si appenderes in manibus meis
-14 Et ait Joab : Non sicut tu vis, sed aggrediar
-15 Cucurrerunt decem juvenes armigeri Joab
-16 Cecinit autem Joab buccina, et retinuit
-20 Ad quem Joab dixit : Non eris nuntius
-21 Et ait Joab Chusi : Vade, et nuntia regi Adoravit Chusi Joab, et cucurrit
-22 Achimaas filius Sadoc dixit ad Joab Dixitque ei Joab : Quid vis currere, fili mi?
-29 Cum mitteret Joab servus tuus, o rex, me
19- 1 Nuntiatum est autem Joab quod rex fleret
- 5 Ingressus ergo Joab ad regem in domum
-13 Si non magister militiæ fueris coram me omni tempore pro Joab
20- 7 Egressi sunt ergo cum eo viri Joab
- 8 Porro Joab vestitus erat tunica stricta
- 9 Dixit itaque Joab ad Amasam : Salve
-10 Porro Amasa non observavit gladium quem habebat Joab Joab autem, et Abisaï frater ejus, persecuti sunt Seba
-11 Quidam viri, cum stetissent juxta cadaver Amasæ, de sociis Joab, dixerunt : Ecce qui esse voluit pro Joab comes David
-13 Transibat omnis vir sequens Joab
-15 Omnis autem turba, quæ erat cum Joab
-16 Audite, audite, dicite Joab : Appropinqua
-17 Cum accessisset ad eam, ait illi : Tu es Joab
-20 Respondensque Joab, ait : Absit, absit hoc
-21 Et ait mulier ad Joab, Ecce caput
-22 Caput Seba... projecerunt ad Joab Joab a. reversus est Jerusalem ad regem
-23 Fuit ergo Joab super omnem exercitum Isr.
23-18 Abisaï quoque frater Joab filius Sarviæ
-24 Asaël frater Joab inter triginta, Elehanan
-37 Naharaï Berothites armiger Joab filii Sarv.
24- 2 Dixitq. rex ad Joab principem exercitus sui
- 3 Dixitque Joab regi : Adaugeat Dominus Deus
- 4 Obtinuit autem sermo regis verba Joab Egressusque est Joab, et principes militum
- 9 Dedit ergo Joab numerum descriptionis
3 *Reg.* 1- 7 Et sermo ei cum Joab filio Sarviæ
-19 Et vocavit... Abiathar quoque sacerdotem, et Joab principem militiæ
-41 Sed et Joab, audita voce tubæ, ait
2- 5 Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Joab
-22 Et habet Abiathar sacerdotem, et Joab
-28 Venit autem nuntius ad Joab, quod Joab declinasset post Adoniam Fugit ergo Joab in tabernaculum Domini
-29 Quod fugisset Joab in tabernaculum Domini
-30 Hæc locutus est Joab, et hæc respondit mihi
-31 Et amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est a Joab
-33 Revertetur sanguis illorum in caput Joab
11-15 Ascendisset Joab princeps militiæ ad sepel.
-16 Sex enim mensibus ibi moratus est Joab
-21 Et mortuum esse Joab principem militiæ
1 *Par.* 2-16 Filii Sarviæ : Abisaï, Joab, et Asaël, tres
-54 Coronæ domus Joab, et dimidium requiet.
11- 6 Ascendit igitur primus Joab filius Sarviæ
- 8 Joab autem reliqua urbis extruxit
-20 Abisaï quoque frater Joab ipse erat princeps
-26 Asahel frater Joab, et Elchanan filius patrui ejus
-39 Naaraï Berothites armiger Joab filii Sarviæ
18-15 Porro Joab filius Sarviæ erat super exercit.
19- 8 Misit Joab, et omnem exercitum virorum
-10 Igitur Joab, intelligens bellum ex adverso
-14 Perrexit ergo Joab, et populus qui cum eo erat
-15 Reversusque est etiam Joab in Jerusalem
20- 1 Congregavit Joab exercit., et robur militiæ Quando Joab percussit Rabba, et destruxit
21- 2 Dixitq. David ad Joab, et ad principes pop.
- 3 Respondituque Joab : Augeat Dominus populum suum
- 4 Egressusque est Joab, et circuivit univers.
- 6 Eo quod Joab invitus exequeretur regis imperium
26-28 Et Abner filius Ner, et Joab filius Sarviæ
27- 7 Quartus, mense quarto, Asahel frater Joab
-24 Joab filius Sarviæ cœperat numerare
1 *Par.* 27-34 Princeps autem exercitus regis erat Joab
Psal. 59- 2 Et convertit Joab, et percussit Idumæam

JOAB II.

Filius Saraïæ, pater seu princeps aut dominus vallis Artificum; quodnam autem genus artificii exercerent, colligi non potest ex Scriptura.

1 *Par.* 4-14 Saraïa autem genuit Joab patrem vallis Artificum

JOAB III.

Incola Phahath-Moab, vir suo tempore insignis et clarissimus, genus suum referens ad Phahath-Moab, vel ab eo loco originem ducens. Filii ejus e captivitate Babylonis ascenderunt cum Zorobabel, duo millia octingenti duodecim.

1 *Esdr.* 2- 6 Joab, duo millia octingenti duodecim
8- 9 De filiis Joab, Obedia filius Jahiel
2 *Esdr.* 7-11 Filii Phahath-Moab filiorum Josuë et Joab

JOACHAZ I.

Anno mundi 3179, *ante J. Ch.* 825. *Filius Jehu regis Israel. Dormivit Jehu cum patribus suis, et regnavit Joachaz filius ejus pro eo in Samaria super Israel decem et septem annis. Et fecit malum coram Domino, secutusque est peccata Jeroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, et adoravit Baal, præsertim in luco in Samaria plantato. Iratusque est furor Domini contra Israel, et tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, et in manu Benadad filii Hazael. Vidit Joachaz angustiam Israel, et esse attritos ab utroque rege Syriæ, nempe ab Hazaele et a Benadad; ideo deprecatus est faciem Domini, pœnitentiam egit, et humiliavit se in conspectu Domini, qui dedit salvatorem Israeli, et liberatus est de manu regis Syriæ. Quis fuerit hic salvator Scriptura non exprimit. Josephus putat fuisse ipsummet Joachaz, qui placato precibus Numine, rem in posterum felicius gesserit. Lyranus existimat fuisse Angelum Michaelem Israelitarum præsidem, a quo virtute occulta hostium vis repressa sit, et eis timor immissus. Verius autem videtur fuisse Joas filium Joachaz, qui tres clades Syris intulit, urbesque recepit quas Hazael occupaverat. Tanta Angustia premebatur Israel, ut Joachaz de populo quinquaginta equites, et decem currus, et decem millia peditum tantummodo superessent; interfecerat enim eos rex Syriæ, et redegerat Israelem quasi pulverem in conculcationem. Verumtamen Joachaz et populus non recesserunt a peccatis Jeroboam, et servierunt idolo Baal in lucis et in vitulis aureis. Reliqua autem sermonum Joachaz et universa quæ fecit, et fortitudo ejus, scripta erant in libro Sermonum dierum regum Israel, qui liber non extat. Dormivit Joachaz cum patribus suis, sepultusque est in Samaria, et regnavit filius ejus Joas pro eo.*

4 *Reg.* 10-35 Et regnavit Joachaz filius ejus pro eo
13- 1 Regnavit Joachaz filius Jehu super Israël
- 4 Deprecatus est a. Joachaz faciem Domini
- 7 Et non sunt derelicti Joachaz de populo
- 8 Reliqua a. sermonum Joachaz, et universa
- 9 Dormivitque Joachaz cum patribus suis
-10 Regnavit Joas filius Joachaz super Israël
-22 Hazaël rex Syriæ afflixit Israël cunctis diebus Joachaz
-25 Porro Joas filius Joachaz tulit urbes de manu Benadad filii Hazaël, quas tulerat de manu Joachaz
14- 1 In anno secundo Joas filii Joachaz regis Isr.
- 8 Misit Amasias nuntios ad Joas filium Joachaz
-17 Postquam mortuus est Joas filius Joachaz
2 *Par.* 25-17 Misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu
-25 Postquam mortuus est Joas filius Joachaz rex Israël

JOACHAZ II.

Qui etiam dicitur Sellum. Filius Josiæ regis Juda, et Amital filiæ Jeremiæ de Lobna. Cum interfectus fuisset pater ejus Josias a Pharaone Nechao Ægypti rege, sollicitatus populus ab ipso Joachaz secundogenito, factione populari illum ad regnum admovit, et unxit pro patre suo regem. Fortasse etiam magis strenuus habebatur, et magis idoneus bello gerendo et reipublicæ defendendæ adversus regem Ægypti. Ideo ungi voluit Joachaz,

ad firmandum sibi apud populum regnum, quod fratri suo Joakim natu majori deberi intelligebat. Tres et viginti annos natus, Joachaz regnare cœpit, et tribus mensibus regnavit in Jerusalem, faciens malum coram Domino. Quapropter ab expeditione bellica revertens Pharao Nechao in Ægyptum, vinxit Joachaz, ne regnaret in Jerusalem, regemque constituit Eliacim filium Josiæ, et vertit nomen ejus Joakim; quæ nominis impositio dominativæ potestatis signum est. Porro secum Joachaz abduxit, qui in Ægypto captivus, ibi mortuus est. Vide Schema ad verbum JECHONIAS.

4 *Reg.* 23-30 Tulitq. populus terræ Joachaz filium Josiæ
-31 Viginti trium annorum erat Joachaz
-34 Porro Joachaz tulit, et duxit in Ægyptum
2 *Par.* 36- 1 Tulit ergo populus terræ Joachaz filium Josiæ
- 2 Viginti trium annorum erat Joachaz
- 4 Ipsum vero Joachaz tulit secum, et abduxit

JOACHAZ III.

Qui dicitur Ochozias, filius Joram et Athaliæ. Vid. OCHOZIAS II.

2 *Par.* 21-17 Nec remansit ei filius, nisi Joachaz
25-23 Filium Joas filii Joachaz, cepit Joas rex

JOACHAZ IV.

Pater Joha, et scriba regis Josiæ.

2 *Par.* 34- 8 Et Joha filium Joachaz a commentariis

JOACHIN.

Qui dictus est Jechonias, filius Joakim regis Juda. Vid. JECHONIAS *et Schema.*

4 *Reg.* 24- 6 Et regnavit Joachin filius ejus pro eo
- 8 Decem et octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset
-12 Egressusque est Joachin rex Juda ad regem Babylonis
-15 Transtulit quoque Joachin in Babylonem
25-27 In anno triges. septimo transmigr. Joachin Sublevavit... caput Joachin regis Juda de carcere
2 *Par.* 36- 8 Regnavit autem Joachin filius ejus pro eo
- 9 Octo annorum erat Joachin cum regnare cœpisset
Jerem. 52-31 Trigesimo septimo anno transmigr. Joachin Elevavit Evilm... caput Joachin regis Juda

JOADA. *Filius Ahaz filii Micha.*

1 *Par.* 8-36 Et Ahaz genuit Joada
Et Joada genuit Alamath, et Azmoth, et Zamri

JOADAN.

Mulier Jerosolymitana, mater Amasiæ, filii Joas, regis Juda.

4 *Reg.* 14- 2 Nomen matris ejus Joadan de Jerusalem
2 *Par.* 25- 1 Nomen matris ejus Joadan de Jerusalem

JOAH.

Filius Zamma, Levites, de filiis Gerson.

1 *Par.* 6-21 Joah filius ejus, Addo filius ejus
2 *Par.* 29-12 De filiis autem Gersom, Joah filius Zemma, et Eden filius Joah

JOAHA. *Filius tertius Obededom.*

1 *Par.* 26- 4 Filii a. Obededom... Joaha tertius, Sachar

JOAHE.

Anno mundi 3322, *Romæ* 22, *ante J. Ch.* 732. *Filius Asaph, et scriba Ezechiæ regis Juda.*

4 *Reg.* 18-18 Et Joahe filius Asaph a commentariis
-26 Dixerunt a. Eliacim... et Sobna, et Joahe
-37 Et Joahe filius Asaph a commentariis
Isai. 36- 3 Et Joahe filius Asaph a commentariis
-11 Dixit Eliacim, et Sobna, et Joahe
-22 Et Joahe filius Asaph a commentariis

JOAKIM I, *qui prius dictus est* JOACIM.

Filius Josiæ regis Juda. Nomen matris ejus Zebida, filia Phadaïa de Ruma. Vide quæ diximus ad verbum JECHONIAS *et Schema.*

4 *Reg.* 23-34 Regemque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Josiæ pro Josia patre ejus Vertitque nomen ejus Joakim
-35 Argentum autem et aurum dedit Joakim Pharaoni
-36 Viginti quinque annorum erat Joakim
24- 1 Et factus est ei Joakim servus tribus annis
- 5 Reliqua a. sermonum Joakim, et universa Et dormivit Joakim cum patribus suis
-19 Juxta omnia quæ fecerat Joakim
1 *Par.* 3-15 Filii a. Josiæ fuerunt... secundus Joakim
-16 De Joakim natus est Jechonias, et Sedecias
2 *Par.* 36- 4 Et vertit nomen ejus Joakim
- 5 Viginti quinque annorum erat Joakim
- 8 Reliqua a. verborum Joakim, et abomin.
Jerem. 1- 3 In diebus Joakim filii Josiæ regis Juda
22-18 Hæc dicit Dominus ad Joakim filium Josiæ
-24 Quia si fuerit Jechonias filius Joakim
24- 1 Postquam transtulit Nabuchodonosor.. Jechoniam filium Joakim
25- 1 In anno quarto Joakim filii Josiæ regis
26- 1 In principio regni Joakim filii Josiæ
-21 Et audivit rex Joakim, et omnes potentes
-22 Et misit rex Joakim viros in Ægyptum
-23 Et adduxerunt eum ad regem Joakim
27- 1 In principio regni Joakim filii Josiæ regis
-20 Cum transferret Jechoniam filium Joakim
28- 4 Jechoniam filium Joakim regem Juda
35- 1 In diebus Joakim filii Josiæ regis Juda
36- 1 Factum est in anno quarto Joakim filii Josiæ
- 9 Factum est autem in anno quinto Joakim
-28 Quod combussit Joakim rex Juda
-29 Et ad Joakim regem Juda, dices
-30 Hæc dicit Dom. contra Joakim regem Juda
-32 Libri, quem combusserat Joakim rex Juda
37- 1 Regnavit rex Sedecias filius Josiæ pro Jechonia filio Joakim
45- 1 Anno quarto Joakim filii Josiæ regis Juda
46- 2 In quarto anno Joakim filii Josiæ
52- 2 Fecit malum... juxta omnia quæ fecerat Joakim
Baruc. 1- 3 Legit Baruch verba libri hujus ad aures Jechoniæ filii Joakim
Dan. 1- 1 Anno tertio regni Joakim regis Juda
- 2 Tradidit Dominus in manu ejus Joakim regem Juda

JOAKIM II. *Qui scribitur quibusdam in editionibus per* C, *et legitur* **JOACIM** *et* ELIACHIM. *Anno mundi* 3516. *Filius Josue filii Josedec, et sacerdos, in diebus Zorobabel, quocum ascendit a captivitate Babylonis.*

2*Esdr.* 12-10 Josuë autem genuit Joacim, et Joacim genuit Eliasib
-12 In diebus autem Joacim erant sacerdotes et principes familiarum
-26 Hi in diebus Joacim filii Josuë filii Josedec

JOAKIM III *vel* **JOACIM,** *qui et* ELIACHIM. *Summus pontifex in diebus Judith, qui de Jerusalem venit in Bethuliam cum universis presbyteris suis et senioribus populi, ut videret Judith; et benedixerunt eam omnes, una voce, dicentes:* Tu gloria Jerusalem, tu lætitia Israël.

Judith. 15- 9 Joacim autem summus pontifex, de Jerusalem venit in Bethuliam

JOAKIM IV.

Anno mundi 3436, *ante J. Ch.* 618. *Summus pontifex in diebus Baruch. Filius erat Helciæ, et princeps sacerdotum qui remanserunt in Jerusalem, et ideo ad eum pecunia missa est.*

Baruc. 1- 7 Miserunt in Jerusalem ad Joakim

JOAKIM V.

Maritus Susannæ filiæ Helciæ, quam duxit uxorem in terra captivitatis Babyloniæ. Joakim erat valde dives, et ad eum sese conferebant Judæi captivi, eo quod esset honorabilis inter omnes et liberalis.

Dan. 13- 1 Et erat vir habitans in Babylone, et nomen ejus Joakim
- 4 Erat autem Joakim dives valde, et erat ei pomarium
- 6 Isti frequentabant domum Joakim
-28 Cumq. venisset populus ad Joakim virum ej.
-29 Mittite ad Susannam filiam Helciæ uxorem Joakim
-63 Laudaverunt Deum... cum Joakim marito

JOANNA.

Filius Resa, et inter majores Jesu Christi computatur secundum humanitatem.

Luc. 3-27 Qui fuit Joanna, qui fuit Resa

JOANNA.

Mulier quæ sequebatur Jesum Christum, uxor Chusæ procuratoris Herodis. Videtur hanc mulierem fuisse non ipsam tantum bene affectam, verum etiam maritum ejus animo erga Christum devoto; neque enim absque mariti consensu sivisset eam Christus esse in comitatu suo.

Luc. 8- 3 Et Joanna uxor Chusæ procuratoris Herodis
Luc. 24-10 Erat autem Maria Magdalene, et Joanna

JOANNES I.

Pater Mathathiæ, et avus Machabæorum.

1 *Mac.* 2- 1 In diebus illis surrexit Mathathias filius Joannis

JOANNES II.

Anno mundi 3893, *Romæ* 593, *ante J. Ch.* 161. *Cognominatus est Gaddis, eratque filius primus Mathathiæ. Interfectus est a filiis Jambri. Vid.* JAMBRI. *In secundo libro Machab.* 8-22 *vocatur Joseph.*

1 *Mac.* 2- 2 Habebat filios quinque, Joannem, qui cognominabatur Gaddis
9-36 Exierunt filii Jambri ex Madaba, et comprehenderunt Joannem
-38 Recordati sunt sanguinis Joannis fratris sui

JOANNES III.

Pater Eupolemi, quem misit Romam Judas Machabæus ut constitueret amicitiam et societatem cum Romanis.

1 *Mac.* 8-17 Elegit Judas Eupolemum filium Joannis
2 *Mac.* 4-11 Per Joannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos

JOANNES IV.

Anno mundi 6916, *Romæ* 616, *ante J. Ch.* 138. *Filius Simonis filii Mathathiæ, fraterque Judæ Machabæi.*

1 *Mac.* 13-54 Et vidit Simon Joannem filium suum
16- 1 Et ascendit Joannes de Gazaris
- 2 Et vocavit Simon duos filios seniores: Judam et Joannem
- 9 Tunc vulneratus est Judas frater Joannis Joannes autem insecutus est eos
-19 Misit alios in Gazaram tollere Joannem
-21 Præcurrens quidam, nuntiavit Joanni in Gazara
-23 Et cætera sermonum Joannis, et bellorum

JOANNES V.

Missus est a Judæis una cum Abesalom ad Lysiam, principem exercitus Syriæ regis. Quidam putant eumdem esse cum Joanne fratre Judæ Machabæi.

2 *Mac.* 11-17 Joannes et Abesalom, qui missi fuerant

JOANNES VI.

Qui dicitur BAPTISTA. *Filius Zachariæ et Elisabeth uxoris ejus, cognatæ beatæ Virgini Mariæ, et e semine sacerdotali. Baptista,* Βαπτιστής, *appellatus est, id est, Baptizator, vel quod primus baptizare cœperit, vel quod Christum baptizaverit. Vivebat in desertis vita multo severior quam prisci prophetæ, omnesque ad agendam pœnitentiam hortabatur. Baptizabat in Jordane eos qui sermonibus movebantur, id est, lavari jubebat in remissionem peccatorum, quemadmodum Judæi ablui solebant, ut se juxta legem mundarent. Volebant Judæi illum pro Messia agnoscere; at professus est se non esse; tantum ejus præcursorem, et ei viam paraturum secundum antiquas prophetias. Cum jam annum et aliquot menses prædicasset, et impleret cursum suum, cumque ab eo jam baptizatus fuisset cunctus populus, tum hoc anno Christum a Nazareth ad eum venisse credimus, et ab eo baptizatum esse, idque die sexta Januarii, ut constans tenet traditio; idque agnoscit et canit Ecclesia ea ipsa die. Venit ergo Jesus, ut reliqui, a Joanne baptizandus, atque ita aquas consecravit, indiditque virtutem peccatorum in baptismi sacramento remittendorum. Testatus est Joannes se Spiritum sanctum vidisse in Jesum descendentem specie columbæ: Ecce, inquit,* Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Lex per Moysen data; gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est. « Baptizatus est Dominus baptismo Joan» nis, et cessavit baptismus Joannis; inde jam » missus est in carcerem Joannes; deinceps » nemo baptizatus invenitur illo baptismate, » inquit D. Augustinus, Tract. IV in Evang. Joannis, num. 14. Ab Herode in carcere decollatus est Joannes, cujus caput postulaverat afferri sibi in disco saltatrix filia Herodiadis. An Joannes baptismo aquæ fuerit a Christo baptizatus, res est incerta. Affirmant Chrysostomus, Hieronymus, auctor operis imperfecti, Euthymius, et Theophylactus. Fuit Joannes propheta; quia Christum absentem, priusquam manifestaretur, prænuntia-*

vit : fuit autem plus quam propheta, quia præsentem vidit, quod nulli contigit veterum prophetarum ; et non tantum vidit, sed præsentem nondum a populo agnitum indicavit. Fuit etiam plus quam propheta, quia Christi præcursor et baptizator, et de eo testatus est sic ipse Christus Jesus Filius Dei : Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista.

Matth. 3- 1 Venit Joannes Baptista prædicans in deserto
- 4 Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum
-13 Tunc venit Jesus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo
-14 Joannes autem prohibebat eum, dicens : Ego a te debeo baptizari
4-12 Cum autem audisset Jesus quod Joannes traditus esset
9-14 Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis
11- 2 Joannes autem cum audisset in vinculis opera Christi
- 4 Euntes renuntiate Joanni quæ audistis
- 7 Cœpit Jesus dicere ad turbas de Joanne
-11 Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista
-12 A diebus a. Joannis Baptistæ usque nunc
-13 Usque ad Joannem, prophetaverunt
-18 Venit enim Joannes neque manducans neque bibens
14- 2 Et ait pueris suis : Hic est Joannes Baptista
- 3 Herodes e. tenuit Joannem, et alligavit eum
- 4 Dicebat enim illi Joannes : Non licet tibi habere eam
- 8 Da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis Baptistæ
-10 Misitque et decollavit Joannem in carcere
16-14 At illi dixerunt : Alii Joannem Baptistam
17-13 Quia de Joanne Baptista dixisset eis
21-25 Baptismus Joannis unde erat ?
-26 Omnes e. habebant Joannem sicut prophet.
-32 Venit enim ad vos Joannes in via justitiæ

Marc. 1- 4 Fuit Joannes in deserto baptizans
- 6 Et erat Joannes vestitus pilis cameli
- 9 Baptizatus est a Joanne in Jordane
-14 Postquam autem traditus est Joannes
2-18 Et erant discipuli Joannis et Pharisæi Quare discipuli Joannis... jejunant ?
6-14 Quia Joannes Baptista resurrexit a mortuis
-16 Quem ego decollavi Joannem, hic a mortuis resurrexit
-17 Tenuit Joannem, et vinxit eum in carcere
-18 Dicebat e. Joannes Herodi : Non licet tibi
-20 Herodes enim metuebat Joannem
-24 At illa dixit : Caput Joannis Baptistæ
-25 Volo ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistæ
8-28 Dicentes : Joannem Baptistam, alii Eliam
11-30 Baptismus Joannis, de cœlo erat, an ex hominibus ?
-32 Omnes enim habebant Joannem quia vere propheta esset

Luc. 1-13 Et vocabis nomen ejus Joannem
-60 Dixit : Nequaquam, sed vocabitur Joannes
-63 Scripsit, dicens : Joannes est nomen ejus
3- 2 Factum est verbum Dom. super Joannem
-15 Cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne
-16 Respondit Joannes..Ego quidem aqua baptizo vos
-20 Et inclusit Joannem in carcere
5-33 Quare discipuli Joannis jejunant frequenter
7-18 Et nuntiaverunt Joanni discipuli ejus
-19 Convocavit duos de discipulis suis Joannes
-20 Joannes Baptista misit nos ad te, dicens
-22 Euntes renuntiate Joanni quæ audistis
-24 Et cum discessissent nuntii Joannis, cœpit de Joanne dicere ad turbas
-28 Major inter natos mulierum propheta Joanne Baptista nemo est
-29 Justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis
-33 Venit e. Joannes Baptista, neque manducans
9- 8 Quia Joannes surrexit a mortuis
- 9 Et ait Herodes : Joannem ego decollavi
-19 Et dixerunt : Joannem Baptistam
11- 1 Doce nos orare, sicut docuit et Joannes
16-16 Lex et prophetæ, usque ad Joannem
20- 4 Baptismus Joannis de cœlo erat, an ex hominibus ?
- 6 Certi sunt enim, Joannem prophetam esse

Joan. 1- 6 Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes
-15 Joannes testimonium perhibet de ipso, et clamat
-19 Et hoc est testimonium Joannis

Joan. 1-26 Respondit eis Joannes, dicens : Ego baptizo
-28 Trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans
-29 Altera die vidit Joannes Jesum venientem
-32 Et testimonium perhibuit Joannes, dicens
-35 Altera die iterum stabat Joannes
-40 Qui audierant a Joanne, et secuti fuerant
3-23 Erat a. et Joannes baptizans in Ænnon
-24 Nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem
-25 Facta est a. quæstio ex discipulis Joannis
-26 Et venerunt ad Joannem, et dixerunt ei
-27 Respondit Joannes, et dixit : Non potest homo
4- 1 Plures discipulos facit, et baptizat, quam Joannes
5-33 Vos misistis ad Joannem
-36 Ego a. habeo testimonium majus Joanne
10-40 In eum locum, ubi erat Joannes baptizans
-41 Quia Joannes quidem signum fecit nullum
-42 Quæcumq. dixit Joannes de hoc, vera erant

Act. 1- 5 Quia Joannes quidem baptizavit aqua
-22 Incipiens a baptismate Joannis usq. in diem
10-37 Post baptismum quod prædicavit Joannes
11-16 Joannes quidem baptizavit aqua
13-24 Prædicante Joanne ante faciem adventus
-25 Cum impleret autem Joannes cursum suum
18-25 Docebat... sciens tantum baptisma Joannis
19- 3 Qui dixerunt : In Joannis baptismate
- 4 Joannes baptizavit baptismo pœnitentiæ

JOANNES VII.

Apostolus et Evangelista, dilectus Christo Discipulus, e Bethsaida oriundus. Filius fuit Zebedæi et Salomes, frater Jacobi apostoli quem Herodes post passionem Christi decollavit. « Totas ille, inquit D. Hieronymus, Asiæ » fundavit et rexit Ecclesias : secundam autem » post Neronem persecutionem movente » Domitiano, in Pathmo insula relegatus, » scripsit Apocalypsim. Evangelium vero non- » nisi demum Ephesum reversus novissimus » omnium scripsit, coactus ab omnibus pene » tunc Asiæ episcopis, et multarum Eccle- » siarum legationibus, indicto prius in com- » muni jejunio. » Unde Epiphanius pulchre ait : « Spiritus sanctus Joannem invitum licet, » ac religione quadam et reverentia defugien- » tem, ad scribendum impulit, affecta jam » ætate, utpote qui nonagesimum annum ex- » cederet, postquam ab insula Pathmo re- » versus est. » Scripsit Græce, et quidem Nervæ anno primo, ut notat Eusebius, hoc est, æræ nostræ 96, a passione 63. Quod ipse fecit, tum ut Cerinthi, Ebionis, aliorumque nascentes adversus Christi divinitatem, religionis christianæ basim ac fundamentum, hæreses confutaret ; tum ut quæ ab aliis Evangelistis prætermissa fuerant, suppleret ; scilicet omnia in hoc Evangelista fere nova sunt et reliquis intacta. Etiam in ipsa passionis narratione, quam cum cæteris communem habet, haud pauca occurrunt singularia ; maxime illud, ubi se ipsum introducit (reliqui enim Discipuli fugerant,) tanquam oculatum testem crucifixionis. Id quod egregie facit ad confirmandam hujus historiæ, præcipuæ quoque partis evangelicæ, veritatem : Qui vidit, inquit, testimonium perhibuit ; et verum est testimonium ejus ; et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis. *Stabat beata Virgo mater Jesu juxta crucem, mœsta et lacrymosa, et cum vidisset Jesus matrem et Joannem discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ :* Mulier, ecce filius tuus. *Deinde dicit Joanni :* Ecce mater tua, *id est, mater mea, hic discipulus sit tibi loco filii, ego enim morior, et a te auferor ; et Discipulo : Amice, mater mea sit tibi matris loco, in hac colenda et adjuvanda supplebis deinceps vices meas.* Et accepit eam Discipulus in sua, *ut cum ea viveret et ei ministraret ; nam ex his patet jam mortuum fuisse sanctum Joseph. Hæc peculiaria non sunt relata apud alios Evangelistas. Tres quoque scripsit Epistolas sanctus Joannes ; quarum unam ad Parthos missam veterum est traditio, quorum in ditione plurimi erant Judæi ex antiqua captivitate et dispersione ; secundam ad Electam mulierem nobilem, in qua huic sanctæ mulieri gratulatur ac filiis ejus, quod rectam de Jesu Christo fidem teneant ; hortaturque ut hæreseon disseminatores summo studio devitent ; tertiam denique, in qua Gaium collaudat Apostolus quod in veritate ambulet, et charitatem erga fratres hospitesque exhibuerit. Dehortatur ab imitando Diotrophe ; hortatur ad imitandum Demetrium. Denique revelavit Apocalypsim tota Trinitas Christo secundum humanitatem, Christus Angelo, Angelus Joanni, Joannes Ecclesiæ. De vocatione autem Joannis vide* JACOBUM *fratrem ejus. Post resurrectionem Jesus Christus Petro sciscitanti de sancto Joanne, et dicenti :* Domine, hic autem quid, *id est, quem habebit vitæ exitum ? respondit :* Sic enim volo manere donec veniam, quid ad te ? *Quod duplici modo potest intelligi : 1° Etiam si vellem eum servare superstitem donec veniam ad judicandum vivos et mortuos ; 2° si nolo eum interfici, sicut ego interfectus fui, et absque violenta morte eum in mundo agere, donec naturali obitu extinguatur, et ego illum ad me accersam, quid tua refert ? Ea occasione verborum Christi permanavit rumor et opinio inter Discipulos Domini, quod Joannes non esset moriturus, licet Jesus non hoc expresse dixerit. Nec postea defuerunt aut desunt qui idem sentiant. Communis tamen et verior sententia est Joannem obiisse Ephesi anno ætatis suæ nonagesimo nono, post vero passionem Jesu Christi sexagesimo octavo.*

Matth. 4-21 Vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, et Joannem fratrem ejus
10- 3 Jacobus Zebedæi, et Joannes frater ejus
17- 1 Assumit Jesus Petr. et Jacobum et Joannem

Marc. 1-19 Vidit Jacobum Zebedæi, et Joannem
-29 Venerunt... cum Jacobo et Joanne
3-17 Jacobum Zebedæi, et Joannem fratrem
5-37 Non admisit... nisi... Jacobum et Joannem
9- 1 Assumit Jesus Petr. et Jacob. et Joannem
-37 Respondit illi Joannes, dicens : Magister
10-35 Accedunt ad eum Jacobus et Joannes
-41 Cœperunt indignari de Jacobo, et Joanne
13- 3 Interrogabant eum... Joannes et Andreas
14-33 Assumit Petrum, et Jacobum, et Joannem

Luc. 5-10 Similiter autem Jacobum et Joannem
6-14 Jacobum et Joannem, Philippum et Barth.
8-51 Nisi Petrum, et Jacobum, et Joannem
9-28 Assumpsit Petrum et Jacobum et Joannem
-49 Respondens a. Joannes, dixit : Præceptor
-54 Cum vidissent... Jacobus et Joannes
22- 8 Et misit Petrum et Joannem, dicens

Act. 1-13 Ubi manebant Petrus et Joannes, Jacobus
3- 1 Petrus autem et Joannes ascendebant in templum
- 3 Is cum vidisset Petrum et Joannem
- 4 Intuens autem in eum Petrus cum Joanne
-11 Cum teneret autem Petrum et Joannem
4-13 Videntes a. Petri constantiam et Joannis
-19 Petrus vero et Joannes respondentes
8-14 Miserunt ad eos Petrum et Joannem
12- 2 Occidit a. Jacobum fratrem Joannis gladio

Galat. 2- 9 Jacobus, et Cephas, et Joannes, qui videbantur columnæ esse

Apoc. 1- 1 Mittens per Angelum suum servo suo Joanni
- 4 Joannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia
- 9 Ego Joannes frater vester, et particeps
21- 2 Et ego Joannes vidi sanctam civitatem Jer.
22- 8 Et ego Joannes, qui audivi, et vidi hæc

JOANNES VIII.

Qui et dicitur Jona. Bar-Jona dictum est Petro a Jesu Christo per contractionem, pro Bar-Johanna, quod Chaldaice, filium Joannis significat, quemadmodum in sequentibus versiculis, Simon Joannis, id est, Simon filius Joannis.

Joan. 21-15 Simon Joannis, diligis me plus his ?
-16 Dicit ei iterum : Simon Joannis, diligis-me ?
-17 Dicit ei tertio : Simon Joannis, amas me ?

JOANNES IX.

Qui cognominatus est Marcus ; non autem Marcus Evangelista, sed alius qui fuit socius peregrinationis sancti Pauli et Barnabæ. In domum matris ejus se recepit nocte sanctus Petrus egressus e carcere. Joannes Marcus ministrabat Paulo et Barnabæ, præsertim in cura rerum temporalium, eosque adjuvabat ut facilius et plenius evangelizarent. Postea vero discessit ab eis, et reversus est Jerusalem, vel ex pusillanimitate aliqua, nolens ire Pergen Pamphyliæ, nec tot itinera conficere, et tanta pericula subire, ait S. Chrysostomus, itemque Baronius. Aliqui autem putant illum rediisse propter affectum matris degentis in Jerusalem. Laudat eum sanctus Paulus in Epistola ad Colossenses et in Epistola ad Philemonem. Martyrio coronatus est sub persecutione Neronis, die vigesima septima Sep-

tembris, in qua die festivitatem ejus celebrant Ecclesiæ Græca et Latina.

Act. 12-12 Venit ad domum Mariæ matris Joannis
-25 Assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus
13- 5 Habebant autem et Joannem in ministerio
-13 Joannes autem discedens ab eis, reversus est Jerosolymam
15-37 Volebat secum assumere et Joannem

JOANNES X.

Hic unus fuit ex quinque Annæ filiis, alio nomine Jonathas appellatus. Vide Josephum, lib. 2 Belli, cap. 25.

Act. 4- 6 Joannes, et Alexander, et quotquot erant

JOARIB.

Unus e posteris Eleazari filii Aaron, et e majoribus Mathathiæ. Istius Joarib sors prima exiit tempore David, 1 Par. 24-7, fuitque prima in viginti quatuor vicibus, quæ omnes erant de filiis Aaron.

2*Esdr.* 11-10 Et de sacerdotibus, Idaïa filius Joarib
1 *Mac.* 2- 1 Sacerdos ex filiis Joarib

JOAS I. *Pater Gedeonis.*

Judic. 6-11 Et pertinebat ad Joas patrem familiæ Ezri
-29 Gedeon filius Joas fecit hæc omnia
-30 Dixerunt ad Joas : Produc filium tuum huc
-32 Quod dixisset Joas : Ulciscatur se de eo Baal
7-14 Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filii Joas
8-29 Abiit itaque Jerobaal filius Joas
-32 Mortuusque est Gedeon filius Joas in senectute bona
Et sepultus est in sepulcro Joas patris

JOAS II.

Anno mundi 3138, *ante J. Ch.* 916. *Filius Amelech, princeps in domo Achab. Achab rex Israel fidem dans pseudoprophetis, Michæam veram prophetantem custodiri jussit apud Joas filium Amelech, donec reverteretur in pace; interfectus est autem Achab in prælio.*

3 *Reg.* 22-26 Maneat... apud Joas filium Amelech
2 *Par.* 18-25 Ducite eum... ad Joas filium Amelech

JOAS III.

Anno mundi 3151, *ante J. Ch.* 903. *Filius Ochoziæ regis Juda, nepos Athaliæ neptis Amri, filiæ Achab regis Israel, uxorisque Joram regis Juda. Athalia mater Ochoziæ videns mortuum filium suum, interemit omne semen regium, ut ipsa non alieno nepotis alicujus nomine, sed suo proprio regnare posset. Aliam rationem affert Theodoretus : « Ut impia, inquit, et tyrannica, voluit genus omne » Davidis, tanquam pium, radicitus extinguere, ut arrepto imperio populum suum » impietatem doceret. » Josaba vero filia Joram regis, sed ex alia matre quam ex Athalia, soror Ochoziæ, uxor Joïadæ pontificis, quæ etiam Josabeth dicitur, Joas filium Ochoziæ abstulit de medio filiorum regis qui interficiebantur, et abscondit eum cum nutrice ipsa; qui mansit in templo Domini abditus. Tum opera et studio, nec non et fide, fortitudineque Joïadæ sacerdotis agnitus est rex ab omni populo Juda, qui lætatus est, et civitas conquievit, quam subita et insperata rerum commotio concusserat et turbaverat. Athalia autem occisa est gladio in domo regis. Septemque annorum erat Joas quando regnare cœpisset, anno mundi* 3157, *ante J. Ch.* 897. *Quadraginta annis regnavit in Jerusalem, fecitque rectum coram Domino cunctis diebus, quibus docuit eum Joïada sacerdos, quem reverentia quasi patrem prosequebatur. Postquam autem obiit Joïada, non est recordatus Joas misericordiæ quam fecerat Joïada secum, sed interfecit filium ejus. Tandem a servis suis ipse occisus in lectulo, non est sepultus in sepulcris regum. « Joas, in» quit Josephus, gravi morbo implicitus, ami» cis Zachariæ pœnas dedit, qui ne filius pon» tificis maneret inultus, per insidias eum » sustulerunt. »*

4 *Reg.* 11- 2 Tollens a. Josaba... Joas filium Ochoziæ
-21 Septemque annorum erat Joas, cum regnare cœpisset
12- 1 Anno septimo Jehu, regnavit Joas
- 2 Fecitque Joas rectum coram Domino
- 4 Dixitque Joas ad sacerdotes
4 *Reg.* 12- 6 Ad vigesimum tertium annum regis Joas
- 7 Vocavitque rex Joas Joïadam pontificem
-18 Tulit Joas rex Juda omnia sanctificata
-19 Reliqua a. sermonum Joas, et universa
-20 Percusseruntque Joas in domo Mello
13- 1 Anno vigesimo tertio Joas filii Ochoziæ
-10 Anno trigesimo septimo Joas regis Juda
14- 1 Regnavit Amasias filius Joas regis Juda
- 3 Juxta omnia, quæ fecit Joas pater suus, fecit
-13 Amasiam... filium Joas filii Ochoziæ, cepit Joas rex Israël
-17 Vixit autem Amasias, filius Joas, rex Juda
-23 Anno quinto decimo Amasiæ filii Joas regis
1 *Par.* 3-11 Joram genuit Ochoziam, ex quo ortus est Joas
2 *Par.* 22-11 Josabeth filia regis tulit Joas filium Ochoziæ
24- 1 Septem annorum erat Joas cum regnare cœpisset
- 4 Placuit Joas ut instauraret domum Domini
-22 Non est recordatus Joas rex misericordiæ
-24 In Joas quoq. ignominiosa exercuere judicia
25-23 Amasiam... filium Joas.. cepit Joas rex Isr.
-25 Vixit autem Amasias filius Joas rex Juda

JOAS IV.

Anno mundi 3195, *ante J. Ch.* 859. *Filius Joachaz filii Jehu regis Israel. Anno trigesimo septimo Joas regis Juda, regnavit Joas iste filius Joachaz defuncti, super Israel in Samaria, sedecim annis. Tulit urbes de manu Benadad regis Syriæ quas Hazael tulerat de manu Joachaz patris sui jure belli; tribus cladibus percussit eum Joas, et plane viribus fracta resistere non potuisset Syria, si Joas percussisset jaculo terram quinquies, aut sexies, sive septies, quando ad Eliseum ægrotantem descendit. Pugnavit contra Amasiam regem Juda, quem vicit in Bethsames, et adduxit eum in Jerusalem vinctum, aut acri septum custodia. Diruit partem murorum, ut cum toto exercitu ingredi et egredi pro arbitrio posset, et Amasiam habuit vectigalem. Mortuus est Joas, et sepultus est in Samaria.*

4 *Reg.* 13- 9 Regnavitque Joas filius ejus pro eo
-10 Regnavit Joas filius Joachaz super Israël
-12 Reliqua autem sermonum Joas, et universa
-13 Et dormivit Joas cum patribus suis
Joas sepultus est in Samaria cum regibus Israël
-14 Descenditque ad eum Joas rex Israël
-25 Porro Joas filius Joachaz tulit urbes
Tribus vicibus percussit eum Joas
14- 1 In anno secundo Joas filii Joachaz regis Isr.
- 8 Misit Amasias nuntios ad Joas filium Joachaz
- 9 Remisitque Joas rex Israël ad Amasiam
-11 Ascenditque Joas rex Israël, et viderunt se
-13 Amasiam vero regem.. cepit Joas rex Israël
-15 Reliqua autem verborum Joas quæ fecit
-16 Dormivitque Joas cum patribus suis
-17 Postquam mortuus est Joas filius Joachaz
-23 Regnavit Jeroboam filius Joas regis Israël
-27 Salvavit eos in manu Jeroboam filii Joas
2 *Par.* 25-17 Misit ad Joas filium Joachaz filii Jehu
-21 Ascendit igitur Joas rex Israël
-23 Amasiam... cepit Joas rex Israël in Beth.
Osee. 1- 1 In diebus Jeroboam filii Joas regis Israël
Amos. 1- 1 In diebus Jeroboam filii Joas regis Israël

JOAS V.

Secundus ex novem filiis Bechor filii secundi Benjamin filii Jacob.

1 *Par.* 7- 8 Porro filii Bechor : Zamira, et Joas

JOAS VI.

Filius secundus Samaa Gabaathites, qui cum fratre suo Ahiezer venit ad David, cum adhuc fugeret Saül filium Cis.

1 *Par.* 12- 3 Princeps Ahiezer, et Joas, filii Samaa

JOAS VII.

In diebus David præpositus erat super cellaria olei, et oliveta.

1 *Par.* 27-28 Super apothecas autem olei, Joas

JOATHAM *vel* JOATHAN I.

Anno mundi 2801, *ante J. Ch.* 1253. *Filius Jerobaal, id est, Gedeonis, natu minimus. Abimelech filius Gedeonis ex concubina occidit fratres suos Jerobaal septuaginta viros super lapidem unum; remansit autem Joatham, et absconditus est. Ivit, et stetit in monte Garizim, elevataque voce, per apologi modum magnas calamitates viris Sichem adventuras prædixit.*

Judic. 9- 5 Remansitque Joatham filius Jerobaal minimus
- 7 Quod cum nuntiatum esset Joatham, ivit
-57 Et venit super eos maledictio Joatham

JOATHAM *vel* JOATHAN II.

Filius Oziæ, sive Azariæ regis Juda. Cum Dominus lepra percussisset Oziam, Joathan filius regis gubernavit palatium, et judicavit populum; et Ozia mortuo, regnavit Joathan filius ejus pro eo. Viginti quinque annorum erat Joathan cum regnare cœpisset, et sedecim annis regnavit in Jerusalem. Mater ejus vocabatur Jerusa, filia Sadoc. Fecit quod erat placitum coram Domino; dormivit cum patribus suis, et sepultus est in Civitate David.

4 *Reg.* 15- 5 Joathan vero filius regis gubernabat palatium
- 7 Et regnavit Joathan filius ejus pro eo
-30 Regnavitque pro eo vigesimo anno Joatham
-32 Regnavit Joatham filius Oziæ regis Juda
-36 Reliqua a. sermonum Joatham, et universa
-38 Et dormivit Joatham cum patribus suis
16- 1 Regnavit Achaz filius Joatham regis Juda
1 *Par.* 3-12 Porro Azariæ filius Joathan
5-17 Numerati sunt in diebus Joathan regis Juda
2 *Par.* 26-21 Porro Joatham filius ejus rexit domum regis
-23 Regnavitque Joatham filius ejus pro eo
27- 1 Viginti quinque annorum erat Joatham
- 6 Corroboratusque est Joatham, eo quod direxisset
- 7 Reliqua autem sermonum Joatham, et omnes pugnæ
- 9 Dormivitque Joatham cum patribus suis
Isai. 1- 1 In diebus Oziæ, Joathan, Achaz et Ezechiæ
7- 1 Factum est in diebus Achaz filii Joathan
Osee. 1- 1 In diebus Oziæ, Joathan, Achaz, Ezechiæ
Mich. 1- 1 In diebus Joathan, Achaz, et Ezechiæ
Matth. 1- 9 Ozias autem genuit Joatham
Joatham autem genuit Achaz

JOATHAN III.

Filius secundus Johaddaï.

1 *Par.* 2-47 Filii a. Johaddaï, Regom, et Joathan

JOB I.

Filius tertius Issachar filii Liæ et Jacob. In 1 Paral. 7-1 idem Job vocatur Jasub.

Gen. 46-13 Filii Issachar : Thola, et Phua, et Job

JOB II.

Anno mundi 2330, *ante J. Ch.* 1724. *Variæ et multæ extant opiniones de Job, quas hic enarrare non possumus. Quidam dicunt, inter quos sanctus Hieronymus, Job duxisse genus ab ipso Nachor fratre Abraham; sed minus recte. Verisimile est Jobum eumdem esse cum Jobabo, qui quartus est ab Esaü, sicut Moyses quartus est a Jacob, ut indicat schema subjectum :*

ABRAHAM
ISAAC

Jacob	Esaü
Levi	Rahuël
Amram	Zare
Moyses	Jobab.

Duces in ista opinione sequimur omnes fere antiquos Patres quos persuasit, ut ita sentirent, additamentum in exemplaribus Græcis, Arabicis et in antiqua Vulgata Latina appositum : « Job vero habitabat in terra Hus, inter termi» nos Edom et Arabiæ, et antea vocabatur Jo» bab. Hic duxit uxorem alienigenam, ipsique » natus est filius dictus Anun (vel ENNON*). Job » vero erat filius Zaræ filii filiorum Esaü, et » mater ejus erat de Bosra, et ipse erat sextus » ab Abrahamo. Ex regibus vero, qui regna» bant in Edom, regnavit super illam terram » primo Balac filius Beor, et nomen urbis is» tius viri Danaba, et post hunc Jobab, iste » qui vocatur Job.... Et ex amicis Job qui eum » convenerunt, erat Elifas de filiis Esaü rex » Temanitarum. » Ex hoc autem testimonio, Jobi patriam discimus fuisse urbem Denaba in Ausitide, in Arabiæ Sceniticæ atque Idumææ finibus, prope Bosram. Vir erat simplex, perfectus et rectus; et timens Deum, et recedens a malo : natique sunt ei septem filii et tres filiæ; et fuit possessio ejus septem millia pecudum, et tria millia camelorum, et quingenta juga boum, et quingentæ asinæ, et familitium valde multum. Eratque vir ille major omni-*

bus filiis Orientis, etc., etc. Omnia hæc ab eo periere in eodem die; ipseque ulcere pessimo percussus est, et testa saniem radebat, sedens in sterquilinio, etc., etc. Vide totum librum. Tum denique Dominus conversus est ad pœnitentiam Job, et restituit omnia quæcumque fuerant illi, duplicia; et vixit post hæc centum quadraginta annis, et vidit filios suos, et filios filiorum suorum, usque ad quartam generationem. Colligunt Hebræi illum vixisse ante afflictionem suam septuaginta annis, annorumque ei numerum duplicem additum fuisse. Talmudici volunt eum ducentis et decem annis vixisse, quanto scilicet tempore filii Israel in Ægypto manserunt; sed hæc incerta sunt et curiosiora. LXX paulo aliter Jobi æta-« tem assignarunt: Vixit, inquiunt, Job, post » plagam annos centum septuaginta; omnes » autem annos vixit ducentos et quadraginta. » Egregium certe in libro Jobi patientiæ, omnisque justitiæ describitur exemplum; etenim illustris, ac ut Severus Sulpitius loquitur, « præ» dives Job opibus; sed eo illustrior, quod his » neque integris corruptus, neque amissis de» pravatus est. »

Tobiæ. 2-12 Ut posteris daretur exemplum patientiæ ejus, sicut et sancti Job
-15 Nam sicut beato Job insultabant reges
Job. 1- 1 Vir erat in terra Hus, nomine Job
- 5 Mittebat ad eos Job, et sanctificabat illos Sic faciebat Job cunctis diebus
- 8 Numquid considerasti servum meum Job
- 9 Numquid Job frustra timet Deum?
-14 Nuntius venit ad Job, qui diceret: Boves arabant
-20 Tunc surrexit Job, et scidit vestimenta sua
-22 In omnibus his non peccavit Job labiis suis
2- 3 Numquid considerasti servum meum Job
- 7 Satan... percussit Job ulcere pessimo
-10 In omnibus his non peccavit Job labiis suis
-11 Audientes tres amici Job omne malum
3- 1 Aperuit Job os suum, et maledixit diei suo
6- 1 Respondens autem Job, dixit
9- 1 Et respondens autem Job, ait
12- 1 Respondens autem Job, dixit
16- 1 Respondens autem Job, dixit
19- 1 Respondens autem Job, dixit
21- 1 Respondens autem Job, dixit
23- 1 Respondens autem Job, ait
26- 1 Respondens autem Job, dixit
27- 1 Addidit quoque Job, assumens parabolam
29- 1 Addidit quoque Job, assumens parabolam
31-40 Finita sunt verba Job
32- 1 Omiserunt a. tres viri isti respondere Job
- 2 Iratus est autem adversum Job
- 3 Sed tantummodo condemnassent Job
- 4 Igitur Eliu expectavit Job loquentem
-12 Sed, ut video, non est qui possit arguere Job
33- 1 Audi igitur, Job, eloquia mea
-31 Attende, Job, et audi me: et tace
34- 5 Quia dixit Job: Justus sum
- 7 Quis est vir ut est Job, qui bibit subsannationem
-35 Job autem stulte locutus est
-36 Pater mi, probetur Job usque ad finem
35-16 Ergo Job frustra aperit os suum
37-14 Ausculta hæc, Job: sta, et considera mirabilia Dei
38- 1 Respondens autem Dominus Job de turbine
39-31 Et adjecit Dominus, et locutus est ad Job
-33 Respondens autem Job Domino, dixit
40- 1 Respondens autem Dominus Job de turbine
42- 1 Respondens autem Job Domino, dixit
- 7 Postquam autem locutus est Dominus verba hæc ad Job
Non estis locuti coram me rectum, sicut servus meus Job
- 8 Et ite ad servum meum Job
Job autem servus meus orabit pro vobis
Neque enim locuti estis ad me recta, sicut servus meus Job
- 9 Suscepit Dominus faciem Job
-10 Dominus quoque conversus est ad pœnitentiam Job
Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Job, duplicia
-12 Dominus autem benedixit novissimis Job
-15 Non sunt autem inventæ mulieres speciosæ sicut filiæ Job
-16 Vixit autem Job post hæc centum quadraginta annis
Ezech. 14-14 Si fuerint tres viri... Noë, Daniel, et Job
Jacob. 5-11 Sufferentiam Job audistis

JOBAB I.

Filius ultimus Jectan filii Heber. E semine Sem filii Noe.

Gen. 10-29 Et Ophir, et Hevila, et Jobab
1 *Par.* 1-23 Et Ophir, et Hevila, et Jobab... filii Jectan

JOBAB II.

Hunc plerique putant esse Job, virum illum patientiæ speculum. Quam opinionem admisimus.

Gen. 36-33 Regnavit pro eo Jobab filius Zaræ de Bosra
-34 Cumque mortuus esset Jobab, regnavit
1 *Par.* 1-44 Regnavit pro eo Jobab filius Zare de Bosra
-45 Cumque et Jobab fuisset mortuus, regnavit

JOBAB III.

Quidam etiam putarunt hunc Jobab esse Job, virum patientissimum; sed minus recte: Jobab enim de quo hic agitur, gente Hebræus fuit; ille autem Idumæus. Filium hunc habuit Saharaim ex Hodes uxore sua, dimissis prioribus suis uxoribus; e semine Benjamin.

1 *Par.* 8- 9 Genuit autem de Hodes uxore sua, Jobab, et Sebia

JOBAB IV.

Rex Madon, quem interfecit Josue.

Josue. 11- 1 Misit ad Jobab regem Madon

JOBAB V.

Filius septimus Elphaal, in tribu Benjamin.

1 *Par.* 8-18 Jesamari, et Jezlia, et Jobab, filii Elphaal

JOBANIA.

Filius Jeroham, in tribu Benjamin.

1 *Par.* 9- 8 Et Jobania filius Jeroham: et Ela filius Ozi

JOCANS.

Gen. 26- 8 Vidit eum jocantem cum Rebecca uxore sua

JOCHABED.

Filia Levi, uxorque Amram filii Caath filii Levi. Quæ nata est in Ægypto; hæc genuit viro suo filios Aaron, Moysen et Mariam sororem eorum.

Exod. 6-20 Accepit autem Amram uxorem Jochabed patruelem
Num. 26-59 Qui habuit uxorem Jochabed filiam Levi

JOAD.

Pater Mosollam, in tribu Benjamin.

2*Esdr.* 11- 7 Sellum filius Mosollam, filius Joëd

JOEL *vel* JOHEL I.

Filius primogenitus Samuelis prophetæ et judicis Israel. Cum senuisset Samuel, posuit filios suos Joel et Abia judices in Bersabee. At illi declinaverunt post avaritiam, acceperuntque munera, et perverterunt judicium.

1 *Reg.* 8- 2 Fuitque nomen filii ejus primogeniti Joël
1 *Par.* 6-33 Heman cantor filius Johel, filii Samuël
15-17 Heman filium Joël, et de fratribus ejus

JOEL II.

Princeps familiæ in tribu Simeon. Filius Josabiæ filii Saraïæ.

1 *Par.* 4-35 Et Joël, et Jehu filius Josabiæ filii Saraïæ

JOEL III.

Hujus Joelis patrem aiunt fuisse, vel Carmi, vel Enoch. Forsan non fuit filius immediatus ullorum ex præcedentibus viris in capite quinto citatis. Pater est Samaïa in tribu Ruben.

1 *Par.* 5- 4 Filii Joël: Samaïa filius ejus, Gog filius ej.

JOEL IV. *Pater Samma, in tribu Ruben.*

1 *Par.* 5- 8 Bala filius Azaz, filii Samma, filii Joël

JOEL V. *Princeps in tribu Gad.*

1 *Par.* 5-12 Joël in capite, et Saphan secundus

JOEL *et* JOHEL VI.

Filius Azariæ. Levita qui comitabatur arcam, cum transferretur de domo Obededom. Hic de duobus Joël forsan mentio est.

1 *Par.* 6-36 Filii Elcana, filii Johel, filii Azariæ
15- 7 De filiis Gersom, Joël princeps
-11 Levitas, Uriel, Asaïam, Joël, Semeïam
2 *Par.* 29-12 Et Joël filius Azariæ, de filiis Caath

JOHEL VII.

Filius Izrahiæ filii Ozi, in tribu Issachar.

1 *Par.* 7- 3 Izrahia, de quo nati sunt.. Johel, et Jesia

JOEL VIII.

Frater Nathan, qui computatur inter viros fortissimos in exercitu David.

1 *Par.* 11-38 Joël frater Nathan, Mibahar filius Agaraï

JOEL IX. *Filius Leedan filii Gerson.*

1 *Par.* 23- 8 Filii Leedan: Princeps Jahiel, et Zethan, et Joël

JOEL X. *Filius Jehieli.*

1 *Par.* 26-22 Filii Jehieli: Zathan, et Joël fratres ejus

JOEL XI. *Filius Phadaïæ, in tribu Manasse.*

1 *Par.* 27-20 Dim. tribui Manasse, Joël filius Phadaïæ

JOEL XII.

De filiis Nebo. Uxorem alienigenam quam duxerat, dimisit post reversionem a captivitate.

1*Esdr.* 10-43 Zabina, Jeddu, et Joël, et Banaïa

JOEL XIII. *Filius Zechri.*

2*Esdr.* 11- 9 Et Joël filius Zechri præpositus eorum

JOEL XIV.

Filius Phatuel. Secundus est inter duodecim Prophetas minores.

Joel. 1- 1 Quod factum est ad Joël filium Phatuël
Act. 2-16 Quod dictum est per prophetam Joël

JOELA.

Filius primogenitus Jeroham. Venit ad David in Siceleg de Gedor cum adhuc David fugeret Saül filium Cis.

1 *Par.* 12- 7 Joëla q., et Zabadia, filii Jeroham de Gedor

JOEZER.

Israelita qui quoque venit ad David in Siceleg.

1 *Par.* 12- 6 Azareel, et Joëzer, et Jesbaam de Carehim

JOGLI. *Pater Bocci principis tribus Dan.*

Num. 34-22 De tribu filiorum Dan, Bocci filius Jogli

JOHA I.

Filius Joachaz illius qui fuit Josiæ regi Judæ a commentariis. Josias rex misit Saphan, Maasiam et Joha ut instaurarent domum Domini.

2 *Par.* 34- 8 Et Joha filium Joachaz a commentariis.

JOHA II. *Nonus filius Bariæ.*

1 *Par.* 8-16 Michaël q., et Jespha, et Joha, filii Baria

JOHA III.

Inter viros fortissimos in exercitu David numeratur iste Joha Thosaïtes filius Samri.

1 *Par.* 11-45 Jedihel... et Joha frater ejus Thosaïtes

JOHANAN I.

Filius Caree. Venit ad Godoliam, quem præposuerat Nabuchodonosor in terra Juda, et dixit ei: Scito quod Baalis rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nathaniæ ut percuteret animam tuam. Imo et voluit ipse percutere Ismahelem; Godolias autem nec credidit ei, nec consensit. Ismahel in convivio interfecit Godoliam, et fugit ad filios Ammon. Johanan vero ratus Chaldæorum regem nullo discrimine in Judæos omnes, quasi Godoliæ et Chaldæorum necis auctores, ultorem exercitum missurum, migravit, invito Jeremia, ad Taphnis Ægypti civitatem.

4 *Reg.* 25-23 Ismahel filius Nathaniæ, et Johanan filius Caree
Jerem. 40- 8 Venerunt ad Godoliam... et Johanan et Jonathan
-13 Johanan a. filius Caree, et omnes principes
-15 Johanan a. filius Caree dixit ad Godoliam
-16 Ait Godolias filius Ahicam ad Johanan
41-11 Audivit autem Johanan filius Caree
-13 Cumque vidisset omnis populus... Johanan
-14 Reversusque abiit ad Johanan filium Caree
-15 Ismahel... fugit cum octo viris a facie Johanan
-16 Tulit ergo Johanan filius Caree
42- 1 Et accesserunt... Johanan filius Caree, et Jezonias
- 8 Vocavitque Johanan filium Caree
43- 2 Dixit Azarias filius Osaïæ, et Johanan
- 4 Et non audivit Johanan filius Caree
- 5 Sed tollens Johanan filius Caree

JOHANAN II.

Primogenitus filius Josiæ regis Juda. Hujus Johanan mentio non fit in 4 Reg. cap. 23, ubi de morte Josiæ et regni successore agitur. Tostatus putat probabiliter eum mor-

tuum fuisse ante patrem, ideoque primogenituram ad secundogenitum Joacim transisse. Pradus et alii antiquiores existimant Johanan primogenitum in bello contra Ægyptios simul cum patre occisum fuisse. Alii aliter nodum solvere conantur. Vide Schema ad verbum JECHONIAS.

1 *Par.* 3-15 Filii autem Josiæ fuerunt, primogenitus Johanan

JOHANAN III.

Filius quintus Elioenaï filii Naariæ, e semine David.

1 *Par.* 3-24 Filii Elioënaï.. Johanan, et Dalaïa, et Anani

JOHANAN IV.

Summus sacerdos, filius summi sacerdotis Azariæ, paterque alterius Azariæ. Putant quidam auctores hunc Johanan eumdem esse cum Joïada qui protulit in regnum Joas regem Juda.

1 *Par.* 6- 9 Azarias genuit Johanan
-10 Johanan genuit Azariam

JOHANAN V.

Nomen principis de tribu Benjamin et de cognatione Saül. Venit ad David in Siceleg.

1 *Par.* 12- 4 Et Jeheziel, et Johanan, et Jezadab

JOHANAN VI.

Nomen alterius principis de tribu Gad, qui transfugit ad David.

1 *Par.* 12-12 Johanan octavus, Elzebad nonus

JOHANAN VII.

Filius sextus Meselemiæ de filiis Core fili Aaron, et janitor templi.

1 *Par.* 26- 3 Ælam quintus, Johanan sextus

JOHANAN VIII.

Dux in exercitu Josaphat; præerat ducentis octoginta millibus viris.

2 *Par.* 17-15 Post hunc Johanan princeps, et cum eo ducenta octoginta millia

JOHANAN IX. *Pater Ismahelis centurionis.*

2 *Par.* 23- 1 Et Ismahel filium Johanan, Azariam quoq.

JOHANAN X.

Pater Azariæ principis in tribu Ephraïm.

2 *Par.* 28-12 De principibus filiorum Ephraïm, Azarias filius Johanan

JOHANAN XI.

Filius Eccetan, qui ascendit de captivitate Babylonis cum Nehemia.

1*Esdr.* 8-12 De filiis Azgad, Johanan filius Eccetan

JOHANAN XII.

Probabilius est Johanan, cujus hic mentio fit, secundo aut tertiogenitum fuisse Eliasib pontificis; nam primogenitus filius Eliasib Joïada dictus est, vel Eliasib iste non est Eliasib pontifex, sed ei homonymus.

1*Esdr.*10- 6 Abiit ad cubiculum Johanan filii Eliasib

JOHANAN XIII.

Inter filios Bebai dicitur hic Johanan, qui post reditum a captivitate consensit dimittere uxorem suam alienigenam.

1*Esdr.*10-28 Et de filiis Bebaï, Johanan, Hanania

JOHANAN XIV.

Filius Tobiæ istius qui impedimenta ædificatoribus murorum Jerusalem inferebat.

2*Esdr.* 6-18 Johanan filius ej. acceperat filiam Mosollam

JOHANAN XV.

Princeps familiæ sacerdotalis.

2*Esdr.*12-13 (*Princeps familiæ*) Amariæ, Johanan

JOHANAN XVI.

Filius Joïadæ summi pontificis, paterque Jeddoa.

2*Esdr.*12-22 Joïada, et Johanan, et Jeddoa
-41 Et Johanan, et Melchia, et Ælam, et Ezer

JOIADA I.

Pater Banaïæ qui præerat Cerethæis et Phelethæis, duabus cognationibus, quæ nunquam recedebant ab aula Davidis, et quibus cura erat commissa regii corporis.

2 *Reg.* 8-18 Banaïas autem filius Joïadæ, super Cerethi et Phelethi

2 *Reg.* 20-23 Banaïas a. filius Joïadæ super Cerethæos
23-20 Et Banaïas filius Joïadæ viri fortissimi
-22 Hæc fecit Banaïas filius Joïadæ

3 *Reg.* 1- 8 Banaïas filius Joïadæ, et Nathan propheta
-26 Banaïam filium Joïadæ, et Salomonem... non vocavit
-32 Vocate mihi Sadoc... et Banaïam filium Joïadæ
-36 Et respondit Banaïas filius Joïadæ, regi
-38 Descendit ergo... et Banaïas filius Joïadæ
-44 Misitque cum eo Sadoc... et Banaïam filium Joïadæ
2-25 Misitque rex Salomon per manum Banaïæ filii Joïadæ
-29 Misitque Salomon Banaïam filium Joïadæ
-34 Ascendit itaque Banaïas filius Joïadæ
-35 Constituit rex Banaïam filium Joïadæ
-46 Jussit itaque rex Banaïæ filio Joïadæ
4- 4 Banaïas filius Joïadæ super exercitum

1 *Par.* 11-22 Banaïas filius Joïadæ viri robustissimi
-24 Hæc fecit Banaïas filius Joïadæ
18-17 Banaïas q. filius Joïadæ super legiones
27- 5 Dux... erat Banaïas filius Joïadæ sacerdos

JOIADA II.

Princeps de stirpe Aaron. Venit ad David in Hebron, et cum eo tria millia septingenti virorum ut transferrent regnum Saül ad David.

1 *Par.* 12-27 Joïada quoque princeps de stirpe Aaron

JOIADA III.

Filius Banaïæ, et consiliarius David. Quod dicitur post Achitophel, *sic intelligi potest: vel Joïada et Abiathar consiliarii facti sunt Davidis post mortem Achitophel, vel minus prudentes habiti erant.*

1 *Par.* 27-34 Post Achitophel fuit Joïada filius Banaïæ

JOIADA IV.

Summus pontifex, qui constituit Joas filium Ochoziæ regem super Judam, occisa regina Athalia. Joiada mortuus in anno ætatis suæ centesimo trigesimo, sepultus est in sepulcris regum Juda. Putant quidam binomium esse, et fuisse vocatum Barachiam, quia filius ejus jussu Joas interfectus est inter vestibulum templi et altare. Hoc videtur sentire sanctus Hieronymus. Joïada mortuo, Joas declinavit ad idololatriam.

4 *Reg.* 11- 4 Misit Joïada, et assumens centuriones et milites
- 9 Juxta omnia quæ præceperat eis Joïada sacerdos
Venerunt ad Joïadam sacerdotem
-15 Præcepit autem Joïada centurionibus
-17 Pepigit ergo Joïada fœdus inter Dominum
12- 2 Diebus, quibus docuit eum Joïada sacerdos
- 7 Vocavitque rex Joas Joïadam pontificem
- 9 Tulit Joïada pontifex gazophylacium unum

2 *Par.* 22-11 Josabeth..erat filia regis Joram, uxor Joïadæ
23- 1 Confortatus Joïada, assumpsit centuriones
- 3 Dixitque ad eos Joïada : Ecce filius regis
- 8 Juxta omnia quæ præceperat Joïada pontif. Siquidem Joïada pontifex non dimiserat abire turmas
- 9 Deditque Joïada sacerdos centurionibus lanceas
-11 Unxit quoque illum Joïada pontifex
-14 Egressus a. Joïada pontifex ad centuriones
-16 Pepigit autem Joïada fœdus inter se
-18 Constituit a. Joïada præpositos in domo Do.
24- 2 Fecitque quod bonum est coram Domini cunctis diebus Joïadæ sacerdotis
- 3 Accepit autem ei Joïada uxores duas
- 6 Vocavitq. rex Joïadam principem, et dixit ei
-12 Quam (*pecuniam*) dederunt rex et Joïada his, qui præerant operibus
-14 Detulerunt coram rege et Joïada reliquam partem pecuniæ
Offerebantur holocausta in domo Domini jugiter cunctis diebus Joïadæ
-15 Senuit autem Joïada plenus dierum, et mortuus est
-17 Postquam autem obiit Joïada, ingressi sunt principes Juda
-20 Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Joïadæ
-22 Et non est recordatus Joas rex misericordiæ, quam fecerat Joïada
-25 In ultionem sanguinis filii Joïadæ sacerdotis

Jerem. 29-26 Dominus dedit te sacerd. pro Joïada sacerd.

JOIADA V.

Filius Phasea. Joïada iste et Mosollam filius Besodia ædificaverunt portam Veterem; quæ ita dicta est, eo quod vestigia veteris piscinæ apparerent a tempore Jebusæorum et Melchisedech. Ipsi texerunt eam, et statuerunt valvas ejus, et seras, et vectes.

2*Esdr.* 3- 6 Portam Veterem ædificaverunt, Joïada filius Phasea, et Mosollam

JOIADA VI.

Summus sacerdos, filius Eliasib. Ascendit cum Zorobabel a captivitate Babylonis.

2*Esdr.*12-22 Joïada, et Joanam, et Jeddoa
13-28 De filiis a. Joïada filii Eliasib sacerdotis

JOIARIB. *Princeps familiæ sacerdotalis.*

1 *Par.* 9-10 De sacerdotibus autem : Jedaïa, Joïarib
24- 7 Exivit autem sors prima Joïarib

1*Esdr.* 8-16 Et Joïarib, et Elnathan sapientes

2*Esdr.*11- 5 Filius Joïarib, filius Zachariæ, filius Silonitis
12- 6 Semeïa, et Joïarib, Idaïa, Sellum, Amoc
-19 Joïarib, Mathanaï : Jodaïæ, Azzi

JONA I.

Inter majores Jesu Christi secundum carnem numeratur.

Luc. 3-30 Qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim

JONA II.

Pater sancti Petri apostoli. Jona, Joanna et Joannes unum nomen sunt; sed Jona est contractum ex Joanna; solebant enim Hebræi (quod fere fit in omnibus linguis) nomina quædam propria decurtare.

*Matth.*16-17 Dixit ei : Beatus es, Simon Bar-Jona
Joan. 1-42 Tu es Simon filius Jona : tu vocaberis

JONADAB I.

Filius Semmaa fratris David. Jonadab iste, Amnon amicus, unus erat ex eorum numero quibus omnia principum honesta et inhonesta laudare mos est, ut loquitur Tacitus in tertio Annalium libro; pessimum enim dedit consilium Amnon filio David.

2 *Reg.* 13- 3 Erat a. Amnon amicus, nomine Jonadab
- 5 Cui respondit Jonadab : Cuba super lectum
-32 Respondens a. Jonadab filius Semmaa
-35 Dixit autem Jonadab ad regem : Ecce filii regis adsunt

JONADAB II.

Filius Rechab. Pius vir adjungitur ipsi Jehu ad delendam idololatriam. Habitabat peculiari vitæ instituto extra urbem; ideoque facile fuit occurrere Jehu. Quale vero fuerit genus vitæ quod ducebat Jonadab, ex vita quam ejus filii duxerunt cognosci potest. Sic autem illi loquuntur apud Jeremiam, 35-6 *et* 7 : Non bibemus vinum : quia Jonadab filius Rechab : pater noster, præcepit nobis, dicens : Non bibetis vinum vos, et filii vestri, usque in sempiternum, et domum non ædificabitis, et sementem non seretis, et vineas non plantabitis, nec habebitis : sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut vivatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini. *Joannes Jerosolymitanus ait hunc Jonadab fuisse Elisei discipulum, ejusque omne institutum, excepta continentia, amplexatum fuisse. Rechabitæ autem originem ducebant ex Cinæis Moysi cognatis, id est, erant posteri Jethro; ergo Madianitæ, non vero Israelitæ.*

4 *Reg.* 10-15 Invenit Jonadab filium Rechab in occursum sibi
Ait Jonadab : Est. Si est, inquit, da manum
-23 Ingressusq. Jehu, et Jonadab filius Rechab

Psal. 70- 1 Psalmus David, filiorum Jonadab

Jerem. 35- 6 Quia Jonadab filius Rechab, pater noster
- 8 Obedivimus ergo voci Jonadab filii Rechab
-10 Juxta omnia, quæ præcepit nobis Jonadab
-14 Prævaluerunt sermones Jonadab filii Rechab
-16 Firmaverunt igitur filii Jonadab filii Rechab
-18 Pro eo quod obedistis præcepto Jonadab
-19 Non deficiet vir de stirpe Jonadab filii Rechab

JONAS.

Filius Amathi, propheta, qui erat de Geth-Epher, in tribu Zabulon. Vivebat et prophetabat sub Joas, Jeroboam II, regibus Israel, et sub Ozia rege Juda. Nota est omnibus historia Jonæ; sufficiat referre summatim. Jonas missus in Niniven ad prædicandum, fugit a facie Domini. — Præcipitatus in mare, absorbetur a pisce. — Evomit eum vivum pis-

cis jubente Domino. — Jonas rursus jubetur ire in Niniven. — Jona prædicante resipiscunt Ninivitæ. — Jonas affligitur, quod sermo ejus contra Niniven non fuerit impletus. — Increpat illum Dominus, injustam ejus iracundiam ostendens. — Jonæ signo se resurrecturum post tertium diem prædicit Christus Judæis signa quærentibus. Solus ex omnibus Prophetis ad gentes missus, in quo typus Christi fuit, ut etiam in eo quod tertia die ex ventre ceti vivus emerserit.

4 *Reg.* 14-25 Locutus est per servum suum Jonam
Jonæ. 1- 1 Factum est verbum Domini ad Jonam filium Amathi
- 3 Et surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis
- 5 Jonas descendit ad interiora navis
- 7 Et cecidit sors super Jonam
2- 1 Præparavit Dominus piscem grandem ut deglutiret Jonam
Erat Jonas in ventre piscis tribus diebus
- 2 Et oravit Jonas ad Dominum Deum suum
-11 Et evomuit Jonam in aridam
3- 1 Factum est verbum Domini ad Jonam secundo
- 3 Surrexit Jonas, et abiit in Niniven
- 4 Cœpit Jonas introire in civitatem
4- 1 Et afflictus est Jonas afflictione magna
- 5 Et egressus est Jonas de civitate
- 6 Et ascendit super caput Jonæ
Lætatus est Jonas super hedera lætitia magna
- 8 Et percussit sol super caput Jonæ
- 9 Dixit Dominus ad Jonam : Putas-ne
Matth. 12-39 Signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ
-40 Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti
-41 Quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ
Et ecce plus quam Jonas hic
16- 4 Signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ
Luc. 11-29 Signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ
-30 Nam sicut fuit Jonas signum Ninivitis
-32 Pœnitentiam egerunt ad prædication. Jonæ
Et ecce plus quam Jonas hic

JONATHAN I.

Levita, filius Gersam filii Moysis. Diu mansit apud domum Michæ, qui conduxerat eum ut esset sacerdos idoli quod fecerat. Sexcenti vero Danitæ quærentes possessionem venerunt ad domum Michæ, et tulerunt sacerdotem ejus, sculptile, ephod et theraphim, idola atque conflatile, et constituerunt Jonathan ac filios ejus sacerdotes in tribu Dan usque ad diem captivitatis suæ.

Judic. 18-30 Posueruntque sibi sculptile, et Jonathan filium Gersam filii Moysi

JONATHAN II.

Filius Samaa fratris David. Interfecit Jonathan gigantem de origine Arapha excelsum valde, qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est, viginti quatuor, et blasphemabat Israel.

2 *Reg.* 21-21 Percussit a. eum Jonathan filius Samaa
1 *Par.* 20- 7 Percussit eum Jonathan filius Samaa

JONATHAN III.

De filiis Jassen. Inter fortissimos in exercitu David viros numeratur.

2 *Reg.* 23-32 Filii Jassen, Jonathan
1 *Par.* 11-33 Filii Assem Gezonites, Jonathan filius Sage Ararites

JONATHAN IV.

Filius Jada, paterque Phaleth et Ziza.

1 *Par.* 2-32 Filii autem Jada fratris Semei : Jether, et Jonathan
-33 Porro Jonathan genuit Phaleth, et Ziza

JONATHAN V.

Filius Oziæ. Præsidebat iste Jonathan thesauris pecuniarum quas rex David colligebat ex urbibus regni, ex tributis quæ pendebat populus; aut etiam ex latifundiis, pascuis, gregibus et armentis regis propriis, vineis etiam, olivetis, ficetis, etc., etc.

1 *Par.* 27-25 His autem thesauris... præsidebat Jonathan filius Oziæ

JONATHAN VI.

Patruus David, id est, frater Isai patris David, consiliarius, vir prudens et litteratus.

1 *Par.* 27-32 Jonathan a. patruus David, consiliarius

JONATHAN VII.

Custos durus carceris, in quem jussu regis Sedeciæ missus est cæsus Jeremias propheta. Adeo erat Jeremiæ infensus, ut propheta instaret ne mitteretur in carcerem Jonathan; timebat enim ne ibi fame periret.

Jerem. 37-14 Miserunt in carcerem, qui erat in domo Jonathan
-19 Ne me remittas in domum Jonathan scribæ, ne moriar ibi
38-26 Ne me reduci juberet in domum Jonathan

JONATHAN VIII.

Levita, unus ex eorum numero quos Josaphat rex Juda, in anno tertio regni sui, misit ut docerent populum in civitatibus Juda.

2 *Par.* 17- 8 Et Semiramoth, et Jonathan, Adoniamque

JONATHAN IX.

Pater Abed, qui ascendit de captivitate Babylonis cum Esdra, et cum eo quinquaginta viri.

1 *Esdr.* 8- 6 De filiis Adan, Abed filius Jonathan

JONATHAN X.

Filius Azahel, unus ex eorum numero fuit quos Esdras post reditum a captivitate constituit ut numerarent Israelitas qui duxerant uxores alienigenas.

1 *Esdr.* 10-15 Igitur Jonathan filius Azahel, et Jaasia

JONATHAN XI.

Filius Caree, fraterque Johanan.

Jerem. 40- 8 Et Johanan et Jonathan filii Caree

JONATHAN XII.

Filius Joïadæ, paterque Jeddoa. Vocatur Johahan in eodem capite, vers. 22 et 41.

2 *Esdr.* 12-11 Et Joïada genuit Jonathan, et Jonathan genuit Jeddoa

JONATHAN XIII. *Princeps familiæ.*

2 *Esdr.* 12-14 Milicho, Jonathan : Sebeniæ, Joseph

JONATHAN XIV.

Alter est princeps familiæ.

2 *Esdr.* 12-18 Belgæ, Sammua : Semaïæ, Jonathan

JONATHAN XV. *Filius Eliasib.*

2 *Esdr.* 12-23 Usque ad dies Jonathan, filii Eliasib

JONATHAN XVI.

Pater Zachariæ, e semine sacerdotali. Videtur esse Joiada filius Eliasib.

2 *Esdr.* 12-34 Zacharias filius Jonathan, filius Semeïæ

JONATHAS I.

Filius primogenitus Saül et Achinoam, amicus David. Anima Jonathæ conglutinata est animæ David, et dilexit eum Jonathas quasi animam suam, et inierunt fœdus perpetuæ amicitiæ. Conciliabat enim amorem strenuitas David, et rei bellicæ studium, et patriæ religionisque tuendæ contra hostes Israelis. Omnia bene gesta Jonathæ legenda sunt in libris 1 et 2 Regum. Interfectus est Jonathas in monte Gelboe a Philisthæis. Hoc audito, David, scidit vestimenta sua, et omnes viri qui erant cum eo. Habebat Jonathas filium nomine Miphiboseth, pedibus debilem. Restituit ei David agros Saül, qui erant fisco addicti. Erga illum usus est magna misericordia et benevolentia propter Jonathan patrem. Habitabat enim Miphiboseth in Jerusalem, et de mensa regis jugiter vescebatur.

1 *Reg.* 13- 2 Mille a. cum Jonatha in Gabaa Benjamin
- 3 Percussit Jonathas stationem Philisthinor.
-16 Saül et Jonathas filius ejus... erat in Gabaa
-22 Non est inventus ensis et lancea in manu totius populi, qui erat cum Saüle et Jonatha, excepto Saül, et Jonatha filio ejus
14- 1 Accidit quadam die ut diceret Jonathas filius Saül
- 3 Sed et populus ignorabat quo isset Jonathas
- 4 Per quos nitebatur Jonathas transire
- 6 Dixit a. Jonathas ad adolescentem armig.
- 8 Ait Jonathas : Ecce nos transimus ad viros
-12 Locuti sunt viri de statione ad Jonatham
Et ait Jonathas ad armigerum suum
-13 Ascendit autem Jonathas manibus et pedibus reptans
Alii cadebant ante Jonatham, alios armiger ejus interficiebat
-14 Facta est plaga prima, qua percussit Jonathas et armiger ejus
-17 Repertum est non adesse Jonatham et arm.
1 *Reg.* 14-21 Reversi sunt.. qui erant cum Saül et Jonatha
-27 Porro Jonathas non audierat cum adjuraret
-29 Dixitque Jonathas : Turbavit pater, meus terram
-39 Quia si per Jonatham filium meum factum est
-40 Et ego cum Jonatha filio meo ero
-41 Si in me, aut in Jonatha filio meo, est iniquitas hæc
Deprehensus est Jonathas et Saül
-42 Mittite sortem inter me, et inter Jonatham
Et captus est Jonathas
-43 Dixit autem Saül ad Jonatham : Indica mihi quid feceris. Et indivavit ei Jonathas
-44 Quia morte morieris, Jonatha
-45 Ergo-ne Jonathas morietur, qui fecit salut. Liberavit ergo populus Jonatham
-49 Fuerunt a. filii Saul, Jonathas, et Jessui
18- 1 Anima Jonathæ conglutinata est animæ David
Et dilexit eum Jonathas quasi animam suam
- 3 Inierunt autem David et Jonathas fœdus
- 4 Nam expoliavit se Jonathas tunica
19- 1 Locutus est autem Saül ad Jonathan filium
Porro Jonathas filius Saül diligebat David
- 2 Et indicavit Jonathas David, dicens
- 4 Locutus est ergo Jonathas de David bona
- 6 Quod cum audisset Saül, placatus voce Jonathæ
- 7 Vocavit itaque Jonathas David
20- 1 Veniensque locutus est coram Jonatha
- 3 Nesciat hoc Jonathas, ne forte tristetur
- 4 Et ait Jonathas ad David
- 5 Dixit autem David ad Jonathan
- 9 Et ait Jonathas : Absit hoc a te
-10 Responditque David ad Jonathan
-11 Et ait Jonathas ad David : Veni
-12 Ait Jonathas ad David : Domine Deus Israël
-13 Hæc faciat Dominus Jonathæ, et hæc addat
-15 Auferat Jonathan de domo sua
-16 Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David
-17 Addidit Jonathas dejerare David
-18 Dixitque ad eum Jonathas : Cras calendæ s.
-25 Surrexit Jonathas, et sedit Abner ex latere Saül
-27 Dixitque Saül ad Jonathan filium suum
-28 Responditque Jonathas Saüli : Rogavit me
-30 Iratus autem Saül adversum Jonathan
-32 Respondens autem Jonathas Saüli
-33 Et intellexit Jonathas quod definitum esset
-34 Surrexit ergo Jonathas a mensa in ira furoris
-35 Venit Jonathas in agrum juxta placitum David
-37 Venit itaque puer ad locum jaculi, quod miserat Jonathas
Clamavit Jonathas post tergum pueri
-38 Clamavitque iterum Jonathas post tergum
Collegit autem puer Jonathæ sagittas
-39 Tantummodo enim Jonathas et David rem noverant
-40 Dedit ergo Jonathas arma sua puero
-42 Dixit ergo Jonathas ad David : Vade in pace
-43 Sed et Jonathas ingressus est civitatem
23-16 Surrexit Jonathas filius Saül, et abiit ad Dav.
-18 Jonathas autem reversus est in domum suam
31- 2 Percusserunt Jonathan, et Abinadab
2 *Reg.* 1- 4 Et Saül et Jonathas filius ejus interierunt
- 5 Unde scis quia mortuus est Saül et Jonathas
-12 Planxerunt... super Jonathan filium ejus
-17 Planxit autem David... et super Jonathan
-22 Sagitta Jonathæ nunquam rediit retrorsum
-23 Saül et Jonathas amabiles, et decori in vita sua
-25 Jonathas in excelsis tuis occisus est?
-26 Doleo super te, frater mi Jonatha
4- 4 Erat a. Jonathæ filio Saül filius debilis
Quando venit nuntius de Saül et Jonatha
9- 1 Ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan
- 3 Superest filius Jonathæ, debilis pedibus
- 6 Cum a. venisset Miphiboseth filius Jonathæ
- 7 Faciam in te misericordiam propter Jonathan patrem tuum
21- 7 Pepercit rex Miphiboseth filio Jonathæ filii Saül, propter jusjurandum Domini, quod fuerat inter David et inter Jonathan
-12 Tulit ossa Saul, et ossa Jonathæ filii ejus
-13 Asportavit inde ossa Saül, et ossa Jonathæ
-14 Sepelierunt ea cum ossibus Saül et Jonathæ
1 *Mac.* 4-30 Et tradidisti castra alienigenarum in manu Jonathæ filii Saül
1 *Par.* 8-33 Porro Saül genuit Jonathan, et Melchisua
-34 Filius autem Jonathan, Meribbaal

1 *Par.* 9-39 Saül genuit Jonathan, et Melchisua
-40 Filius autem Jonathan, Meribbaal
10- 2 Percusserunt Jonathan, et Abinadab

JONATHAS II.

Filius Abiathar summi pontificis. Adonias filius David cum tentasset occupare regnum Israel, et præparasset magnum convivium juxta fontem Rogel, vocaverat universos fratres suos filios regis et præcipuos viros Israel, Joab et Abiathar sacerdotem. Quo audito, David fecit sedere secum Salomonem, qui unctus est in regem Israel. Omnia hæc Jonathas filius Abiathar ad Adoniam retulit.

2 *Reg.* 15-27 Et Achimaas... et Jonathas filius Abiathar
-36 Achimaas filius Sadoc, et Jonathas filius Abiathar
17-17 Jonathas autem et Achimaas stabant juxta fontem Rogel
-20 Ubi est Achimaas et Jonathas?
3 *Reg.* 1-42 Jonathas filius Abiathar sacerdotis venit
-43 Responditq. Jonathas Adoniæ: Nequaquam

JONATHAS III.

Anno mundi 3893, *Romæ* 593, *ante J. Ch.* 161. *Filius quintus Mathathiæ. Cognominabatur Apphus. Juda Machabæo fratre suo interfecto in acie contra Bacchidem, Jonathas accepit imperium. Expugnavit et fugavit filios Jambri qui interfecerant Joannem ad Nabuthæos euntem. Deinde occidit mille viros de exercitu Bacchidis. In libro primo Machabæorum omnia clare gesta Jonathæ victoriasque et tropæa quæ retulit de regibus Syriæ et ducibus eorum legere est. Pacem iniit cum Nicanore, restituitque hunc principem super solium suum, unde servi et subditi Demetrio eum expulerant. Confirmandi fœderis gratia legatos Romam et ad Spartiatas misit. Dolo circumventus a Tryphone, intravit Ptolemaidam cum paucis viris, et statim portas civitatis clauserunt Ptolemenses; comprehensumque Jonathan et omnes qui cum eo intraverant, gladio interfecerunt.*

1 *Mac.* 2- 5 Et Jonathan, qui cognominabatur Apphus
5-17 Ego autem et frater meus Jonathas ibimus
-24 Et Judas Machabæus et Jonathas frater ej.
-55 Et in diebus, quibus erat Judas et Jonathas in terra Galaad
9-19 Et Jonathas et Simon tulerunt Judam
-28 Et congregati sunt omnes amici Judæ, et dixerunt Jonathæ
-31 Suscepit Jonathas tempore illo principatum
-33 Et cognovit Jonathas, et Simon frater ejus
-35 Jonathas misit fratrem suum ducem populi
-37 Renuntiatum est Jonathæ, et Simoni fratri
-44 Dixit ad suos Jonathas: Surgamus
-47 Extendit Jonathas manum suam percutere Bacchidem
-58 Dicentes: Ecce Jonathas, et qui cum eos unt
-60 Ut comprehenderent Jonathan, et eos qui cum eo erant
-62 Secessit Jonathas, et Simon, et qui cum eo erant
-65 Et reliquit Jonathas Simonem fratrem suum
-70 Cognovit Jonathas, et misit ad eum legatos
-73 Et habitavit Jonathas in Machmas, et cœpit Jonathas ibi judicare populum
10- 3 Et misit Demetrius epistolam ad Jonathan
- 7 Et venit Jonathas in Jerusalem, et legit
- 9 Et traditi sunt Jonathæ obsides, et reddidit
-10 Et habitavit Jonathas in Jerusalem
-15 Promissa, quæ promisit Demetrius Jonathæ
-18 Rex Alexander fratri Jonathæ, salutem
-21 Et induit se Jonathas stola sancta
-46 Audivit a. Jonathas et populus sermones
-59 Scripsit rex Alexander Jonathæ, ut veniret
-62 Et jussit spoliari Jonathan vestibus suis
-66 Reversus est Jonathas in Jerusal. cum pace
-69 Et misit ad Jonathan summum sacerdotem
-74 Ut audivit a. Jonathas sermones Apollonii
-76 Aperuerunt ei, et obtinuit Jonathas Joppen
-78 Et insecutus est eum Jonathas in Azotum
-80 Et cognovit Jonathas quoniam insidiæ sunt
-81 Popul. a. stabat, sicut præceperat Jonathas
-84 Et succendit Jonathas Azotum et civitates
-86 Et movit inde Jonathas castra, et applicuit
-87 Et reversus est Jonathas in Jerusalem cum suis
-88 Addidit adhuc glorificare Jonathan
11- 5 Et narraverunt regi quia hæc fecit Jonathas
- 6 Et occurrit Jonathas regi in Joppen
- 7 Et abiit Jonathas cum rege usq. ad fluvium
1 *Mac.* 11-20 Congregavit Jonathas eos qui erant in Judæa
-21 Et renuntiaverunt ei quod Jonathas obsideret arcem
-22 Et scripsit Jonathæ ne obsideret arcem
-23 Ut audivit autem Jonathas, jussit obsidere
-28 Et postulavit Jonathas a rege, ut immunem
-29 Et scripsit Jonathæ epistolas de his omnibus
-30 Rex Demetrius fratri Jonathæ, salutem
-37 Et detur Jonathæ, et ponatur in monte sancto
-41 Et misit Jonathas ad Demetrium regem
-42 Et misit Demetrius ad Jonathan, dicens
-44 Et misit ei Jonathas tria millia virorum
-53 Et abalienavit se a Jonatha, et non retribuit
-57 Et scripsit Antiochus adolescens Jonathæ
-60 Et exiit Jonathas, et perambulabat trans flumen civitates
-62 Et rogaverunt Gazenses Jonathan, et dedit
-63 Et audivit Jonathas quod prævaricati sunt
-67 Et Jonathas et castra ejus applicuerunt
-70 Fugerunt qui erant ex parte Jonathæ omnes
-71 Et scidit Jonathas vestimenta sua
-72 Et reversus est Jonathas ad eos in prælium
-74 Et reversus est Jonathas in Jerusalem
12- 1 Et vidit Jonathas quia tempus eum juvat
- 3 Jonathas summus sacerdos, et gens Judæorum miserunt nos
- 5 Epistolarum, quas scripsit Jonathas Spartiatis
- 6 Jonathas summus sacerdos, et seniores
-24 Et audivit Jonathas, quoniam regressi sunt
-27 Præcepit Jonathas suis vigilare, et esse in armis
-28 Quod paratus est Jonathas cum suis in bello
-29 Jonathas autem, et qui cum eo erant
-30 Secutus est eos Jonathas, et non compreh.
-31 Et divertit Jonathas ad Arabas
-33 Et reversus est Jonathas, et convocavit sen.
-40 Timens ne forte non permitteret eum Jonathas
-41 Et exivit Jonathas obviam illi cum quadrag.
-42 Et vidit Tryphon quia venit Jonathas
-44 Et dixit Jonathæ: Ut quid vexasti universum populum
-48 Ut autem intravit Ptolemaïdam Jonathas
-49 Ut perderent omnes socios Jonathæ
-50 Quia comprehensus est Jonathas, et periit
-52 Et planxerunt Jonathan, et eos qui cum ipso
13- 8 Tu es dux noster loco Judæ, et Jonathæ
-12 Et Jonathas cum eo in custodia
-14 Quia surrexit Simon loco fratris sui Jonathæ
-15 Pro argento, quod debebat frater tuus Jonathas
-19 Et mentitus est, et non dimisit Jonathan
-23 Occidit Jonathan et filios ejus illic
-25 Accepit ossa Jonathæ fratris sui, et sepelivit
14-16 Et auditum est Romæ quia defunctus esset Jonathas
-18 Et societatem, quam fecerant cum Juda, et cum Jonatha fratribus ejus
-30 Et congregavit Jonathas gentem suam
2 *Mac.* 8-22 Constituit... et Josephum, et Jonathan

JONATHAS IV.

Filius Absalomi, vir probus quem Simon Machabæus misit in Joppen cum exercitu novo; et ejectis his qui erant in ea, id est, quorum erat fides dubia, remansit illic ipse Jonathas.

1 *Mac.* 13-11 Et misit Jonathan filium Absalomi

JONATHAS V.

Dux seu magister cantorum

2 *Mac.* 1-23 Dum consummaretur sacrificium, Jonatha inchoante

JOPPE. (*Nunc* Jaffa.)

Inter urbes tribus Dan, quas omnes recenset lib. Josue, cap. 19, *Joppe decima nona et ultima nominatur, non quod sit earum minima, sed quod urbium nomina a Meridie incipiens, in Septentrione, ubi Joppe, finit. Etenim tribus Dan cum termino qui respicit Joppen, in ipso fine concluditur; urbs in edito saxo condita est, et sub urbe portum, in quem ligna et lapides, e Libano, per mare, indeque Jerosolymam terrestri itinere deferebantur, ad templi regiæque domus structuram. Hic Jonas navem ascendit ut fugeret in Tharsim; ibidemque, ut credere est, a ceto evomitus est et ad littus ejectus. Joppen, in qua erat custodia, oppugnavit et cepit Judas Machabæus. In ea sanctus Petrus Tabitham a mortuis suscitavit, et multos dies apud Simonem coriarium moratus, linteum e cœlo demissum, et omni animantium genere refertum videns, gentes ad Evangelii gratiam recipiendas esse cognovit. « Hic locus est, in- » quit sanctus Hieronymus, in quo usque hodie » saxa monstrantur in littore, in quibus An- » dromeda religata, Persei quondam sit libe- » rata præsidio. »*

Josue. 19-46 Arecon, cum termino qui respicit Joppen
2 *Par.* 2-16 Applicabimus ea ratibus per mare in Joppe
1 *Esdr.* 3- 7 Ut deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Joppe
Jonæ. 1- 3 Et descendit in Joppen, et invenit navem
1 *Mac.* 10-75 Et applicuerunt castra in Joppen Quia custodia Apollonii Joppe erat
-76 Aperuerunt ei, et obtinuit Jonathas Joppen
11- 6 Occurrit Jonathas regi in Joppen cum gloria
12-33 Declinavit in Joppen, et occupavit eam
13-11 Misit Jonathan... et cum eo exercitum novum, in Joppen
14- 5 Et cum omni gloria sua accepit Joppen in portum
-34 Et Joppen munivit, quæ erat ad mare
15-28 Vos tenetis Joppen, et Gazaram, et arcem
-35 Nam de Joppe et Gazara quæ expostulas
2 *Mac.* 4-21 Profectus inde venit Joppen, et inde Jerosolymam
Act. 9-36 In Joppe autem fuit quædam discipula
-38 Cum autem prope esset Lydda ad Joppen
-42 Notum a. factum est per universam Joppen
-43 Ut dies multos moraretur in Joppe
10- 5 Mitte viros in Joppen, et accersi Simonem
- 8 Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Joppen
-23 Quidam ex fratribus ab Joppe comitati sunt
-32 Mitte ergo in Joppen, et accersi Simonem
11- 5 Ego eram in civitate Joppe orans, et vidi
-13 Mitte in Joppen, et accersi Simonem

JOPPITÆ.

Habitatores Joppe in Judæos flagitium perpetrarunt insigne, quorum ducentos submerserunt. Venit autem Judas Machabæus adversus fratrum interfectores, et portum noctu succendit, scaphas exussit, eos autem qui a flammis refugerant, gladio peremit.

2 *Mac.* 12- 3 Joppitæ vero tale quoddam flagitium perpetrarunt
- 7 Et universos Joppitas eradicaturus

JORA.

Princeps familiæ, cujus posteri ascenderunt de captivitate Babylonis, cum Zorobabel, centum duodecim.

1 *Esdr.* 2-18 Filii Jora, centum duodecim

JORAI.

Princeps familiæ in tribu Gad.

1 *Par.* 5-13 Joraï, et Jachan, et Zie, et Heber

JORAM I.

Anno mundi 2992, *ante J. Ch.* 1062. *Filius Thoü, regis Emath, quæ est Epiphania, vel Antiochia Syriæ. Misit Thoü Joram filium suum ad regem David, ut salutaret eum congratulans, eo quod expugnasset Adarezer regem Soba, et percussisset eum. Idem vocatur Adoram in* 1 *Paral.* 18-10.

2 *Reg.* 8-10 Et misit Thoü Joram filium suum ad regem

JORAM II.

Filius Josaphat regis Juda. Socium regni eum sibi adjunxerat pater. Patre autem mortuo, interfecit omnes fratres suos, et quosdam de principibus Israel. Triginta duorum annorum erat Joram cum regnare cœpit, et octo annis regnavit in Jerusalem, ambulavitque in viis regum Israel, sicut egerat domus Achab; filia quippe Achab erat uxor ejus Athalia. Percussit eum Dominus alvi languore insanabili, et longa consumptus tabe, ita ut egereret etiam viscera sua, languore pariter et vita caruit, mortuusque est in infirmitate pessima. Sepultus est in Civitate David, verumtamen non in sepulcro regum, in culparum memoriam.

3 *Reg.* 22-51 Regnavitque Joram filius ejus pro eo
4 *Reg.* 1-17 Anno secundo Joram filii regis Josaphat
8-16 Regnavit Joram filius Josaphat rex Juda
-25 Regnavit Ochozias filius Joram regis Judæ
-29 Porro Ochozias filius Joram rex Juda
11- 2 Tollens a. Josaba filia regis Joram
12-18 Quæ consecraverant Josaphat et Joram
1 *Par.* 3-11 Pater Joram: qui Joram genuit Ochoziam
2 *Par.* 21- 1 Regnavitque Joram filius ejus pro eo

2 *Par.* 21- 3 Regnum autem tradidit Joram, eo quod esset primogenitus
- 4 Surrexit ergo Joram super regnum patris sui
- 5 Triginta duorum annorum erat Joram
- 9 Cumq. transisset Joram cum principibus
-16 Suscitavit ergo Dominus contra Joram
22- 1 Regnavitq. Ochozias filius Joram regis Juda
- 6 Ochozias filius Joram rex Juda, descendit
-10 Interfecit o. stirpem regiam domus Joram
-11 Josabeth... erat filia regis Joram

Matth. 1- 8 Josaphat autem genuit Joram
Joram autem genuit Oziam

JORAM III.

Anno mundi 3139, *ante J. Ch.* 915. *Filius Achab regis Israel ex Jezabel, frater Ochoziæ, cui successit. Fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus et mater; nam tulit statuas Baal, quas fecerat pater ejus. Suspicatur Salianus id Josaphati impulsu factum esse, qui Joram affinitate junctus erat, et qui fortasse negavit se auxilium illi præbiturum, nisi idolorum ac præsertim Baal cultum abjiceret; reprehensus enim fuerat Josaphat a Jehu propheta,* 2 *Paral.* 19-2, *ob datum Achab impio regi auxilium. Jehu percussit Joram inter scapulas, et per cor ejus egressa est sagitta. Mortuus est et sepultus in Civitate David. Regnaverat undecim annis, duodecimumque inchoaverat.*

4 *Reg.* 1-17 Et regnavit Joram frater ejus pro eo
3- 1 Joram vero filius Achab regnavit super Israël
- 6 Egressus est igitur rex Joram in die illa
8-16 Anno quinto Joram filii Achab regis Israël
-21 Venitque Joram Seïra, et omnes currus cum eo
-23 Reliqua a. sermonum Joram, et universa
-24 Et dormivit Joram cum patribus suis
-25 Anno duodecimo Joram filii Achab regis
-28 Abiit quoque cum Joram filio Achab
Et vulneraverunt Syri Joram
-29 Descendit invisere Joram filium Achab
9-14 Conjuravit ergo Jehu... contra Joram
Porro Joram obsederat Ramoth Galaad
-16 Joram enim ægrotabat ibi, et Ochozias rex Juda descenderat ad visitandum Joram
-17 Dixitque Joram : Tolle currum
21 Et ait Joram : Junge currum
Et egressus est Joram rex Israël
-22 Cumque vidisset Joram Jehu, dixit : Pax est, Jehu?
-23 Convertit autem Joram manum suam, et fugiens
-24 Jehu... percussit Joram inter scapulas
-29 Anno undecimo Joram filii Achab

2 *Par.* 22- 5 Perrexit cum Joram filio Achab rege Israël
Vulneraveruntque Syri Joram
- 6 Descendit ut inviseret Joram filium Achab
- 7 Voluntatis quippe fuit Dei... ut veniret ad Joram

JORAM IV.

Pater Zechri, filius autem Isaïæ filii Rahabiæ, e semine Levitico.

1 *Par.* 26-25 Isaïas, et hujus filius Joram

JORAM V.

Sacerdos, ex eorum numero quos misit pius rex Josaphat ut docerent populum legem Dei in civitatibus Juda.

2 *Par.* 17- 8 Et cum eis Elisama et Joram sacerdotes

JORDANIS.

Maximus est et pene unicus totius terræ promissæ, sive Judææ fluvius; cum reliqui omnes potius torrentes, quam fluvii dicendi sint. Fontes habet sub Libano monte, et a Septentrione in Meridiem fluens, aquas Merom et mare Galilææ prætergressus, aquas suas amœnissimas et saluberrimas in lacum Asphaltitem sive mare Mortuum, natura dirum pestiferumque, invitus defert. Fluvius autem hic celeberrimus est, et in Veteri et in Novo Testamento; quod primum fuerit limes terræ promissæ ad Orientem; quod tanti fluminis arentem alveum populus Domini pede sicco pertransierit; quod in partitione terræ promissæ duas tribus, et alterius dimidiam partem a reliquis decem separarit; quod Elias cum Eliseo fluvium hunc pallio divisum transierit, deindeque et Eliseus solus, semel atque iterum percussis, cum pallio Eliæ, et divisis aquis; quod Elisei jussu Naaman Syrus in eo septies se lavarit, et a lepra mundatus fuerit; sed et quod Joannes Christi præcursor multos in Jordane baptizaverit, et etiam Jesum Christum, et tum vox de cœlo facta sit : Hic est Filius meus dilectus.

Gen. 13-10 Vidit omnem circa regionem Jordanis
-11 Elegitq. sibi Lot regionem circa Jordanem
-12 In oppidis, quæ erant circa Jordanem
32-10 In baculo meo transivi Jordanem istum
50-10 Veneruntque ad Aream Atad, quæ sita est trans Jordanem

Num. 13-30 Chananæus vero moratur juxta mare et circa fluenta Jordanis
22- 1 Ubi trans Jordanem Jericho sita est
26- 3 Super Jordanem contra Jericho
-63 Supra Jordanem contra Jericho
31-12 Juxta Jordanem contra Jericho
32- 5 Nec facias nos transire Jordanem
-19 Nec quidquam quæremus trans Jordanem
-21 Om. vir bellator armatus Jordanem transeat
-29 Si transierint filii Gad..vobiscum Jordanem
-32 Suscepisse nos confitemur trans Jordanem
33-48 Supra Jordanem contra Jericho
-51 Quando transieritis Jordanem, intrantes
34-12 Et tendent usque ad Jordanem
-15 Acceperunt partem suam trans Jordanem
35- 1 Supra Jordanem contra Jericho
-10 Quando transgressi fueritis Jordanem
-14 Tres erunt trans Jordanem, et tres in terra
36-13 Supra Jordanem contra Jericho

Deut. 1- 1 Trans Jordanem in solitudine campestri
- 5 Trans Jordanem in terra Moab
2-29 Donec veniamus ad Jordanem, et transeamus
3- 8 Qui erant trans Jordanem: a torrente Arnon
-17 Et planitiem solitudinis, atque Jordanem
-20 Terram quam daturus est eis trans Jordanem
-25 Et videbo terram hanc optimam trans Jordanem
-27 Nec enim transibis Jordanem istum
4-21 Et juravit ut non transirem Jordanem
-22 Non transibo Jordanem : vos transibitis
-26 De terra, quam transito Jordane possessuri estis
-41 Separavit Moyses tres civitates trans Jordanem
-46 Trans Jordanem in valle contra fanum Phogor
-47 Qui erant trans Jordanem ad solis ortum
-49 Omnem planitiem trans Jordanem
9- 1 Tu transgredieris hodie Jordanem
11-30 Qui sunt trans Jordanem, post viam
-31 Vos e. transibitis Jordanem, ut possideatis
12-10 Transibitis Jordanem, et habitabitis in terra
27- 2 Cumque transieritis Jordanem in terram
- 3 Jordane transmisso : ut introëas terram
- 4 Quando ergo transieritis Jordanem, erigite
-12 Super montem Garizim, Jordane transmisso
30-18 Ad quam, Jordane transmisso, ingredieris possidendam
31- 2 Non transibis Jordanem istum
-13 Terra, ad quam vos, Jordane transmisso, pergitis
32-47 Ad quam, Jordane transmisso, ingredimini

Josue. 1- 2 Surge, et transi Jordanem istum tu, et o. pop.
-11 Quoniam post diem tertium transibitis Jordanem
-14 Quam tradidit vobis Moyses trans Jordanem
-15 Trans Jordanem contra solis ortum
2- 7 Per viam quæ ducit ad vadum Jordanis
-10 Regibus, qui erant trans Jordanem
-23 Et transmisso Jordane, venerunt ad Josuë
3- 1 Venerunt ad Jordanem ipse et o. filii Israël
- 8 Cum ingressi fueritis partem aquæ Jordanis
-11 Arca fœderis.. antecedet vos per Jordanem
-13 In aquis Jordanis aquæ, quæ, inferiores sunt
-14 Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, ut transiret Jordanem
-15 Ingressisque eis Jordanem, et pedibus Jordanis autem ripas alvei sui tempore messis impleverat
-17 Stabant... in medio Jordanis accincti
4- 3 Præcipe eis, ut tollant de medio Jordanis alveo
- 5 Ite ante arcam... ad Jordanis medium
- 7 Defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fœderis
- 8 Portantes de medio Jordanis alveo duodecim lapides
- 9 Alios... lapides posuit Josuë in medio Jordanis alveo
-10 Qui portabant arcam, stabant in Jordanis medio
-16 Præcipe sacerd... ut ascendant de Jordane
-17 Præcepit eis, dicens : Ascendite de Jordane

Anno mundi 2283, *ante J. Ch.* 1771. *Filia minor* **Laban**, *decora facie et venusto aspectu, quam diligens* **Jacob** *expetivit a* **Laban**; *et pro ea obtinenda servivit septem annis qui fuerunt in oculis ejus tanquam pauci dies, præ amoris magnitudine. His autem annis septem expletis, pro* **Rachel** **Laban** *introduxit* **Liam** *filiam suam majorem: nuptæ enim virgines, honestatis et verecundiæ causa, thalamum viri in tenebris adibant, et obvelata quidem facie. Mane autem facto se deceptum agnoscens* **Jacob**, *ait ad socerum: Quid hoc fecisti mihi? nonne pro* **Rachel** *servivi tibi? ut quid decepisti me? Cui respondit* **Laban** *non esse in sua regione consuetudinem ut darentur minores ante majores. Ficto se consuetudinis prætextu excusans,* **Imple**, *inquit, hebdomadam convivii nuptiarum* **Liæ** (*septem enim diebus celebrabatur convivium nuptiarum*), *et dabo tibi* **Rachelem** *pro septem annis aliis. Acquievit* **Jacob** *placito* **Laban**, *et transactis septem diebus festi* **Liæ**, **Rachelem** *duxit uxorem. Septem enim tantum diebus distulerunt nuptias Rachelis, ea tamen lege, ut post adeptam eam septem annis aliis serviret. Post annos plurimos sterilitatis, recordatus est Dominus* **Rachelis**, *exaudivit preces ejus; quæ concepit et peperit filium, et vocavit nomen ejus* **Joseph**. *Fugiente* **Jacob** *e domo* **Laban** *cum uxoribus, filiis et omni sua substantia,* **Rachel** *furata est idola patris sui; cujus furti alii alias rationes afferunt. Abstulit, vel ne parens illa aspiciendo, vel per illa augurando fugam* **Jacob** *cognosceret, et persequeretur; vel ut parenti idola colendi occasionem subtraheret; vel ut deos penates secum afferret, ipsa etiam idololatriæ addicta; vel tandem quia ex pretiosa materia intentionem habebat dotis compensandæ, quam injuste pater detraxerat. Assequente autem eos* **Laban**, *non sunt inventa idola, quia* **Rachel** *festinans abscondit hæc simulacra sub stramenta cameli, et sedit desuper. Anno mundi* 2305, *ante J. Ch.* 1749, *egressus* **Jacob** *de loco quem vocavit* **Bethel**, *venit verno tempore ad terram quæ ducit* **Ephratham**, *in qua cum secundo parturiret* **Rachel**, *ob difficultatem partus periclitari cœpit, et egrediente anima præ dolore, et imminente jam morte, vocavit nomen filii sui* **Benoni**, *id est,* **Filius doloris mei**; *pater vero appellavit eum* **Benjamin**. *Mortua est ergo* **Rachel**, *et sepulta est in via quæ ducit* **Ephratham**, *inter* **Jerusalem** *et* **Bethlehem**. *Erexitque* **Jacob** *titulum super sepulcrum ejus. Infantes* **Bethlehem** *dicuntur filii* **Rachel**, *quia tribus* **Benjamin**, *cujus erat mater, mixta fuit et permansit cum tribu* **Juda**, *et, ut ait* **Origenes**, *multi infantes in tribu* **Benjamin** *jussu* **Herodis** *occisi sunt. Præterea* **Rachel** *sepulta in* **Bethlehem** *suo corpore quasi eam possedit, ut videretur esse mater omnium* **Bethlehemitarum**.

Gen. 29- 6 Rachel filia ejus venit cum grege suo
- 9 Ecce Rachel veniebat cum ovibus patris sui
-16 Minor vero appellabatur Rachel
-17 Rachel decora facie, et venusto aspectu
-18 Serviam tibi pro Rachel, filia tua minore
-20 Servivit ergo Jacob pro Rachel sept. annis
-25 Nonne pro Rachel servivi tibi?
-28 Hebdomada transacta, Rachel duxit uxorem
30- 1 Cernens a. Rachel quod infœcunda esset
- 6 Dixitque Rachel: Judicavit mihi Dominus
8 Pro quo ait Rachel: Comparavit me Deus
-14 Dixitque Rachel: Da mihi partem
-15 Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte
-22 Recordatus quoque Dominus Rachelis
31- 4 Et vocavit Rachel et Liam in agrum
-14 Responderuntque Rachel et Lia: Numquid
-19 Et Rachel furata est idola patris sui
-32 Ignorabat quod Rachel furata esset idola
-33 Cumque intrasset tentorium Rachelis
33- 1 Divisitque filios Liæ et Rachel, ambarumq.
- 2 Rachel autem et Joseph novissimos
- 7 Extremi Joseph et Rachel adoraverunt
35-19 Mortua est ergo Rachel et sepulta est in via
-20 Hic est titulus monumenti Rachel
-24 Filii Rachel: Joseph et Benjamin
-25 Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan et Nepht.
46-19 Filii Rachel uxoris Jacob: Joseph et Benj.
-22 Hi filii Rachel, quos genuit Jacob
48- 7 Mortua est Rachel in terra Chanaan
Ruth. 4-11 Sicut Rachel et Liam, quæ ædificaverunt
1 *Reg.* 10- 2 Juxta sepulcrum Rachel in finibus Benjamin
Jerem. 31-15 Et fletus Rachel plorantis filios suos
Matth. 2-18 Rachel plorans filios suos

RADDAI. *Quintus filius Isai patris David.*

1 *Par.* 2-14 Quartum Nathanaël, quintum Raddaï

RADICITUS.

Ezech. 17- 9 Ut evelleret eam radicitus

RADICO.

Eccli. 3-30 Frutex enim peccati radicabitur in illis
24-16 Et radicavi in populo honorificato
Isai. 40-24 Neque radicatus in terra truncus eorum
Ephes. 3-17 In charitate radicati et fundati
Colos. 2- 7 Radicati, et superædificati in ipso, et conf.

RADIUS.

3 *Reg.* 7-33 Et axes earum, et radii, et canthi
Job. 41-21 Sub ipso erunt radii solis
Sap. 2- 3 Quæ fugata est a radiis solis
16-27 Ab exiguo radio solis calefactum tabescebat
Eccli. 43- 4 Tripliciter sol... radios igneos exsufflans, et refulgens radiis suis obcæcat oculos

RADIX.

Gen. 35- 8 Sepulta est ad radices Bethel subter quercum
Exod. 10-17 Steterunt ad radices montis
24- 4 Ædificavit altare ad radices montis
32-19 Et confregit eas ad radicem montis
Num. 22- 4 Solet bos herbas usque ad radices carpere
Deut. 3-17 Ad radices montis Phasga contra Orientem
4-11 Et accessistis ad radices montis
-49 Et usque ad radices montis Phasga
29-18 Et sit inter vos radix germinans fel
Josue. 11- 3 Hevæum quoque qui habitabat ad radices Hermon
1 *Reg.* 25-20 Et descenderet ad radices montis
4 *Reg.* 19-30 Mittet radicem deorsum, et faciet fructum
Job. 5- 3 Ego vidi stultum firma radice
8-17 Super acervum petrarum radices ejus densabuntur
14- 8 Si senuerit in terra radix ejus
15-29 Nec mittet in terra radicem suam
18-16 Deorsum radices ejus siccentur
19-28 Et radicem verbi invenianmus contra eum?
28- 9 Subvertit a radicibus montes
29-19 Radix mea aperta est secus aquas
30- 4 Et radix juniperorum erat cibus eorum
Psal. 51- 7 Et radicem tuam de terra viventium
79-10 Plantasti radices ejus, et implevit terram
Prov. 12- 3 Et radix justorum non commovebitur
-12 Radix autem justorum proficiet
Sap. 3-15 Et quæ non concidat radix sapientiæ
4- 3 Spuria vitulamina non dabunt radices altas
7-20 Differentias virgultor. et virtutes radicum
15- 3 Radix est immortalitatis
Eccli. 1- 6 Radix sapientiæ cui revelata est?
-25 Radix sapientiæ est timere Dominum
10-18 Radices gentium superbarum arefecit Deus
23-35 Non tradent filii ejus radices
24-13 Et in electis meis mitte radices
40-15 Radices immundæ super cacumen petræ
Isai. 5-24 Sic radix eorum quasi favilla erit
11- 1 Et egredietur virga de radice Jesse, et flos de radice ejus ascendet
-10 Radix Jesse, qui stat in signum populorum
14-29 De radice enim colubri egredietur regulus
14-30 Et interire faciam in fame radicem tuam
37-31 Radicem deorsum, et faciet fructum sursum
53- 2 Et sicut radix de terra sitienti
Jerem. 12- 2 Plantasti eos, et radicem miserunt
17- 8 Quod ad humorem mittit radices suas
Ezech. 16- 3 Radix tua et generatio tua de terra Chanaan
17- 5 Ut firmaret radicem super aquas multas
- 6 Et radices ejus sub illa erant
- 7 Quasi mittens radices suas ad eam
- 9 Nonne radices ejus evellet?
31- 4 Flumina ejus manabant in circuitu radicum
- 7 Erat enim radix illius juxta aquas
Dan. 4-12 Germen radicum ejus in terra sinite
-20 Germen radicum ejus in terra dimittite
-23 Ut relinqueretur germen radicum ejus
11- 7 Stabit de germine radicum ejus
Osee. 9-16 Radix eorum exsiccata est
14- 6 Et erumpet radix ejus ut Libani
Amos. 2- 9 Fructum ejus desuper et radices ejus subter
Malac. 4- 1 Quæ non derelinquet eis radicem et germen
1 *Mac.* 1-11 Et exiit ex eis radix peccatrix
Matth. 3-10 Jam e. securis ad radicem arbor. posita est
13- 6 Et quia non habebant radicem, aruerunt
-21 Non habet autem in se radicem
Marc. 4- 6 Eo quod non habebat radicem, exaruit
-17 Et non habent radicem in se
11-20 Viderunt ficum aridam factam a radicibus
Luc. 3- 9 Jam e. securis ad radicem arbor. posita est
8-13 Et hi radices non habent
Rom. 11-16 Et si radix sancta, et rami
-17 Socius radicis et pinguedinis olivæ factus es
-18 Quod si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te
15-12 Erit radix Jesse, et qui exurget regere gentes
1 *Tim.* 6-10 Radix enim omnium malorum est cupiditas
Hebr. 12-15 Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat
Apoc. 5- 5 Vicit leo de tribu Juda, radix David
22-16 Ego sum radix et genus David

RADO.

Levit. 13-33 Radetur homo absque loco maculæ
14- 8 Radet omnes pilos corporis, et lavabitur
- 9 Et die septimo radet capillos capitis
-41 Domum a. ipsam radi intrinsecus per circ.
19-27 Attondebitis comam, nec radetis barbam
21- 5 Non radent caput, nec barbam
Num. 6- 9 Quod radet illico in eadem die purgationis s.
-18 Tunc radetur Nazaræus ante ostium tabern.
-19 Postquam rasum fuerit caput ejus
8- 7 Et radant omnes pilos carnis suæ
Deut. 21-12 Quæ radet cæsariem, et circumcidet ungues
Judic. 16-17 Si rasum fuerit caput meum
-19 Vocavitque tonsorem, et rasit septem crines
2 *Reg.* 10- 4 Rasitque dimidiam partem barbæ eorum
1 *Par.* 19- 4 Hanon pueros David decalvavit, et rasit
Job. 2- 8 Qui testa saniem radebat, sedens in sterq.
Isai. 7-20 In die illa radet Dom. in novacula conducta
15- 2 Et omnis barba radetur
Jerem. 41- 5 Octoginta viri rasi barba, et scissis vestibus
48-37 Et omnis barba rasa erit
Baruc. 6-30 Habentes tunicas scissas, et capita, et barbam rasam
Ezech. 5- 1 Sume tibi gladium acutum, radentem pilos
26- 4 Et radam pulverem ejus de ea
27-31 Et radent super te calvitium
44-20 Caput autem suum non radent, neque comam nutrient
Act. 21-24 Et impende in illis, ut radant capita

RAGAU.

Filius Phaleg, paterque Sarug, e semine Sem filii Noe. Ragau scribitur Reu in Geneseos 11-18, 19, 20 *et* 21.

1 *Par.* 1-25 Heber, Phaleg, Ragau
Luc. 3-35 Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phal.

RAGAU.

Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive civitate magna, pugnavit contra Arphaxad regem Medorum, et vicit eum in campo magno, qui vocabatur Ragau, circa Euphratem et Tigrim. Per campum Ragau significantur planities et montes vicini Rages civitati Medorum, quam Rhagam, Rhagas et Rhaga profani scriptores appellant.

Judith. 1- 6 In campo magno, qui appellatur Ragau

RAGES.

Duæ erant in Media urbes quæ Rages dicebantur: altera in qua habitabat Sara Raguelis filia; altera in qua Gabelus Tobiæ debitor.

Tobiæ. 1-16 Cum a. venisset in Rages civitatem Medor.
3- 7 Sara filia Raguëlis in Rages civitate Medor.
4-21 Dedisse... Gabelo, in Rages civitate Medor,

Tobiæ. 5- 8 Qui moratur in Rages civitate Medorum
-14 Numquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages
6- 6 Quousque pervenirent in Rages
9- 3 Et vadas ad Gabelum in Rages civ. Medorum
- 6 In Rages civitatem Medorum perrexit

RAGUEL I.

Sacerdos in urbe Madian, socer Moysis, qui et alio nomine dictus est Jethro. Vid. JETHRO

Exod. 2-18 Quæ cum revertissent ad Raguël patrem s.
Num. 10-29 Dixitque Moyses Hobab filio Raguël

RAGUEL II.

Pater Sara, socerque Tobiæ junioris.

Tobiæ. 3- 7 Contigit, ut Sara filia Raguëlis in Rages
6-11 Est hic, Raguël nomine, vir propinquus
7- 1 Ingressi sunt autem ad Raguëlem Et suscepit eos Raguël cum gaudio
- 2 Intuensq. Tobiam Raguël, dixit Annæ uxori
- 4 Dixitque illis Raguël : Nostis Tobiam
- 5 Dixit Angelus ad Raguëlem : Tobias... pater istius est
- 6 Misit se Raguël, et cum lacrymis osculatus
- 9 Præcepit Raguël occidi arietem, et parari
-11 Quo audito verbo, Raguël expavit
-13 Tunc dixit Raguël : Non dubito quod Deus
-18 Vocavitque Raguël ad se Annam uxorem
8-11 Accersiri jussit Raguël servos suos
-13 Reversus Raguël ad uxorem suam, dixit ei
-16 Benedixerunt Do.. Raguël videlicet et Anna
-20 Statimque præcepit servis suis Raguël
-23 Et adjuravit Raguël Tobiam
-24 De omnibus autem quæ possidebat Raguël
9- 5 Vides quomodo adjuravit me Raguël
- 6 Assumens quatuor ex servis Raguëlis
- 8 Cumque ingressus esset domum Raguëlis
10- 8 At vero Raguël dicebat ad generum suum
-10 Cumq. verbis multis rogaret Raguël Tobiam
14-15 Om. hæred. domus Raguëlis ipse percepit

RAHAB.

Mulier quæ hospitio suscepit exploratores missos a Josue in Jericho. Antequam illos dimitteret, adjuravit eos ut secum facerent misericordiam, sicut ipsa cum eis fecerat. Deum Israel confessa est verum esse Deum, qui omnia mirabilia patraverat. Habitatio data est ei in medio Israel, et in excidio Jericho, omnia quæ illius erant, servata sunt. Magna cum laude legitur in Epist. ad Hebr. et in Epist. sancti Jacobi. Hæc est Rahab cujus mentio in genealogia Jesu Christi apud sanctum Matthæum.

Josue. 2- 1 Ingressi s. domum mulieris m. nomine Rahab
- 3 Misitque rex Jericho ad Rahab, dicens
6-17 Sola Rahab meretrix vivat cum universis
-23 Ingressique juvenes, eduxerunt Rahab
-25 Rahab vero meretricem, et domum patris
Psal. 86- 4 Memor ero Rahab et Babylonis
Matth. 1- 5 Salmon autem genuit Booz de Rahab
Hebr. 11-31 Fide Rahab meretrix non periit cum incred.
Jacob. 2-25 Similiter et Rahab meretrix, nonne ex oper.

RAHABIA. *Filius Eliezer filii Moysis.*

1 *Par.* 26-25 Eliezer, cujus filius Rahabia

RAHAM.

Filius Samma filii Hebron in tribu Juda.

1 *Par.* 2-44 Samma a. genuit Raham, patrem Jercaam

RAHELAIA.

Nomen est viri principis, qui ascendit de captivitate Babylonis cum Zorobabel.

1 *Esdr.* 2- 2 Qui venerunt cum Zorobabel... Rahelaïa

RAHUEL I.

Filius Esaü ex Basemath uxore.

Gen. 36- 4 Basemath genuit Rahuël
-10 Rahuël quoque filius Basemath uxoris ejus
-13 Filii autem Rahuel : Nahath et Zara
-17 Hi quoque filii Rahuël filii Esaü
1 *Par.* 1-35 Filii Esaü : Eliphaz, Rahuël, Jehus
-37 Filii Rahuël : Nahath, Zara, Samma

RAHUEL II.

Filius Jebaniæ, pater Saphatiæ, in tribu Benjamin.

1 *Par.* 9- 8 Mosollam filius Saphatiæ filii Rahuël

RAIA. *Filius Sobal filii Juda.*

1 *Par.* 4- 2 Raïa vero filius Sobal genuit Jahath

RAM I. *Filius Hesron filii Phares.*

1 *Par.* 2- 9 Filii a. Hesron... Jerameel, et Ram
-10 Porro Ram genuit Aminadab
Job. 32- 2 Filius Barachel Buzites de cognatione Ram

RAM II. *Filius Jerameel filii Hesron.*

1 *Par.* 2-25 Ram primogenitus ejus, et Buna, et Aram
-27 Sed et filii Ram primogeniti Jerameël

RAMA.

Civitas in tribu Benjamin, haud procul a Gabaon, quam reædificare tentavit Baasa rex Israel; sed cum Asa rex Juda auxilium impetrasset a Benadad rege Syriæ, Baasa intermisit munire Rama, et Asa rex lapides et ligna abstulit de Rama, et ex iis muniit Gabaa et Maspha in Benjamin.

Josue. 18-25 Gabaon, et Rama, et Beroth
Judic. 4- 5 Inter Rama et Bethel in monte Ephraïm
19-13 Manebimus in ea, aut certe in urbe Rama
1 *Reg.* 22- 6 Et esset in memore, quod est in Rama
3 *Reg.* 15-17 Ascendit q. Baasa... et ædificavit Rama
-21 Intermisit ædificare Rama, et reversus est
-22 Et tulerunt lapides de Rama et ligna ejus
2 *Par.* 16- 1 Baasa rex... muro circumdabat Rama
- 5 Baasa desiit ædificare Rama, et intermisit
- 6 Et tulerunt lapides de Rama et ligna
1 *Esdr.* 2-26 Filii Rama et Gabaa, sexcenti viginti unus
2 *Esdr.* 7-30 Viri Rama et Geba, sexcenti viginti unus
11-33 Asor, Rama, Gethaïm
Isai. 10-29 Obstupuit Rama, Gabaath Saülis fugit
Jerem. 40- 1 Postquam dimissus est a Nabuz... de Rama
Osee. 5- 8 Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama
Matth. 2-18 Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus

RAMATH. *Urbs in tribu Simeon.*

Josue. 19- 8 Beer, Ramath contra Australem plagam

RAMATHA.

Urbs Syriæ in monte Ephraïm, de qua sanctus Hieronymus in Thamnica regione juxta Diospolim sitam scribit.

1 *Reg.* 1-19 Venerunt in domum suam Ramatha
2-11 Et abiit Elcana Ramatha in domum suam
7-17 Revertebaturque in Ramatha
8- 4 Venerunt ad Samuëlem in Ramatha
15-34 Abiit autem Samuël in Ramatha
16-13 Surgensque Samuël abiit in Ramatha
19-18 Et venit ad Samuël in Ramatha
-19 Ecce David in Najoth in Ramatha
-22 Abiit etiam ipse in Ramatha Ecce in Najoth sunt in Ramatha
-23 Et abiit in Najoth in Ramatha Usque dum veniret in Najoth in Ramatha
20- 1 Fugit autem David de Najoth, quæ est in Ramatha
25- 1 Sepelierunt eum in domo sua in Ramatha
28- 3 Sepelierunt eum in Ramatha urbe sua
1 *Mac.* 11-34 Tres civitates, Lydan, et Ramathan

RAMATHAIM-SOPHIM.

Non una fuit Ramath, sed duæ, quod vox dualis Ramathaïm *significat; quasi diceret sacer textus : Ex duabus Ramath. Illa quæ Sophim dicitur, fuit patria Elcanæ. Saligniacus tamen quinque hujus nominis civitates facit. Dicebatur hoc oppidum etiam Ramatha, et aliqui volunt esse eamdem cum Arimathæa, ex qua oriundus Joseph ille, qui Christum de cruce deposuit.*

1 *Reg.* 1- 1 Fuit vir unus de Ramathaïm-Sophim

RAMATH LECHI.

Locus quousque Israelitæ Samsonem adduxerunt vinctum, Philisthæisque tradiderunt. Sed ille vinculis solutis dissipatisque, inventam asini mandibulam, quæ jacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, vocavitque nomen loci Ramath Lechi, quod interpretatur Elevatio Maxillæ.

Judic. 15-17 Vocavit nomen loci illius Ramath Lechi

RAMESSES.

Civitas in extremis finibus Ægypti, ab Israelitis condita. Olim, ut ait sanctus Hieronymus in Hebraïcis Quæstionibus, et universa provincia sic vocabatur, in qua habitavit Jacob una cum liberis suis in terra Gessen, et pagus Arsenoïtis dicta fuit. Hebræi ex Ægypto tendentes in Chanaan, quadraginta duas stationes habuerunt, sive mansiones in deserto. Prima fuit in Ramesse; illuc enim ex tota Ægypto convenerant Hebræi exituri.

Gen. 47-11 Joseph... dedit possessionem... Ramesses
Exod. 1-11 Ædificaveruntque... Phithom et Ramesses
12-37 Profectique sunt filii Israël de Ramesse
Num. 33- 3 Profecti igitur de Ramesse mense primo

RAMETH. *Civitas in tribu Issachar.*

Josue. 19-21 Et Rameth, et Engannim, et Enhadda

RAMOTH.

Filius Bani, qui uxorem duxerat alienigenam, quam postea dimisit.

1 *Esdr.* 10-29 Et de filiis Bani.. Jasub, et Saal, et Ramoth

RAMOTH.

Erat urbs hæc trans Jordanem in tribu Gad; eademque sacerdotalis, et una de urbibus perfugio destinatis. Dicitur Ramoth Galaad, quod esset in Galaaditide provincia.

Deut. 4-43 Et Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad
Josue. 13-26 Et ab Hesebon usque Ramoth, Masphe
20- 8 Et Ramoth in Galaad de tribu Gad
21-37 De tribu Gad civitates confugii, Ramoth
1 *Reg.* 30-27 Qui in Ramoth ad Meridiem, et qui in Jet.
3 *Reg.* 4-13 Bengaber in Ramoth Galaad
22- 3 Ignoratis quod nostra sit Ramoth Galaad?
- 4 Venies-ne mecum ad præliand. in Ramoth
- 6 Ire debeo in Ramoth Gal. ad præliandum?
-12 Ascende in Ramoth Galaad, et vade prosp.
-15 Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad
-20 Ut ascendat, et cadat in Ramoth Galaad
-29 Ascendit.. et Josaphat rex Juda in Ramoth
4 *Reg.* 8-28 Contra Hazaël reg. Syriæ in Ramoth Galaad
-29 Quia vulneraverant eum Syri in Ramoth
9- 1 Tolle lenticulam.. et vade in Ramoth Galaad
- 4 Abiit ergo adol. puer prophetæ in Ramoth
-14 Porro Joram obsederat Ramoth Galaad
1 *Par.* 6-80 Ramoth in Galaad et suburbana ejus
2 *Par.* 18- 2 Persuasitq. illi ut ascenderet in Ramoth Gal.
- 3 Veni mecum in Ramoth Galaad
- 5 In Ramoth Gal. ad bellandum ire debemus
-11 Ascende in Ramoth Gal., et prosperaberis
-14 Michæa, ire debemus in Ramoth Galaad
-19 Ut ascendat, et corruat in Ramoth Galaad
-28 Ascenderunt... rex Juda in Ramoth Galaad
22- 5 Contra Hazaël reg. Syriæ in Ramoth Galaad

RAMOTH.

Altera civitas in tribu Issachar, et Levitica.

1 *Par.* 6-73 Ramoth quoque et suburbana ejus

RAMUS.

Gen. 8-11 Portans ramum olivæ virentibus foliis in ore
Levit. 23-40 Sumetisq... ramos ligni densarum frondium
Judic. 9-48 Arrepta securi, præcidit arboris ramum
-49 Certatim ramos de arboribus præcidentes
2 *Esdr.* 8-15 Afferte... frondes myrti et ramos palmarum
Job. 14- 7 Rursum virescit, et rami ejus pullulant
15-30 Ramos ejus arefaciet flamma
Sap. 4- 4 Et si in ramis in tempore germinaverint
- 5 Confringentur enim rami inconsummati
17-17 Inter spissos arborum ramos avium sonus
Eccli. 1-25 Et rami illius (*sapientiæ*) longævi
14-26 Et sub ramis ejus morabitur
23-35 Et rami ejus non dabunt fructum
24-22 Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratiæ
40-15 Nepotes impior. non multiplicabunt ramos
50-14 Sic circa illum steterunt quasi rami palmæ
Isai. 6-13 Sicut quercus, quæ expandit ramos suos
17- 6 Vel trium olivarum in summitate rami
Ezech. 8-17 Et ecce applicant ramum ad nares suas
17- 6 Respicientibus ramis ejus ad eam
-22 De vertice ramorum ejus tenerum distring.
19-14 Egressus est ignis de virga ramorum ejus
31- 3 Pulcher ramis, et frondibus nemorosus
- 5 Elevati sunt rami ejus præ aquis multis
- 6 In ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia
-12 In cunctis convallibus corruent rami ejus
-13 Et in ramis ejus fuerunt universæ bestiæ
36- 8 Montes Israël, ramos vestros germinetis
Dan. 4- 9 In ramis ejus conservabantur volucres cœli
-11 Succidite arborem, et præcidite ramos ejus Fugiant... et volucres de ramis ejus
-18 Rami ejus pulcherrimi, et fructus ej. nimius Et in ramis ejus commorantes aves cœli
Osee. 14- 7 Ibunt rami ejus, et erit quasi oliva gloria ej.
Joel. 1- 7 Albi facti sunt rami ejus
1 *Mac.* 13-51 Intraverunt... cum laude, et ramis palmar.
2 *Mac.* 10- 7 Ramos virides et palmas præferebant ei
Matth. 13-32 Ita ut volucres... habitent in ramis ejus
21- 8 Alii autem cædebant ramos de arboribus
24-32 Cum jam ramus ejus tener fuerit, et folia
Marc. 4-32 Ascendit... et facit ramos magnos
13-28 Cum jam ramus ejus tener fuerit
Luc. 13-19 Volucres cœli requieverunt in ramis ejus
Joan. 12-13 Acceperunt ramos palmar., et processerunt

Rom. 11-16 Et si radix sancta, et rami
-17 Quod si aliqui ex ramis fracti sunt
-18 Noli gloriari adversus ramos
-19 Dices ergo: Fracti sunt rami ut ego inserar
-21 Si e. Deus naturalibus ramis non pepercit

RAMUSCULI.

Isai. 18- 5 Præcidentur ramusculi ejus falcibus

RANA.

Ranæ instinctu divinitus insito, vel ab Angelis actæ, plagam induxerunt duriorem sanguinis plaga. Ranæ enim omnia occupabant, inficiebant, et coaxatione obtundebant, morientes et vivæ fœtore complebant, sedentibus, ambulantibus, cubantibus infestæ.

Exod. 8- 2 Ego percutiam omnes terminos tuos ranis
- 3 Et ebulliet fluvius ranas: quæ ascendent
- 4 Ad omnes servos tuos intrabunt ranæ
- 5 Et educ ranas super terram Ægypti
- 6 Ascenderunt ranæ, operueruntque terram
- 7 Eduxeruntque ranas super terram Ægypti
- 8 Orate Dominum ut auferat ranas a me
- 9 Ut abigantur ranæ a te et a domo tua
-11 Et recedent ranæ a te et a domo tua
-12 Clamavit Moyses... pro sponsione ranarum
-13 Et mortuæ sunt ranæ de domibus et de villis
Psal. 77-45 Misit... et ranam, et disperdidit eos
104-30 Edidit terra eorum ranas in penetralibus
Sap. 19-10 Eructavit fluvius multitudinem ranarum
Apoc. 16-13 Vidi... spiritus tres immundos in modum ranarum

RAPAX.

Gen. 49-27 Benjamin lupus rapax, mane comedet
Matth. 7-15 Intrinsecus autem sunt lupi rapaces
Act. 20-29 Scio quoniam intrabunt..lupi rapaces in vos
1 *Cor.* 5-10 Aut avaris, aut rapacibus, aut idolis serv.
-11 Aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax
6-10 Neque rapaces regnum Dei possidebunt

RAPHA I.

*Filius Beria filii Ephraim, qui Genes.*46-21 *dicitur Echi.*

1 *Par.* 7-25 Porro filius ejus Rapha, et Reseph, et Thale

RAPHA II. *Quintus filius Benjamin.*

1 *Par.* 8- 2 Nohaa quartum, et Rapha quintum

RAPHA III. *Filius Baana.*

1 *Par.* 8-37 Mosa genuit Baana, cujus filius fuit Rapha

RAPHA IV.

Vid. Arapha. *Idem enim est gigas.*

1 *Par.* 20- 6 Qui et ipse de Rapha fuerat stirpe generatus
- 7 Hi sunt filii Rapha in Geth, qui ceciderunt

RAPHAEL. *Filius Semeïæ.*

1 *Par.* 26- 7 Filii ergo Semeïæ : Othni et Raphaël

RAPHAEL.

Unus e septem Angelis qui astant ante Dominum semper, et sunt cæteris Angelis præstantiores, majorique dignitate præditi. Raphael personam et formam Azariæ filii Ananiæ Magni præ se ferens, occurrit Tobiæ juniori, qui eum ad patrem introduxit. Raphael, viso Tobia patre, sanitatem ei promisit restituendam, et profectus comes Tobiæ junioris ad Gabelum, indicavit ad quæ medicamenta cor piscis cujusdam in fluvio capti, fel et jecur conferre poterunt. Cum advenissent ambo amici viatores in Rages civitatem Medorum, Raphael Tobiam exhortans ad conjugium Saræ quæ jam successive septem habuerat maritos, docuit eum sanctitatem nuptiarum. Quibus celebratis, Raphael rogatu Tobiæ solus perrexit ad Gabelum a quo, reddito chirographo, pecuniam recepit debitam Tobiæ patri. Tandem cum essent regressi, et cum jam ageretur de mercede pro itinere, pro pecunia recepta, pro nuptiis Tobiæ cum Sara, pro sanitate oculorum restituta, aperuit Raphael omnem gestæ rei et conditionis suæ veritatem; et his dictis, ab aspectu eorum ablatus est, et ultra eum videre non potuerunt.

Tobiæ. 3-25 Missus est Angelus Dom. sanctus Raphaël
5-17 Cui Raphaël Angelus dixit : Genus quæris
6-16 Tunc Angelus Raphaël dixit ei : Audi me
8- 3 Tunc Raphaël Angelus apprehendit dæmon.
9- 6 Tunc Raphaël assumens quatuor ex servis
11- 4 Dixit Raphaël ad Tobiam : Tolle tecum
- 7 Dixitque Raphaël ad Tobiam
12-15 Ego enim sum Raphaël Angelus

RAPHAIA I.

Filius Jeseïæ filii Phaltiæ, paterque Arnan, e stirpe Zorobabel.

1 *Par.* 3-21 Phaltias pater Jeseïæ, cujus filius Raphaïa

RAPHAIA II.

Filius tertius Jesi, in tribu Simeon.

1 *Par.* 4-42 Habentes principes... Raphaïam et Oziel

RAPHAIA III.

Filius secundus Thola filii primogeniti Issachar.

1 *Par.* 7- 2 Filii Thola : Ozi, et Raphaïa, et Jeriel

RAPHAIA IV. *Filius Banaa.*

1 *Par.* 9-43 Baana : cujus filius Raphaïa, genuit Elasa

RAPHAIA V.

Filius Hur, princepsque vici dimidii Jerusalem.

2 *Esdr.* 3- 9 Juxta eum ædificavit Raphaïa filius Hur

RAPHAIM.

Hæc vox gigantes significat, et in Scripturis designat: 1° gigantes habitantes in terra Basan, quæ ideo dicta est terra Gigantum, Deut. 3-13; *2° gigantes qui habitabant citra Jordanem; 3° populos quos Moabitæ Emim, Ammonitæ Zomzommim vocabant. Item nomen est vallis juxta Jerusalem, et dicitur vallis Allophylorum. Eadem quæ Sepheta dicitur, forsan latius patens ad Austrum.*

Gen. 14- 5 Percusseruntque Raphaïm in Astarothcarn.
15-20 Et Hethæos, et Pherezæos, Raphaïm quoq.
Josue. 12- 4 Terminus Og regis Basan, de reliquiis Raphaïm
13-12 Ipse (*Og*) fuit de reliquiis Raphaïm
15- 8 In summitate vallis Raphaïm contra Aquil.
17-15 Succide tibi spatia in terra Pher.et Raphaïm
18-16 In extrema parte vallis Raphaïm
2 *Reg.* 5-18 Philisthiim... diffusi sunt in valle Raphaïm
-22 Et diffusi sunt in valle Raphaïm
1 *Par.* 11-15 Phil. fuerant castrametati in valle Raphaïm
14- 9 Phil. venientes, diffusi sunt in valle Raphaïm
20- 4 Percussit... Saphaï de genere Raphaïm
Isai. 17- 5 Erit sicut quærens spicas in valle Raphaïm

RAPHAIM.

Inter majores Judith filiæ Merari invenitur.

Judith. 8- 1 Filii Raphaïm, filii Achitob, filii Melchiæ

RAPHIDIM.

Regio in solitudine, non procul ab Horeb monte, ubi undecima Israelitarum mansio fuit, juxta montem Sinai, in quo petra dedit aquas, et victus est Amalec. Hic locus dictus quoque est Massa, id est, Tentatio, ex tentatione et murmure Hebræorum.

Exod. 17- 1 Castrametati sunt in Raphidim, ubi non erat aqua
- 8 Et pugnabat contra Israël in Raphidim
19- 2 Nam profecti de Raphidim, et pervenientes
Num. 33-14 De Alus, in Raphidim fixere tentoria
-15 Profectiq. de Raphidim, castrametati sunt

RAPHON.

Eum locum Adrichomius in tribu Gad putat esse Jaboc, vel Jeboc, quo dividebatur tribus Gad a tribu Manasse, trans Jordanem. Urbem fuisse Josephus affirmat.

1 *Mac.* 5-37 Castra posuit contra Raphon trans torrent.

RAPHU.

Pater Phalti, de stirpe Benjamin.

Num. 13-10 De tribu Benjamin, Phalti filium Raphu

RAPIDUS.

Dan. 7-10 Fluvius igneus rapidusque egrediebatur

RAPINA.

4 *Reg.* 21-14 Eruntque in vastitatem, et in rapinam
1 *Esdr.* 9- 7 Traditi sumus... in captivit. et in rapinam
Judith. 8-19 Pro quo scelere dati sunt in gladium et in rapinam
Psal. 61-11 Et rapinas nolite concupiscere
Prov. 21- 7 Rapinæ impiorum detrahent eos
24- 2 Quia rapinas meditatur mens eorum
Eccli. 16-14 Non effugiet in rapina peccator
Isai. 3-14 Et rapina pauperis in domo vestra
33-23 Claudi diripient rapinam
42-22 Facti sunt in rapinam, nec est qui eruat
61- 8 Et odio habens rapinam in holocausto
Ezech. 18-12 Rapientem rapinas, pignus non reddentem
-16 Pignus non retin., et rapinam non rapuerit
Ezech. 23-46 Et trade eas in tumultum et in rapinam
33-15 Et pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit
34- 8 Quod facti sunt greges mei in rapinam
-22 Salvabo gregem meum, et non erit ultra in rapinam
-28 Et non erunt ultra in rapinam in gentibus
45- 9 Iniquitatem et rapinas intermittite
Dan. 11-24 Rapinas, et prædam, et divitias eor. dissip.
-33 Et in captivitate et in rapina dierum
Amos. 3-10 Thesaurizantes iniquitatem et rapinas
Mich. 4-13 Et interficies Domino rapinas eorum
Nahum. 2-12 Implevit præda... et cubile suum rapina
3- 1 Non recedet a te rapina
Habac. 2- 7 Suscitab. lacerantes te, et eris in rapinam
Malac. 1-13 Intulistis de rapinis claudum et languidum
Matth. 23-25 Intus a. pleni estis rapina et immunditia
Luc. 11-39 Quod a. intus est vestr., plenum est rapina
Philip. 2- 6 Non rapinam arbitratus est esse se æqualem
Hebr. 10-34 Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis

RAPIO.

Gen. 34- 2 Et rapuit, et dormivit cum illa
Num. 31-53 Unusq. e.quod in præda rapuerat, suum erat
Deut. 28-31 Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo
Judic. 21-21 Et rapite ex eis singuli uxores singulas
-22 Non enim rapuerunt eas jure bellantium
-23 Rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros
1 *Reg.* 19-14 Misit a. Saül apparitores, qui raperent David
-20 Misit ergo Saül lictores, ut raperent David
20-30 Dixit ei : Fili mulieris virum ultro rapientis
30-19 Et quæcumque rapuerant, omnia reduxit
2 *Reg.* 17- 8 Veluti si ursa raptis catulis in saltu sæviat
3 *Reg.* 20-33 Et festinantes rapuerunt verbum ex ore ej.
1 *Par.* 11-23 Et rapuit hastam, quam tenebat manu
Tobiæ. 2- 9 Rapiebat corpora occisorum, et occultabat
Judith. 16-11 Sandalia ejus rapuerunt oculos ejus
Job. 5- 5 Famelicus comedet, et ipsum rapiet armatus
13-25 Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam
20- 2 Et mens in diversa rapitur
-19 Domum rapuit, et non ædificavit eam
27- 8 Quæ est enim spes hypocritæ si avare rapiat
-21 Et velut turbo rapiet eum de loco suo
30- 5 Qui de convallibus ista rapientes
Psal. 7- 3 Nequando rapiat ut leo animam meam
H. 10- 9 Insidiatur ut rapiat pauperem : rapere pauperem dum attrahit eum
21-14 Sicut leo rapiens et rugiens
49-22 Nequando rapiat, et non sit qui eripiat
68- 5 Quæ non rapui, tunc exolvebam
103-21 Catuli leonum rugientes, ut rapiant
Prov. 1-19 Sic semitæ omnis avari, animas possidentium rapiunt
4-16 Rapitur somnus ab eis, nisi supplantaverint
11-24 Rapiunt non sua, et semper in egestate sunt
17-12 Expedit magis ursæ occurr., raptis fœtibus
19-19 Et cum rapuerit, aliud apponet
Sap. 4-11 Raptus est ne malitia mutaret intellectum ej.
14-15 Cito sibi rapti filii fecit imaginem
Isai. 17-13 Rapietur sicut pulvis montium a facie venti
41- 2 Sicut stipulam vento raptam arcui ejus
Jerem. 49- 9 Si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret
Ezech. 18- 7 Pignus debitori redd., per vim nihil rapuerit
-12 Rapientem rapinas, pignus non reddentem
-16 Pignus non retin., et rapinam non rapuerit
22-25 Sicut leo rugiens, rapiensque prædam
-27 Quasi lupi rapientes prædam ad effundend.
-29 Populi terræ... rapiebant violenter
Dan. 2-35 In favill. æstivæ areæ, quæ rapta sunt vento
Osee. 13- 3 Sicut pulvis turbine raptus ex area
- 8 Occurram eis quasi ursa raptis catulis
Amos. 4-11 Et facti estis quasi torris raptus ab incendio
Mich. 2- 2 Et violenter tulerunt, et rapuerunt domos
1 *Mac.* 7-29 Et hostes parati erant rapere Judam
2 *Mac.* 3-27 Multa caligine circumfusum rapuerunt
Matth. 11-12 Et violenti rapiunt illud
13-19 Et rapit quod seminatum est in corde ejus
Joan. 6-15 Quia venturi essent ut raperent eum
10-12 Et lupus rapit, et dispergit oves
-28 Et non rapiet eas quisquam de manu mea
-29 Et nemo potest rapere de manu Patris mei
Act. 6-12 Concurrentes rapuerunt eum, et adduxer.
8-39 Spiritus Domini rapuit Philippum
19-29 Rapto Gaïo et Aristarcho Macedonibus
23-10 Jussit... rapere eum de medio eorum
2 *Cor.* 12- 2 Raptum hujusmodi usq. ad tertium cœlum
- 4 Quoniam raptus est in paradisum
1 *Thes.* 4-16 Simul rapiemur cum illis in nubibus
Judæ. -23 Illos vero salvate, de igne rapientes
Apoc. 12- 5 Et raptus est filius ejus ad Deum

RAPTIM.

Job. 6-15 Sicut torrens qui raptim transit in convallib.

RAPTOR. *Verbum.*

Jerem. 13-24 Stipulam, quæ vento raptatur in deserto

RAPTORES.

Luc. 18-11 Sicut cæteri hominum : raptores, injusti

RASIN I.

Anno mundi 3495, *ante J. Ch.* 559. *Rex Syriæ quem suscitavit Dominus ut prælìaretur adversus Achaz regem Juda, et obsideret eum in Jerusalem. Interea vero Theglath-Phalasar rex Assyriorum ascendit in Damascum civitatem regiam Rasin, vastavit eam, et transtulit habitatores ejus Cyrenen, interfecitque Rasin, qui ut regnum suum vastari cognovit, Damascum versus exercitum moverat et cum Assyriorum rege infeliciter conflixerat.*

4 Reg. 15-37 Cœpit Do. mittere in Judam, Rasin regem
16- 5 Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, et Phacee
- 6 Restituit Rasin rex Syriæ Ailam Syriæ
- 9 Ascendit e. rex Assyr... Rasin a. interfecit
Isai. 7- 1 Ascendit Rasin rex Syriæ, et Phacee
- 4 In ira furoris Rasin regis Syriæ
- 8 Caput Syriæ Dam., et caput Damasci Rasin
8- 6 Assumpsit magis Rasin et filium Romeliæ
9-11 Et elevabit Dom. hostes Rasin super eum

RASIN II.

Princeps Nathinæorum qui ascenderunt de captivitate Babylonis cum Zorobabel.

1 Esdr. 2-48 Filii Rasin, filii Necoda, filii Gazam
2 Esdr. 7-50 Filii Raaia, filii Rasin, filii Necoda

RASURA.

Levit. 14-41 Et spargi pulverem rasuræ extra urbem

RATA. *Substant.*

Jerem. 32-11 Et stipulationes, et rata, et signa forinsecus

RATIO.

Levit. 25-50 Juxta annor. numerum et rationem mercen.
-52 Ponet rationem cum eo juxta ann. numerum
Num. 23- 8 Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur ?
4 Reg. 12-15 Et non fiebat ratio iis hominibus
Tobiæ. 10-10 Et ille eum nulla ratione vellet audire
Job. 38-33 Et pones rationem ejus in terra ?
-37 Quis enarrabit cœlorum rationem ?
Eccle. 7-26 Et quærerem sapientiam et rationem
-28 Ecce hoc inveni... ut invenirem rationem
8-17 Nullam possit homo invenire rationem eor.
9-10 Quia nec opus, nec ratio, nec sapientia
11- 5 Et qua ratione compingantur ossa in ventre
Sap. 17- 9 Aër. quem nulla ratione quis effugere posset
Eccli. 14- 3 Viro cupido et tenaci sine ratione est subst.
Dan. 6- 2 Ut satrapæ illis redderent rationem
1 Mac. 10-40 Quindecim millia sicl... de rationibus regis
-42 Quæ accipiebant de sanctorum ratione
-44 Sumptus dabuntur de ratione regis
-45 Sumptus dabuntur de ratione regis
-63 Nec quisquam ei molestus sit de ulla ratione
13-15 Quod debebat frater tuus... in ratione regis
2 Mac. 3- 6 Quæ non pertinent ad rationem sacrificior.
13-26 Exposuit rationem, et populum sedavit
Matth. 12-36 Reddent rationem de eo in die judicii
18-23 Qui voluit rationem ponere cum servis suis
-24 Et cum cœpisset rationem ponere
25-19 Et posuit rationem cum eis
Luc. 16- 2 Redde rationem villicationis tuæ
Act. 19-33 Volebat reddere rationem populo
-40 De quo possimus reddere rationem
22- 1 Audite quam ad vos nunc reddo rationem
25- 8 Paulo rationem reddente : Quoniam neque
-27 Sine ratione e. mihi videtur mittere vinctum
26- 1 Tunc Paulus... cœpit rationem reddere
-24 Hæc loquente eo, et rationem reddente
Rom. 12- 6 Sive prophetiam secundum rationem fidei
14-12 Unusq. nostrum pro se rationem reddet Deo
1 Cor. 15- 2 Qua ratione prædicaverim vobis
Philip. 4-15 Communicavit in ratione dati et accepti
-17 Requiro fruct. abundantem in ratione vest.
Colos. 2-23 Quæ sunt rationem quid. habentia sapientiæ
Hebr. 13-17 Quasi rationem pro animabus v. reddituri
1 Petr. 3-15 Poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe
4- 5 Qui reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos et mortuos

RATIONABILIS, E.

Job. 32- 3 Non invenissent responsionem rationabilem
Rom. 12- 1 Rationabile obsequium vestrum
1 Petr. 2- 2 Rationabile, sine dolo lac concupiscite

RATIONALE. *Substant.*

Exod. 25- 7 Et gemmas ad ornand. ephod ac rationale
28- 4 Quæ facient : Rationale, et superhumerale
-15 Rationale q. judicii facies opere polymito
-22 Facies in rationali catenas sibi invicem coh.
-23 Quos pones in utraque rationalis summitate
-25 Latere superhumer. quod rationale respicit
-26 Quos pones in summitatibus rationalis
-28 Et stringatur rationale annulis suis
Rationale et superhum. nequeant separari
-29 In rationali judicii super pectus suum
-30 Pones autem in rationali judicii doctrinam
29- 5 Indues Aaron... superhumerali et rationali
35- 9 Ad ornatum superhumeralis et rationalis
-27 Et gemmas ad superhumerale et rationale
39- 8 Fecit et rationale opere polymito
-15 Fecerunt in rationali et catenulas
-16 Annulos posuerunt in utroq. latere rationalis
-18 Ut superh. et rationale mutuo necterentur
Levit. 8- 8 Quod astringens cingulo aptavit rationali

RATIS.

3 Reg. 5- 9 Et ego componam ea in ratibus in mari
2 Par. 2-16 Applicabimus ea ratibus per mare in Joppe
Sap. 14- 5 Et transeuntes mare per ratem liberati sunt
- 6 Spes orbis terrarum ad ratem confugiens

RAUCÆ.

Psal. 68- 4 Laboravi clamans, raucæ factæ s. fauces meæ

RAZIAS.

Unus de senioribus Hierosolymitani senatus, qui delatus est Nicanori, vir amator civitatis, bonæ et secundæ famæ, qui pro affectu pater Judæorum appellabatur. Magna cum virtute et magnanimitate vitam sibi eripuit, eligens nobiliter mori quam subditus fieri peccatoribus.

2 Mac. 14-37 Razias a. quidam de senioribus ab Jerosol.

RAZON.

Filius Eliada, quem suscitavit Dominus adversus Salomonem.

3 Reg. 11-23 Suscitavit quoq. ei Deus adversarium Razon

REÆDIFICO.

Tobiæ. 13-12 Ut reædificet in te tabernaculum suum
14- 7 Et domus Dei... iterum reædificabitur
Amos. 9-11 Et reædificabo aperturas murorum ejus
Et reædificabo illud sicut in diebus antiquis
Matth. 26-61 Possum... et post triduum reædificare illud
27-40 Vah, qui destruis templum Dei, et in triduo illud reædificas
Marc. 15-29 Templum Dei, et in tribus diebus reædificas
Act. 15-16 Revertar, et reædificabo tabernac. David
Et diruta ejus reædificabo : et erigam illud

REATUS.

Exod. 32-35 Percussit ergo Dom. popul. pro reatu vituli
Deut. 21- 8 Et auferetur ab eis reatus sanguinis

REBE.

Princeps Madianitarum, quem Phinees expugnavit et interfecit.

Num. 31- 8 Evi, et Recem, et Sur, et Hur, et Rebe
Josue. 13-21 Recem, et Sur, et Hur, et Rebe duces Sehon

REBECCA.

Filia Bathuel filii Nachor, quæ ex uno concubitu Isaac, Jacob et Esaü concepit. Ejus consilio et astutia præripuit Jacob benedictionem Esaü; quæ et consuluit ipsi Jacob ut in Mesopotamiam fugeret, ne occideretur a fratre.

Gen. 22-23 Ac Bathuël, de quo nata est Rebecca
24-15 Et ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuël
-29 Habebat a. Rebecca fratrem nomine Laban
-45 Apparuit Rebecca veniens cum hydria
-51 En Rebecca coram te est, tolle eam
-53 Dedit ea Rebeccæ pro munere
-61 Rebecca et puellæ illius... secutæ sunt vir.
-64 Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit
25-20 Duxit uxorem Rebeccam filiam Bathuëlis
-21 Exaudivit eum, et dedit conceptum Rebeccæ
-28 Et Rebecca diligebat Jacob
26- 8 Vidit eum jocantem cum Rebecca uxore sua
-35 Quæ ambæ offenderant animum Isaac et Rebeccæ
27- 5 Quod cum audisset Rebecca, et ille abiisset
-42 Nuntiata sunt hæc Rebeccæ : Quæ mittens
-46 Dixitque Rebecca ad Isaac : Tædet me vitæ
28- 5 Laban fil. Bathuël Syri, fratrem Rebeccæ
29-12 Quod frater esset patris sui, et filius Rebeccæ
35- 8 Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ
Gen. 49-31 Ibi sepultus est Isaac cum Rebecca conjuge
Rom. 9-10 Sed et Rebecca ex uno concubitu habens

REBELLIO.

3 Reg. 11-27 Et hæc est causa rebellionis adversus eum

REBELLIS.

Num. 14- 9 Nolite rebelles esse contra Dominum
15-30 Quoniam adversus Dominum rebellis fuit
17-10 Ut servetur ibi in signum rebellium
20-10 Dixitque eis : Audite, rebelles et increduli
Deut. 9-24 Semper fuistis rebelles a die qua nosse vos cœpi
1 Esdr. 4-12 Venerunt in Jerusalem civitatem rebellem
-15 Scies quoniam urbs illa, urbs rebellis est
Esth. 13- 5 Videntes unam gentem rebellem adv. omne
Job. 24-13 Fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias ejus
Isai. 41-12 Quæres eos, et non invenies, viros rebelles

REBELLO.

Num. 26- 9 Quando adversus Dominum rebellaverunt
3 Reg. 16- 9 Rebellavit contra eum servus suus Zambri
-16 Cumque audisset rebellasse Zambri
4 Reg. 17- 4 Quod rebellare nitens misisset nuntios
18- 7 Rebellavit quoque contra regem Assyriorum
-20 In quo confidis, ut audeas rebellare ?
24- 1 Et rursum rebellavit contra eum
2 Par. 13- 6 Rebellavit (*Jeroboam*) contra dominum s.
21- 8 Rebellavit Edom, ne esset subditus Judæ
-10 Rebellavit Edom, ne esset sub ditione Juda
1 Esdr. 4-19 A diebus antiquis adversum reges rebellat
2 Esdr. 2-19 Numquid contra regem vos rebellatis ?
6- 6 Quod tu et Judæi cogitetis rebellare
Isai. 36- 5 Quo consilio vel fortit. rebellare disponis ?
Amos. 7-10 Rebellavit contra te Amos in medio domus
1 Mac. 11-14 Quia rebellabant qui erant in locis illis
2 Mac. 13-23 Ut autem cognovit rebellasse Philippum

REBLA.

Hæc civitas sita est, ut ait sacer textus, in terra Emath, *in tribu scilicet Nephthali, ad montem Libanum, juxta fluvii Jordanis initia. Adrichomius eamdem facit Reblam cum Reblatha. Sanctus tamen Hieronymus diversam fuisse existimat. Inde victor Pharao adductum Joachaz regem Juda transtulit in Ægyptum.*

Num. 34-11 Descendent termini in Rebla contra fontem
4 Reg. 23-33 Vinxitque eum Pharao Nechao in Rebla

REBLATHA.

Civitas Syriæ, quæ postea, ut tradit sanctus Hieronymus, Antiochia dicta est, in regione Babyloniorum. Eadem tamen videtur esse cum Rebla. Vid. supra.

4 Reg. 25- 6 Regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha
-20 Duxit ad regem Babylonis in Reblatha
-21 Interfecit eos in Reblatha in terra Emath
Jerem. 39- 5 Adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha
- 6 Occidit... filios Sedeciæ in Reblatha
52- 9 Adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha
-10 Omnes principes Juda occidit in Reblatha
-26 Duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha
-27 Et interfecit eos in Reblatha in terra Emath

REBMAG.

Unus e principibus regis Babyloniorum.

Jerem. 39- 3 Rabsares, Neregel, Sereser, Rebmag
-13 Neregel, et Sereser, et Rebmag

REBOO.

Fere omnes Bibliorum editiones pro hac voce habent verbum resonabat ; *ideo idem textus etiam legetur sub verbo* resonare.

1 Reg. 14-19 Crescebatque paulatim, et clarius reboabat

RECALCITRO.

Deut. 32-15 Incrassatus est dilectus, et recalcitravit

RECALVASTER.

Levit. 13-41 Si a fronte ceciderint pili, recalvaster et mundus est

RECALVATIO.

Levit. 13-42 Sin a... in recalvatione albus vel rufus color

RECCATH. *Urbs in tribu Nephthali.*

Josue. 19-35 Civitates munitissimæ.. Reccath et Cenereth

RECEDO.

Gen. 13- 9 Recede a me, obsecro : si ad sinistram ieris
-11 Elegitque sibi Lot... et recessit ab Oriente

Gen. 14- 4 Tertio decimo anno recesserunt ab eo
19- 9 At illi dixerunt : Recede illuc
26-16 Recede a nobis, quoniam potentior nobis
31-49 Judicet Do. inter nos quando recesserimus
34-17 Tollemus filiam nostram, et recedemus
35- 5 Et non sunt ausi persequi recedentes
-13 Et recessit ab eo
36- 6 Recessitque a fratre suo Jacob
37-17 Dixitque ei vir : Recesserunt de loco isto
Exod. 8-11 Et recedet ranæ a te et a domo tua
-29 Et recedet musca a Pharaone et a servis suis
10-28 Recede a me, et cave ne ultra videas faciem
14-12 Recede a nobis, ut serviamus Ægyptiis
24-11 Qui procul recesserant de filiis Israël
32- 8 Recesserunt cito de via, quam ostendisti eis
33-11 Josuë fil. Num, puer, non recedebat de tab.
Num. 9-21 Si post diem et noctem recessisset, dissipabant tentoria
-22 Statim a. ut recessisset, movebant castra
12-10 Nubes quoque recessit, quæ erat super tab.
14- 9 Recessit ab eis omne præsidium
-44 Arca... et Moyses non recesserunt de castris
16-26 Recedite a tabernaculis hominum impior.
-27 Cumque recessissent a tentoriis eorum
-45 Recedite de medio hujus multitudinis
Deut. 11-16 Cavete ne... recedatis a Domino
-28 Sed recesseritis de via, quam ego nunc ost.
32-15 Et recessit a Deo salutari suo
Josue. 1- 8 Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo
8- 4 Nec longius recedatis: et eritis omnes parati
-16 Cumque recessissent a civitate
22-16 Cur reliquistis Dominum... a cultu illius recedentes ?
-19 Et a nostro consortio non recedatis
-29 Absit a nobis hoc scelus, ut recedamus a Do.
Judic. 4-11 Haber a. Cinæus recesserat quondam a cæt.
6-18 Nec recedas hinc, donec revertar ad te
7- 3 Recesseruntque de monte Galaad
16-17 Recedet a me fortitudo mea, et deficiam
-20 Nesciens quod recessisset ab eo Dominus
19-26 At mulier, recedentibus tenebris, venit
20- 8 Non recedemus in tabernacula nostra
Ruth. 2- 8 Nec recedas ab hoc loco: sed jungere puellis
1 *Reg.* 2- 3 Recedant vetera de ore vestro
6- 3 Scietis quare non recedat manus ejus a vobis
12-20 Verumtamen nolite recedere a tergo Dom.
14-46 Recessitq. Saül, nec persecutus est Philisth.
15- 6 Dixitque Saül Cinæo : Abite, recedite Et recessit Cinæus de medio Amalec
16-14 Spiritus autem Domini recessit a Saül
-23 Recedebat enim ab eo spiritus malus
18-12 Quod Dom. esset cum eo, et a se recessisset
28-15 Deus recessit a me, et exaudire me noluit
-16 Cum Dominus recesserit a te
30-22 Quos cum acceperint, recedant
2 *Reg.* 2-22 Recede, noli me sequi, ne compellar confodere te
-27 Mane recessisset populus perseq. fratrem s.
3-24 Quare dimisisti eum, et abiit, et recessit ?
12-10 Quamobrem non recedet gladius de domo t.
20-21 Tradite illum solum, et recedemus a civitate
-22 Et ille cecinit tuba, et recesserunt ab urbe
3 *Reg.* 12-19 Recessitque Israël a domo David
15-19 Peto ut... recedat a me (*Baasa*)
17- 3 Recede hinc, et vade contra Orientem
18-12 Cumque recessero a te, Spiritus Domini
20-34 Et ego fœderatus recedam a te
-36 Recedes a me, et percutiet te leo Cumque paululum recessisset ab eo
4 *Reg.* 3- 3 In peccatis... adhæsit, nec recessit ab eis
- 7 Dicens : Rex Moab recessit a me
-27 Statimque recesserunt ab eo, et reversi sunt
5-11 Iratus Naaman recedebat, dicens : Putabam
8-14 Qui cum recessisset ab Eliseo
-20 In dieb. ej. recessit Edom, ne esset sub Juda
-22 Recessit ergo Edom, ne esset sub Juda Tunc recessit et Lobna in tempore illo
10-29 Verumtamen a pecc. Jerob... non recessit
-31 Non enim recessit a peccatis Jeroboam
12-18 Misitq. Hazaëli regi Syriæ, et recessit ab Jer.
13- 6 Non recesserunt a peccatis domus Jeroboam
14-24 Non recessit ab omnibus peccatis Jeroboam
15- 9 Non recessit a peccatis Jeroboam
-18 Non recessit a peccatis Jeroboam
-24 Non recessit a peccatis Jeroboam
-28 Non recessit a peccatis Jeroboam
17-22 Et non recesserunt ab eis
18- 6 Adhæsit Dom., et non recessit a vestigiis ejus
-14 Dicens : Peccavi, recede a me
19- 8 Audierat enim quod recessisset de Lachis
-35 Vidit omnia corpora mortuorum : et recedens abiit
24-20 Recessitque Sedecias a rege Babylonis
1 *Par.* 14-14 Non ascendas post eos, recede ab eis
2 *Par.* 10-19 Recessitque Israël a domo David
2 *Par.* 12- 9 Recessit itaque Sesac rex Ægypti ab Jerus.
16- 3 Ut... facias cum (*Baasa*) a me recedere
21-10 Eo tempore et Lobna recessit
25-27 Qui postquam recessit a Domino
30- 7 Qui recesserunt a Dom. Deo patrum suorum
34-33 Non recesserunt a Do. Deo patrum suorum
36-13 A rege quoque Nabuchodonosor recessit
1 *Esdr.* 6- 6 Qui estis trans flumen, procul recedite ab illis
2 *Esdr.* 9-19 Columna nubis non recessit ab eis per diem
-26 Recesserunt a te, et projecerunt legem tuam
-29 Et dederunt humerum recedentem
Tobiæ. 4-23 Recesserimus ab omni peccato, et fecerimus
Judith. 5-17 Nisi quando recessit a cultu Domini
-19 Pœnituerunt se recessisse a cultu Dei sui
-22 Cum recessissent a via, quam dederat illis D.
11- 3 Qua ex causa recessisti ab illis ?
13-25 Ut non recedat laus tua de ore hominum
Job. 1- 1 Timens Deum, et recedens a malo
- 8 Timens Deum, et recedens a malo
2- 3 Timens Deum, et recedens a malo
6-13 Et necessarii quoque mei recesserunt a me
14- 6 Recede paululum ab eo, ut quiescat
-11 Quomodo si recedant aquæ de mari
15-30 Non recedet de tenebris
16- 7 Et si tacuero, non recedet a me
19-13 Et noti mei quasi alieni recesserunt a me
-18 Et cum ab eis recessissem, detrahebant mihi
21-14 Qui dixerunt Deo : Recede a nobis
22-17 Qui dicebant Deo : Recede a nobis
23-12 A mandatis labiorum ejus non recessi
27- 5 Donec deficiam, non recedam ab innocentia
28-28 Et recedere a malo, intelligentia
34-27 Qui quasi de industria recesserunt ab eo
Ps. H. 10- 1 Ut quid, Domine, recessisti longe
43-19 Et non recessit retro cor nostrum
Prov. 3- 7 Time Deum, et recede a malo
4-21 Ne recedant ab oculis tuis, custodi ea
5- 7 Et ne recedas a verbis oris mei
17-13 Non recedet malum de domo ejus
18- 1 Occasion. quærit qui vult recedere ab amico
19- 7 Insuper et amici procul recesserunt ab eo
20-14 Et cum recesserit, tunc gloriabitur
22- 5 Custos autem animæ suæ longe recedit ab eis
- 6 Etiam cum senuerit, non recedet ab ea
Eccle. 7-24 Sapiens efficiar: et ipsa longius recessit a me
8- 3 Ne festines recedere a facie ejus
Cant. 2-11 Jam e. hyems transiit, imber abiit et recessit
Sap. 3-10 Qui neglexerunt justum, et a Do. recesserunt
10- 3 Ab hac ut recessit injustus in ira sua
Eccli. 10-15 Quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor ej.
35- 3 Et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia
- 5 Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate: et deprecatio pro peccatis, recedere ab injustitia
39-13 Non recedet memoria ejus
48-16 Et non recesserunt a peccatis suis
Isai. 22- 4 Propterea dixi : Recedite a me, amare flebo
31- 6 Sicut in profundum recesseratis, filii Israël
36- 5 Super quem habes fiduciam, quia recessisti
52-11 Recedite, recedite, exite inde
54-10 Misericordia autem mea non recedet a te
-14 Recede procul a calumnia, quia non timebis
59-15 Et qui recessit a malo, prædæ patuit
-21 Verba mea quæ posui in ore t., non recedent
65- 5 Recede a me, non appropinques mihi
Jerem. 2-31 Quare ergo dixit pop. meus : Recessimus ?
3- 1 Et recedens ab eo, duxerit virum alterum
4-25 Et omne volatile cœli recessit
5-23 Recesserunt et abierunt
6- 8 Ne forte recedat anima mea a te
9- 2 Derelinquam populum m., et recedam ab eis
-52 Destruantur muri tui firmi atque sublimes
Josue. 8-26 Manum, quam in sublime porrexerat
Judic. 20-40 Cerneret civitat. et flammas in sublime ferri
1 *Reg.* 2- 3 Nolite multiplicare loqui sublimia
4- 8 Quis nos salvabit de manu deorum sublimium istorum?
3 *Reg.* 1-37 Et sublimius faciat solium ejus a solio domini mei regis David
4 *Reg.* 15-35 Ædificavit port. domus Do. Sublimissimam
17-10 Et lucos in omni colle sublimi
-32 Et ponebant eos in fanis sublimibus
19-23 Succidi sublimes cedros ejus
2 *Par.* 5-13 Et vocem in sublime tollentibus
6-30 De cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo
17-12 Et magnificatus est usque in sublime
Job. 5-11 Qui ponit humiles in sublime
25- 2 Qui facit concordiam in sublimibus suis
40- 5 Circumda tibi decor., et in sublime erigere
41-25 Omne sublime videt, ipse est rex
Prov. 6-17 Oculos sublimes, linguam mendacem
30-32 Apparuit postquam elevatus est in sublime
Eccle. 10- 6 Positum stultum in dignitate sublimi
Isai. 2-11 Oculi sublimes hominis humiliati sunt
-13 Super omnes cedros Libani sublimes
4- 2 Et gloria, et fructus terræ sublimis
5-14 Et sublimes gloriosique ejus ad eum
-15 Et oculi sublimium deprimentur
10-13 Detraxi quasi potens in sublimi residentes
-33 Succidentur, et sublimes humiliabuntur
25-12 Et munimenta sublimium muror. tuorum
26- 5 Civitatem sublimem humiliabit
45-14 Sabaim viri sublimes ad te transibunt
52-13 Et elevabitur, et sublimis erit valde
57- 7 Super montem excelsum et sublimem posuisti cubile tuum
-15 Excelsus et sublimis habitans æternitatem
Jerem. 2-20 In omni enim colle sublimi
Ezech. 1-24 Sonum alarum... quasi sonum sublimis Dei
17-22 Sumam ego de medulla cedri sublimis
-23 In monte sublimi Israël plantabo illud
-24 Quia ego Domin. humiliavi lignum sublime
21-26 Humilem sublev., et sublimem humiliavit?
31-18 O inclyte atque sublimis inter ligna volupt.
Dan. 2-31 Et statura sublimis stabat contra te
-48 Tunc rex Danielem in sublime extulit
4-17 Arborem, quam vidisti sublimem atq. rob.
Mich. 4- 1 In vertice mont., et sublimis super colles
Luc. 12-29 Et nolite in sublime tolli
Rom. 13- 1 Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit
1 *Tim.* 6-17 Præcipe non sublime sapere, neque sperare

SUBLIMITAS.

Esth. 10- 2 Et dignitas atque sublimitas, qua exaltavit
Isai. 2-17 Et incurvabitur sublimitas hominum
33-16 Munimenta saxorum sublimitas ejus
Jerem. 48-29 Sublimitatem ej., et arrogantiam, et superb.
Ezech. 31-14 Nec ponent sublimitatem s. inter nemorosa Nec stabunt in sublimitate sua omnia
Mich. 5- 4 In sublimitate nominis Domini Dei sui
1 *Mac.* 1-42 Et sublimitas ejus conversa est in luctum
1 *Cor.* 2- 1 Fratres, veni non in sublimitate sermonis
2 *Cor.* 4- 7 Ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nob.
-17 In sublimitate æternum gloriæ pondus
Ephes. 3-18 Et longitudo, et sublimitas, et profundum
Colos. 2- 4 Ut nemo vos decipiat in sublimitate sermon.
1 *Tim.* 2- 2 Et omnibus qui in sublimitate sunt

SUBLIMO.

1 *Reg.* 2-10 Et sublimabit cornu Christi sui
1 *Esdr.* 9- 9 Et sublimaret domum Dei nostri
Job. 22-12 Et super stellarum verticem sublimetur
Ezech. 31-10 Pro eo quod sublimatus est in altitudine

SUBMERGO.

Exod. 15- 4 Principes ejus submersi sunt in mari Rubro
-10 Submersi sunt quasi plumbum in aquis
Jerem. 51-64 Et dices: Sic submergetur Babylon
2 *Mac.* 12- 4 Submerserunt non minus ducentos

SUBMINISTRATIO.

Ephes. 4-16 Per omnem juncturam subministrationis
Philip. 1-19 Et subministrationem Spiritus Jesu Christi

SUBMINISTRO.

Eccli. 39-39 Et omne opus hora sua subministrabit
1 *Mac.* 8-26 Neque subministrabunt triticum, arma
Colos. 2-19 Subministratum et constructum, crescit
1 *Tim.* 5-10 Si tribulationem patientibus subministravit
-16 Si quis fidelis habet viduas, subministret illis

SUBMITTO. *Vid.* SUMMITTO.

3 *Reg.* 21-10 Et submittite duos viros filios Belial
Prov. 26-25 Quando submiserit vocem s., ne credideris
Eccli. 19-24 Et qui se nimium submittit
Jerem. 38- 6 Et submiserunt Jeremiam funibus in lacum
-11 Et submisit ea ad Jeremiam in lacum
Ezech. 1-25 Stabant, et submittebant alas suas
Marc. 2- 4 Et patefacientes submiserunt grabatum
Act. 9-25 Dimiserunt eum, submittentes in sporta
10-11 Quatuor initiis submitti de cœlo in terram

SUBNAVIGO.

Act. 27- 4 Cum sustulissemus, subnavigavimus Cypr.

SUBNERVO.

Josue. 11- 6 In conspectu Isr.: equos eorum subnervabis
- 9 Equos eorum subnervavit, currusq. comb.
2 *Reg.* 8- 4 Subnervavit omnes jugales curruum
1 *Par.* 18- 4 Subnervavitque omnes equos curruum

SUBOBSCURUS, A.

Levit. 13-21 Et cicatrix subobscura, et vicina carne
-26 Et ipsa lepræ species fuerit subobscura
-39 Si deprehenderit subobscurum alborem

SUBREPO.

Deut. 15- 9 Cave ne forte subrepat tibi impia cogitatio

SUBRIDEO.

Eccli. 13- 7 Et subridens spem dabit narrans tibi bona
-14 Subridens interrogabit te de absconditis t.
Amos. 5- 9 Qui subridet vastitatem super robustum

SUBRUFUS, A.

Levit. 13-19 Cicatrix alba apparuerit, sive subrufa

SUBSANNATIO.

Job. 34- 7 Qui bibit subsannationem quasi aquam
Psal. 34-16 Tentaverunt me, subsannaverunt me subsannatione
43-14 Subsannationem et derisum his, qui sunt in circuitu nostro
78- 4 Subsannatio et illusio his, qui in circuitu n.
Eccli. 11-35 Ne forte inducat super te subsannationem
34-21 Et non sunt beneplacitæ subsannationes
Ezech. 23-32 Eris in derisum et in subsannationem
Osee. 7-16 Ista subsannatio eorum in terra Ægypti

SUBSANNATOR.

Eccli. 33- 6 Equus emissarius, sic et amicus subsannator

SUBSANNO.

4 *Reg.* 19-21 Sprevit te, et subsannavit te, virgo filia Sion
2 *Par.* 30-10 Illis irridentibus et subsannantibus eos
36-16 At illi subsannabant nuntios Dei
2 *Esdr.* 2-19 Et subsannaverunt nos, et despexerunt
4- 1 Et motus nimis subsannavit Judæos
Job. 22-19 Et innocens subsannabit eos
Psal. 2- 4 Et Dominus subsannabit eos
34-16 Tentaverunt me, subsannaverunt me
79- 7 Et inimici nostri subsannaverunt nos
Prov. 1-26 In interitu vestro ridebo, et subsannabo
30-17 Oculum, qui subsannat patrem
Isai. 37-22 Et subsannavit te, virgo filia Sion
Jerem. 20- 7 In derisum tota die, omnes subsannant me
Ezech. 36- 4 Subsannatæ a reliquis gentibus per circuit.

SUBSEQUOR.

Exod. 21-23 Sin autem mors ejus fuerit subsecuta
Psal. 22- 6 Et misericordia tua subsequetur me
Thren. 1- 6 Absq. fortitudine ante faciem subsequentis
Ezech. 10-19 Illis egredientibus, rotæ q. subsecutæ sunt
Luc. 23-55 Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant
Act. 16-17 Hæc subsecuta Paulum et nos, clamabat
1 *Tim.* 5-10 Si omne opus bonum subsecuta est
-24 Quosdam autem et subsequuntur

SUBSIDIUM.

Num. 35-13 Quæ ad fugitivorum subsidia separantur

SUBSILIENS.

2 *Reg.* 6-16 Vidit regem David subsilientem atque salt.

SUBSISTO.

1 *Reg.* 9-27 Tu autem subsiste paulisper, ut indicem tibi
30- 9 Et lassi quidam substiterunt
-10 Substiterant enim ducenti, qui lassi
-21 Qui lassi substiterant, nec sequi potuerant
2 *Reg.* 2-23 Omnesque qui transibant... subsistebant
20-12 Quod subsisteret omnis populus ad videnda. Ne subsisterent transeuntes propter eum
4 *Reg.* 9- 3 Aperiesq. ostium.. fugies, et non ibi subsistes
Job. 3-16 Sicut abortivum abscondit, non subsisterem
7- 8 Oculi tui in me, et non subsistam
-21 Et si mane me quæsieris, non subsistam
8-22 Et tabernaculum impiorum non subsistet
24-24 Elevati sunt ad modicum, et non subsistent
Job. 32-22 Nescio enim quandiu subsistam
41-17 Subsistere non poterit... neque thorax
Psal. 102-16 Pertransibit in illo, et non subsistet
139-11 Dejicies eos: in miseriis non subsistent
Isai. 17-14 In matutino, et non subsistet. Hæc est pars
Jerem. 10-20 Filii mei exierunt a me, et non subsistunt
Thren. 4-17 Cum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi
1 *Mac.* 3-53 Quomodo poterimus subsistere ante faciem

SUBSTANTIA.

Gen. 7- 4 Et delebo omnem substantiam, quam feci
-23 Et delevit omnem substantiam, quæ erat
12- 5 Universamq. substantiam quam possederant
13- 6 Erat quippe substantia eorum multa
14-11 Tulerunt a. omnem substantiam Sodomor.
-12 Necnon et Lot et substantiam ejus
-16 Reduxitque omnem substantiam, et Lot fratrem suum cum substantia illius
15-14 Et post hæc egred. cum magna substantia
31- 9 Tulitque Deus substantiam patris vestri
-18 Tulitque omnem substantiam suam
-37 Quid invenisti de cuncta substantia domus
34-23 Et substantia eorum, et pecora, et cuncta
36- 6 Substantiam, et pecora, et cuncta
39- 5 Quam in agris cunctam ejus substantiam
Num. 16-32 Cum tabernaculis s. et universa substantia
32- 1 Erat illis in jumentis infinita substantia
Deut. 11- 6 Universa substantia eorum, quam habebant
21-16 Volueritq. substantiam int. filios s. dividere
Josue. 7-15 Comburetur igni cum omni substantia sua
22- 8 In multa substantia atq. divitiis revertimini
1 *Par.* 27-31 Omnes hi, principes substantiæ regis David
28- 1 Qui præerant substantiæ et possessionibus
2 *Par.* 1-11 Et non postulasti divitias et substantiam
-12 Et substantiam et gloriam dabo tibi
21-14 Cum.. uxoribus t. universaq. substantia tua
-17 Diripueruntque cunctam substantiam
31- 3 Ut de propria ejus substantia offerretur hol.
32-29 Quod dedisset ei Dom. substantiam multam
35- 7 Hæc de regis universa substantia
1 *Esdr.* 1- 4 Argento, et auro, et substantia, et pecoribus
- 6 In substantia et jumentis, in supellectili
7-26 Sive in condemnationem substantiæ ejus
8-21 Filiis nostris universæque substantiæ nost.
10- 8 Auferetur universa substantia ejus
Tobiæ. 1-22 Et tulit omnem substantiam ejus
4- 7 Ex substantia tua fac eleemosynam
6-12 Tibi debetur omnis substantia ejus
10-10 Et dimidiam partem omnis substantiæ suæ
Esth. 9-10 Prædas de substantiis eor. tangere noluer.
-15 Nec eorum ab illis direpta substantia est
-16 Et nullus de substantiis eorum quidquam contingeret
Job. 1-10 Universamque substantiam per circuitum
6-22 Et de substantia vestra donate mihi
15-29 Non ditabitur, nec perseverabit substantia
Psal. 38- 6 Et substantia mea tanquam nihilum ante te
- 8 Et substantia mea apud te est
68- 3 In limo profundi: et non est substantia
88-48 Memorare quæ mea substantia
108-11 Scrutetur fœnerator omn. substantiam ej.
138-15 Et substantia mea in inferioribus terræ
Prov. 1-13 Omnem pretiosam substantiam reperiemus
3- 9 Honora Dominum de tua substantia
6-31 Et omnem substantiam domus suæ tradet
10-15 Substantia divitis, urbs fortitudinis ejus
12-27 Et substantia hominis erit auri pretium
13-11 Substantia festinata minuetur
-22 Et custoditur justo substantia peccatoris
18-11 Substantia divitis, urbs roboris ejus
24- 4 Universa substantia pretiosa et pulcherrima
29- 3 Qui autem nutrit scorta, perdet substantiam
31- 3 Ne dederis mulieribus substantiam tuam
Eccle. 2- 8 Coacervavi mihi... substantias regum
5-18 Cui dedit Deus divitias atque substantiam
6- 2 Vir cui dedit Deus divitias et substantiam
- 3 Anima illius non utatur bonis substantiæ s.
Cant. 8- 7 Si dederit homo om. substantiam dom. suæ
Sap. 13-17 De substantia sua... votum faciens inquirit
16-21 Substantia e. tua dulced. tuam... ostendebat
Eccli. 10-33 Qui honorificatur propter substantiam s.
-34 Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? Qui gloriat. in substantia, paupert. vereatur
13-30 Bona est substantia, cui non est peccatum
14- 3 Viro cupido et tenaci sine ratione est substantia
21- 5 Objurg. et injuriæ annulabunt substantiam Sic substantia superbi eradicabitur
28-12 Secundum substantiam s. exaltabit iram s.
31- 3 Laboravit dives in congregatione substantiæ
34-24 Qui offert sacrificium ex substantia pauper.
38-20 Et substantia inopis secundum cor ejus
40-13 Substantiæ injust. sicut fluvius siccabuntur
41- 1 Homini pacem habenti in substantiis suis

Jerem. 20- 5 Dabo universam substantiam civitatis hujus
Ezech. 38-13 Et auferas supellectilem atq. substantiam
Luc. 8-43 In medicos erogaverat omnem substantiam
15-12 Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et divisit illis substantiam
-13 Et ibi dissipavit substantiam suam vivendo
-30 Qui devoravit substantiam s. cum meretric.
Act. 2-45 Possessiones et substantias vendebant
2 *Cor.* 9- 4 Ne... erubescamus nos... in hac substantia
11-17 In insipientia, in hac substantia gloriæ
Hebr. 1- 3 Splendor gloriæ, et figura substantiæ ejus
3-14 Initium substantiæ ejus usque ad finem
10-34 Habere meliorem et manentem substantiam
11- 1 Fides sperandarum substantia rerum
1 *Joan.* 3-17 Qui habuerit substantiam hujus mundi

SUBSTERNO.

2 *Reg.* 21-10 Substravit sibi supra petram
Luc. 19-36 Substernebant vestimenta sua in via

SUBSUM.

Sap. 12-18 Subest enim tibi, cum volueris, posse
13- 1 In quibus non subest scientia Dei

SUBTEGMEN.

Gen. 14-23 A filo subtegminis usq. ad corrigiam caligæ
Exod. 39- 3 Cum priorum colorum subtegmine
Levit. 13-48 In stamine atque subtegmine
-59 Lanei et linei, staminis atque subtegminis

SUBTER.

Gen. 6-17 In qua spiritus vitæ est subter cœlum
21-15 Abjecit puerum subter unam arborum
24- 2 Pone manum tuam subter femur meum
31-34 Abscondit idola subter stramenta cameli
35- 4 At ille infodite a subter terebinthum
- 8 Sepulta est ad radices Bethel subter quercum
Exod. 17-12 Sumentes ig. lapidem, posuerunt subter eum
25-27 Subter coronam erunt circuli aurei
27- 5 Quos pones subter arulam altaris
38- 4 Et subter eam in altaris medio arulam
Deut. 12- 2 Et subter omne lignum frondosum
28-13 Eris semper supra, et non subter
33-27 Habitaculum ej. sursum, et subter brachia
Josue. 11-17 Planitiem Libani subter montem Hermon
24-26 Posuitque eum subter quercum
Judic. 3-16 Accinctus est eo subter sagum
7- 8 Castra autem Madian erant subter in valle
1 *Reg.* 7-11 Ad locum qui erat subter Bethchar
2 *Reg.* 18- 9 Subter condensam quercum et magnam
3 *Reg.* 4-12 Quæ est juxta Sarthana subter Jezrahel
6- 6 Tabulatum quod subter erat
7-24 Et sculptura subter labium circuibat
-29 Et subter leones et boves, quasi lora
-30 Quasi humeruli subter luterem fusiles
-44 Et boves duodecim subter mare
8- 6 In sanctum sanctorum, subter alas cherub.
14-23 Subter omnem arborem frondosam
19- 4 Et sederet subter unam juniperum
4 *Reg.* 17-10 Et subter omne lignum nemorosum
1 *Par.* 10-12 Sepelierunt ossa eorum subter quercum
2 *Par.* 4- 3 Similitudo quoque boum erat subter illud
5- 7 In sancta sanctorum subter alas cherubim
32-30 Avertit eas subter ad Occidentem urbis
Job. 36-16 Et non habente fundamentum subter se
37- 3 Subter omnes cœlos ipse considerat
Isai. 14- 9 Infernus subter conturbatus est
-11 Subter te sternetur tinea
57- 5 In diis subter omne lignum frondosum
Subter eminentes petras
Ezech. 10-20 Est animal, quod vidi subter Deum Israël
42- 9 Et erat subter gazophylacia hæc introitus
46-23 Fabricatæ erant subter porticus per gyrum
47- 1 Aquæ egrediebantur subter limen domus
Dan. 4- 9 Subter eam habitabant animalia et bestiæ
-11 Fugiant bestiæ quæ subter eam sunt
-18 Subter eam habitantes bestiæ agri
7-27 Quæ est subter omne cœlum
8- 8 Et orta sunt quatuor cornua subter illud
Amos. 2- 9 Et contrivi... radices ejus subter
-13 Ecce ego stridebo subter vos
Abdiæ. - 7 Ponent insidias subter te
Jonæ. 4- 5 Et sedebat subter illud in umbra
Habac. 3-16 In ossibus meis, et subter me scateat
Zach. 3-10 Subter vitem, et subter ficum
6-12 Subter eum orietur, et ædificabit templum

SUBTERFUGIO.

Act. 20-27 Non e. subterfugi, quo minus annuntiarem

SUBTILIS *et* SUBTILIA.

Levit. 13-30 Et capillus flavus, solitoque subtilior
Sap. 7-22 Sanctus, unicus, multiplex, subtilis
-23 Intelligibilis, mundus, subtilis
Isai. 19- 9 Pectentes et texentes subtilia
Ezech. 16-10 Circumdate te bysso, et indui te subtilibus

SUBTRACTIO.

Hebr. 10-39 Nos autem non sumus subtractionis filii

SUBTRAHO.

Job. 22- 7 Et esurienti subtraxisti panem
Prov. 23-13 Noli subtrahere a puero disciplinam
25-17 Subtrahe pedem tuum de domo proximi t.
26-20 Et susurrone subtracto, jurgia conquiescent
28-24 Qui subtrahit aliquid a patre s. et a matre
Eccle. 7-19 Sed et ab illo ne subtrahas manum tuam
Sap. 6- 8 Non e. subtrahet personam cujusquam Deus
Jerem. 26- 2 Noli subtrahere verbum
Baruc. 6- 9 Unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum
1 *Mac.* 9- 6 Et multi subtraxerunt se de castris
Act. 20-20 Quomodo nihil subtraxerim utilium
Galat. 2-12 Subtrahebat, et segregabat se, timens eos
2 *Thes.* 3- 6 Ut subtrahatis vos ab om. fratre ambulante
Hebr. 10-38 Quod si subtraxerit se, non placebit animæ

SUBTRITUS.

Deut. 8- 4 Et pes tuus non est subtritus

SUBTUS.

2 *Reg.* 22-37 Dilatabis gressus meos subtus me
-40 Incurvasti resistentes mihi subtus me
3 *Reg.* 13-14 Invenit eum sedentem subtus terebinthum
Psal. 17-37 Dilatasti gressus meos subtus me
-39 Nec poterunt stare : cadent subtus pedes m.
-40 Et supplantasti insurgentes in me subtus me
Isai. 10-16 Et subtus gloriam ejus succensa ardebit
Baruc. 2- 5 Et facti sumus subtus, et non supra
Ezech. 6-13 Et subtus omne lignum nemorosum, et subtus universam quercum frondosam
10- 2 In medio rotarum, quæ sunt subtus cherub.
- 8 Similitudo manus hominis subtus pennas
Osee. 4-13 Subtus quercum, et populum, et terebinth.
Mich. 1- 4 Et consumentur montes subtus eum
4- 4 Et sedebit vir subtus vitem suam, et subtus ficum suam, et non erit qui deterreat
Luc. 8-16 Operit eam vase, aut subtus lectum ponit
Apoc. 5- 3 Neq. in cœlo, neq. in terra, neq. subtus ter.
6- 9 Vidi subtus altare animas interfectorum

SUBUCULA.

Levit. 8- 7 Vestivit pontificem subucula linea

SUBUEL I.

Filius Gersom filii Moysis; et SUBUEL II, *filius Heman. Vid. utrumque* SUBAEL.

1 *Par.* 23-16 Filii Gersom : Subuël primus
25- 4 Mathaniaü, Oziel, Subuël, et Jerimoth

SUBULA.

Exod. 21- 6 Perforabitque aurem ejus subula
Deut. 15-17 Assumes subulam, et perforabis aurem ej.

SUBURBANA.

Levit. 25-34 Suburbana autem eorum non veneant
Num. 35- 3 Et suburbana earum per circuitum
Et suburbana sint pecoribus ac jumentis
- 5 Eruntque urbes in medio, et foris suburbana
- 7 Simul quadraginta octo cum suburbanis suis
Deut. 32-32 Vinea eorum, et de suburbanis Gomorrhæ
Josue. 14- 4 Et suburbana earum ad alenda jumenta
21- 2 Et suburbana earum ad alenda jumenta
- 3 Dederuntque... civitates et suburbana ear.
- 8 Levitis civitates et suburbana earum
-11 Et suburbana ejus per circuitum
-13 Dedit... Hebron confugii civitat. ac suburbana ejus : et Lobnam cum suburbanis
-16 Jeta et Bethsames, cum suburbanis suis
-18 Almon, cum suburbanis suis
-19 Omnes simul civitates... cum suburbanis
-21 Urbes confugii, Sichem cum suburbanis
-22 Bethoron, cum suburbanis suis
-24 Et Gethremmon, cum suburbanis suis
-25 Thanach et Gethremmon cum suburbanis
-26 Civitates decem, et suburbana earum
-27 Et Bosram, cum suburbanis suis
-29 Enganim, cum suburbanis suis
-31 Helcath, et Rohob, cum suburbanis suis
-32 Hammoth Dor et Carthan, cum suburbanis
-33 Omnes urbes... tredecim, cum suburbanis
-35 Damna et Naalol... cum suburbanis suis
-36 Jethson et Mephaath... cum suburbanis s.
-37 Hesebon et Jaser... cum suburbanis suis
-40 Cum suburbanis suis, singulæ per familias
1 *Par.* 5-16 Et in cunctis suburbanis Saron
6-55 Dederunt igitur eis Hebron... et suburbana
-57 Hebron, et Lobna et suburbana ejus
-58 Jether quoque et Esthemo cum suburbanis
Helon et Dabir cum suburbanis suis
59 Asan q. et Bethsemes et suburbana earum
1 *Par.* 6-60 De tribu a. Benjamin, Gabee et suburbana ejus, et Almath cum suburbanis suis, Anathoth quoque cum suburbanis suis
-64 Dederunt... Levitis civitates et suburbana
-67 Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraïm, et Gazer cum suburbanis suis
-68 Jecmaam quoque cum suburbanis suis
-69 Necnon et Helon cum suburbanis suis
-70 Ex dimidia tribu Manasse, Aner et suburbana ejus, Balaam et suburbana ejus
-71 Gaulon in Basan et suburbana ejus, et Astharoth cum suburbanis suis
-72 De tribu Issachar, Cedes et suburbana ejus, et Dabereth cum suburbanis suis
-73 Ramoth quoque et suburbana ejus, et Anem cum suburbanis suis
-74 Masal cum suburbanis suis, et Abdon
-75 Hucac quoque et suburbana ejus, et Rohob cum suburbanis suis
-76 Cedes in Galilæa et suburbana ejus, Hamon cum suburbanis suis, et Cariathaïm et suburbana ejus
-77 De tribu Zabulon, Remmono et suburbana ejus, et Thabor cum suburbanis suis
-78 Bosor in solitudine cum suburbanis suis, et Jassa cum suburbanis suis
-79 Cademoth quoque et suburbana ejus, et Mephaath cum suburbanis suis
-80 Ramoth in Galaad et suburbana ejus, et Manaïm cum suburbanis suis
-81 Sed et Hesebon cum suburbanis suis, et Jezer cum suburbanis suis
13- 2 Qui habitant in suburbanis urbium
2 *Par.* 11-14 Relinquentes suburbana et possessiones suas
31-19 Per agros, et suburbana urbium singularum
Isai. 16- 8 Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt
Ezech. 45- 2 Quinquaginta cubitis in suburbana ejus
48-15 Profana erunt urbis in habitaculum et in suburbana
-17 Erunt a. suburbana civitatis ad Aquilonem

SUBVECTIO.

Gen. 45-19 Ad subvectionem parvulorum suorum

SUBVEHO.

Gen. 45-23 Qui subveherent ex omnibus divitiis Ægypti
Exod. 25-28 Circumdabis auro ad subvehendam mens.

SUBVENIO.

Judith. 9- 3 Subveni, quæso te, Domine Deus meus, mihi
13-25 Sed subvenisti ruinæ ante conspectum Dei
Isai. 1-17 Quærite judicium, subvenite oppresso

SUBVERSIO.

Gen. 19-29 Liberavit Lot de subversione urbium
Deut. 29-23 In exemplum subversionis Sodomæ et Gom.
Eccli. 1-28 Iracundia enim... subversio illius est
5-15 Lingua v. imprudentis subversio est ipsius
9-16 Non e. scis quæ futura sit illius subversio
13-16 Quoniam cum subversione tua ambulas
18-10 Et cognovit subversionem illorum
25-10 Et videns subversionem inimicorum suor.
2 *Tim.* 2-14 Ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium

SUBVERSOR.

Ezech. 2- 6 Quon. increduli et subversores sunt tecum

SUBVERTO.

Gen. 13-10 Antequam subverteret Dominus Sodomam
19-21 Ut non subvertam urbem pro qua locutus es
-25 Et subvertit civitates has
-29 Cum e. subverteret Deus civitates regionis
Exod. 14-25 Et subvertit rotas curruum
23- 8 Et subvertunt verba justorum
Num. 21- 3 Quem ille interfecit subversis urbibus ejus
32- 7 Cur subvertitis mentes filiorum Israël
- 9 Subverterunt cor filiorum Israël
-21 Donec subvertat Dominus inimicos suos
Deut. 7- 5 Aras eor. subvertite, et confringite statuas
12- 2 Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt
-30 Postquam te fuerint introeunte subversæ
28-63 Sic lætabitur disperdens vos atq. subvertens
29-23 Quas subvertit Dominus in ira et furore suo
Josue. 10- 1 Quod scil. cepisset Josuë Haï, et subvertisset
17-12 Nec potuerunt... has civitates subvertere
-18 Et poteris ultra procedere cum subverteris Chananæum
24-20 Convertet se, et affliget vos, atq. subvertet
Judic. 2- 2 Sed aras eorum subverteretis
-23 Nationes has, et cito subvertere noluit
5- 8 Dominus, et portas hostium ipse subvertit
7-13 Percussit illud, atque subvertit
8-17 Turrim quoque Phanuël subvertit
11-23 Dominus ergo Deus Israël subvertit Amorr.

2 *Reg.* 20-19 Tu quæris subvertere civitatem, et evertere
3 *Reg.* 15-13 Subvertitq. specum ej., et confregit simulac.
19-11 Spiritus grandis et fortis subvertens montes
2 *Par.* 14- 2 Subvertit altaria peregrini cultus, et excelsa
30-14 Atq. universa... subvertentes, projecerunt
33- 2 Quas subvertit Dominus coram filiis Israël
- 9 Super omnes gentes, quas subverterat Do.
34- 6 Usque Nephthali cuncta subvertit
Esth. 16- 5 Mendacior. cuniculis conentur subvertere
Job. 6-27 Et subvertere nitimini amicum vestrum
8- 3 Aut Omnipotens subvertit quod justum est?
9- 5 Nescierunt hi quos subvertit in furore suo
11-10 Si subverterit omnia... quis contradicet ei?
12-15 Et si emiserit eas, subvertent terram
-23 Perdit eas, et subversas in integr. restituit
22-16 Et fluvius subvertit fundamentum eorum
24- 4 Subverterunt pauperum viam, et oppress.
28- 5 Terra, de qua oriebatur panis in loco suo, igni subversa est
- 9 Subvertit a radicibus montes
30-12 Pedes meos subverterunt, et oppresserunt
34- 5 Justus sum, et Deus subvertit judicium m.
-12 Nec Omnipotens subvertet judicium
Prov. 10- 3 Et insidias impiorum subvertet
11-11 Et ore impiorum subvertetur
Eccle. 5- 7 Si videris... subverti justitiam in provincia
Eccli. 10-15 Et subvertet eum in finem
11-36 Et subvertet te in turbine, et abalienabit te
12-15 Insidiatur ut subvertat te in foveam
13-29 Et si offenderit, subvertent illum
27- 4 Cito subvertetur domus tua
Isai. 10-34 Et subvertentur condensa saltus ferro
13-19 Sicut subvertit Do. Sodomam et Gomorrh.
28-17 Et subvertet grando spem mendacii
37-11 Omnibus terris, quas subverterunt
-12 Dii gentium, quos subverterunt patres mei
Jerem. 19- 7 Subvertam eos gladio in conspectu inimic.
20-16 Ut sunt civitates, quas subvertit Dominus
39- 8 Et murum Jerusalem subverterunt
46-15 Non stetit, quoniam Dom. subvertit eum
49-18 Sicut subversa est Sodoma, et Gomorrha
50-40 Sicut subvertit Dom. Sodomam et Gomorr.
Thren. 1-20 Subversum est cor meum in memetipsa
3- 9 Conclusit vias m... semitas meas subvertit
-11 Semitas meas subvertit, et confregit me
4- 6 Quæ subversa est in momento
Ezech. 21-13 Hoc, cum sceptrum subverterit, et non erit
26-12 Et domos tuas præclaras subvertent
29-12 Civitates ej. in medio urbium subversarum
38-20 Et subvertentur montes, et cadent sepes
Dan. 13-56 Et concupiscentia subvertit cor tuum
14-21 Qui subvertit eum et templum ejus
Amos. 4-11 Subverti vos, sicut subvertit Deus Sodomam
Jonæ. 3- 4 Adhuc quadrag. dies, et Ninive subvertetur
Aggæi. 2-23 Subvertam solium regnorum, et conteram
Et subvertam quadrigam et ascensorem ej.
Luc. 23- 2 Hunc invenimus subvertentem gentem nost.
Joan. 2-15 Nummular. effudit æs, et mensas subvertit
Act. 13-10 Non desinis subvertere vias Domini rectas
2 *Tim.* 2-18 Et subverterunt quorumdam fidem
Tit. 1-11 Qui universas domos subvertunt, docentes
3-11 Sciens quia subversus est, qui ejusmodi est

SUCCEDO.

Gen. 36-38 Successit in regn. Balanan filius Achobor
40-23 Et tamen succedentibus prosperis
Levit. 6-22 Sacerdos, qui jure patri successerit
Num. 27- 6 Et ei in hæreditatem succedant
28-14 Qui sibi anno vertente succedunt
Josue. 5- 7 Horum filii in locum successerunt patrum
14- 4 Sed in eorum successerunt locum filii Joseph
Judic. 10- 3 Huic successit Jair Galaadites, qui judicavit
12-11 Cui successit Ahialon Zabulonites
2 *Par.* 21-19 Cumque dici succederet dies
23- 8 Per singul. hebdomadas succedere consuev.
Esth. 9-27 Annis sibi jugiter succedentibus
Job. 20- 2 Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt
Sap. 7-30 Illi e. succedit nox, sapientiam a. non vincit
Dan. 5-31 Et Darius Medus successit in regnum
2 *Mac.* 4-29 Succedente Lysimacho fratre suo

SUCCENDO.

Exod. 22- 6 Reddet damnum qui ignem succenderit
35- 3 Non succendetis ignem in omnibus habitac.
Deut. 13-16 Et cum ipsa civitate succendes
32-22 Ignis succensus est in furore meo
Josue. 6-24 Et omnia quæ erant in ea, succenderunt
8- 8 Cumque ceperitis, succendite eam
-19 Pergentes ad civitatem, ceperunt, et succenderunt eam
-22 Illi qui ceperant et succenderant civitatem
-28 Qui succendit urbem, et fecit eam tumulum
11-13 In tumulis sitæ, cæteras succendit Israel
Judic. 9-49 Qui circumdantes præsidium, succenderunt
15- 5 Quas igne succendens, dimisit ut huc illucq.
Judic. 15- 5 Quibus succensis, et comportatæ jam fruges
20-42 Sed et hi qui urbem succenderant
1 *Reg.* 30- 1 Percusserant Siceleg, et succenderant eam
- 3 Et invenissent eam succensam igni
-14 Caleb et Siceleg succendimus igni
2 *Reg.* 14-30 Ite igitur, et succendite eum igni
Succenderunt ergo servi Absalom segetem
Succenderunt servi Absalom partem agri
-31 Quare succenderunt servi tui segetem meam
22- 9 Carbones succensi sunt ab eo
-13 In conspectu ejus, succensi sunt carbones
23- 7 Igneq. succensæ comburentur usq. ad nihil.
3 *Reg.* 9-16 Et cepit Gazer, succenditque eam igni
13- 2 Qui nunc in te thura succendunt
16-18 Et succendit se cum domo regia
4 *Reg.* 8-12 Civitates eorum munitas igne succendes
22-13 Ira Domini succensa est contra nos
-17 Et succendetur indignatio mea in loco hoc
23-15 Comminuit in pulverem, succenditq. etiam lucum
25- 9 Et succendit domum Dom. et domum regis
2 *Par.* 28- 4 Et thymiama succendebat in excelsis
Judith. 2-17 Et succendit omnia sata omnesque arbores
Esth. 1-12 Iratus rex, et nimio furore succensus
Job. 20-26 Devorabit eum ignis, qui non succenditur
41-11 Sicut ollæ succensæ atque ferventis
Psal. 17- 9 Carbones succensi sunt ab eo
59- 2 Cum succendit Mesopotamiam Syriæ
Prov. 28- 4 Qui custodiunt, succenduntur contra eum
Isai. 1- 7 Civitates vestræ succensæ igni
-31 Et succendetur utrumq. simul, et non erit
9-18 Succensa est enim quasi ignis impietas
Et succendetur in densitate saltus
10-16 Et subtus gloriam ejus succensa ardebit
-17 Et succendetur, et devorabitur spina ejus
27- 4 Gradiar sup. eam, succendam eam pariter
30-33 Sicut torrens sulphuris succendens eam
40-16 Et Libanus non sufficiet ad succendendum
42-25 Et succendit eum, et non intellexit
44-15 Calefactus est: et succendit, et coxit panes
50-11 Et in flammis quas succendistis
Jerem. 1-13 Et dixi: Ollam succensam ego video
4- 4 Ne... succendatur, et non sit qui extinguat
7-18 Et patres succendunt ignem
-20 Et succendetur, et non extinguetur
15-14 Quia ignis succensus est in furore meo
17- 4 Quoniam ignem succendisti in furore meo
-27 Succendam ignem in portis ejus
21-12 Ne... succendatur, et non sit qui extinguat
-14 Et succendam ignem in saltu ejus
32-29 Succendent eam igni, et comburent eam
34- 2 In manus regis Babylonis, et succendet eam
37- 7 Capient eam, et succendent eam igni
38-17 Et civitas hæc non succendetur igni
-18 In manus Chaldæorum, et succendent eam
39- 8 Domum vulgi succenderunt Chaldæi igni
43-12 Et succendet ignem in delubris deorum
44- 6 Et succensa est in civitatibus Juda
49- 2 Filiæque ejus igni succendentur
-27 Et succendam ignem in muro Damasci
50-32 Et succendam ignem in urbibus ejus
Thren. 2- 3 Et succendit in Jacob quasi ignem flammæ
4-11 Et succendit ignem in Sion, et devoravit
Baruc. 1- 2 Jerusalem, et succenderunt eam igni
6-42 In viis sedent, succendentes ossa olivarum
Ezech. 20-47 Ecce ego succendam in te ignem
-48 Quia ego Dominus succendi eam
22-20 Ut succendam in ea ignem ad conflandum
-21 Et succendam vos in igne furoris mei
23-47 Et domos earum igne succendent
24-10 Congere ossa, quæ igne succendam
39- 9 Et succendent, et comburent arma
Et succendent ea igni septem annis
-10 Quoniam arma succendent igni
Dan. 3-19 Et præcepit ut succenderetur fornax septuplum quam succendi consueverat
-22 Fornax autem succensa erat nimis
-46 Et non cessabant... succendere fornacem
Osee. 7- 4 Quasi clibanus succensus a coquente
- 6 Mane ipse succensus quasi ignis flammæ
Joel. 1-19 Et flamma succendit omnia ligna regionis
Amos. 1-14 Et succendam ignem in muro Rabba
Abdiæ. -18 Et succendentur in eis, et devorabunt eos
Nahum. 2-13 Et succendam usque ad fumum quadrigas t.
Malac. 4- 1 Ecce e. dies veniet succensa quasi caminus
1 *Mac.* 1-33 Spolia civitatis, et succendit eam igni
3- 5 Qui conturbabant... eos succendit flammis
4-20 In fuga conversi... et succenderunt castra
5-28 Om. spolia eorum, et succendit eam igni
-35 Sumpsit spolia ejus, et succendit eam igni
-44 Et fanum succendit igni eum omnibus
-65 Et turres succendit igni in circuitu
-68 Sculptilia deorum ipsorum succendit igni
6-31 Et exierunt, et succenderunt eas igni
7-35 Succendam domum istam. Et exiit
1 *Mac.* 9-67 Exierunt... et succenderunt machinas
10-84 Et succendit Jonathas Azotum
Omnes, qui fugerunt in illud, succendit igni
-85 Qui ceciderunt gladio cum his qui succensi
11- 4 Ostenderunt ei templum Dagon succensum
-48 Succenderunt civitatem, et ceperunt spolia
-61 Succendit quæ erant in circuitu civitatis
16-10 Et succendit eas igni. Et ceciderunt
2 *Mac.* 1- 8 Portam succenderunt, et effuderunt sang.
6-11 Flammis succensi sunt, eo quod verebantur
7- 3 Jussit sartagines et ollas æneas succendi
Quibus statim succensis, (-4) jussit
8- 6 Et civitatibus improvisus, succendebat eas
10-36 Turres portasque succendere aggressi sunt
12- 6 Et portum quidem nocte succendit
- 9 Et portum cum navibus succendit
Matth. 22- 7 Et civitatem illorum succendit

SUCCENSIO.

Ezech. 20-47 Non extinguetur flamma succensionis

SUCCESSIO.

Exod. 27-21 Perpetuus erit cultus per successiones eor.
30-21 Erit ipsi et semini ejus per successiones
Deut. 18- 8 In urbe s. ex paterna ei successione debetur
Judith. 14- 6 Et omnis successio generis ejus

SUCCESSOR.

Num. 27- 9 Habebit successores fratres suos
Ruth. 4-14 Est passus ut deficeret successor familiæ t.
Eccli. 46- 1 Jesus Nave, successor Moysi in prophetis
48- 8 Et prophetas facis successores post te
2 *Mac.* 14-26 Regni insidiatorem successorem sibi destin.
Act. 24-27 Accepit successorem Felix Portium Festum

SUCCESSUS.

Eccli. 3-28 Cor ingrediens duas vias, non habebit successus
-32 Et in operibus justitiæ successus habebit
11-17 Et profectus illius successus habebit
15- 8 Et successum habebunt usque ad inspectionem Dei

SUCCIDO.

Exod. 34-13 Confringe statuas, lucosque succide
Levit. 20- 3 Succidamque eum de medio populi sui
- 5 Succidamque et ipsum et omnes
Deut. 7- 5 Et confringite statuas, lucosque succidite
20-19 Non succides arbores de quib. vesci potest
-20 Succide, et instrue machinas, donec capias
Josue. 17-15 Et succide tibi spatia in terra Pherezæi
-18 Et succides tibi, atq. purgabis ad habitand.
Judic. 6-25 Et nemus, quod circa aram est, succide
-26 Struem lignorum quæ de nemore succideris
-28 Destructam aram Baal, lucumq. succisum
-30 Destruxit aram Baal, et succidit nemus
4 *Reg.* 3-19 Universum lignum fructiferum succidetis
-25 Et omnia ligna fructifera succiderunt
6- 5 Ut cum unus materiam succidisset
18- 4 Contrivit statuas, et succidit lucos
19-23 Et succidi sublimes cedros ejus
-24 Ego succidi. Et bibi aquas alienas
23-14 Contrivit statuas, et succidit lucos
2 *Par.* 14- 3 Et confregit statuas, lucosque succidit
31- 1 Et fregerunt simulacra, succideruntq. lucos
34- 4 Et sculptilia succidit atque comminut
Job. 4-20 De mane usque ad vesperam succidentur
6- 9 Solvat manum suam, et succidat me?
7- 6 Velocius transierunt quam a texente tela succiditur
22-20 Nonne succisa est erectio eorum?
Isai. 9-10 Sycomoros succiderunt, sed cedros immut.
10-33 Et excelsi statura succidentur
14- 8 Dormisti, non ascendet qui succidat nos
29-20 Et succisi sunt omnes qui vigilabant
37-24 Et succidam excelsa cedrorum ejus
38-12 Dum adhuc ordirer, succidit me
44-14 Succidit cedros, tulit ilicem et quercum
Jerem. 22- 7 Et succident electas cedros tuas
46-23 Succiderunt saltum ejus, ait Dominus
48-15 Et civitates illius succiderunt
Ezech. 21-10 Succidisti omne lignum
31-12 Et succident eum alieni et crudelissimi
39-10 Neque succident de saltibus
Dan. 4-11 Et sic ait: Succidite arborem
-20 Succidite arborem, et dissipate illam
Zach. 11- 2 Quoniam succisus est saltus munitus
- 8 Et succidi tres pastores in mense uno
- 9 Moriatur: et quod succiditur, succidatur
Luc. 13- 7 Et non invenio: succide ergo illam
- 9 Sin autem, in futurum succides eam

SUCCISIO.

Deut. 19- 5 Et in succisione lignorum securis fugerit

SUCCINGO.

Job. 30-18 Et quasi capitio tunicæ succinxerunt me
Prov. 30-31 Gallus succinctus lumbos, et aries
Eccli. 36-28 Quasi succinctus latro exiliens de civitate
1 *Mac.* 3- 3 Et succinxit se arma bellica sua in prœliis
2 *Mac.* 2-33 In ipsa autem historia succingi
Joan. 21- 7 Tunica succinxit se, erat enim nudus
Ephes. 6-14 State ergo succincti lumbos vestros
1 *Petr.* 1-13 Propter quod succincti lumbos mentis vest.

SUCCLAMO.

Gen. 39-14 Cumq. ego succlamassem, (-15) et audisset
Luc. 23-21 At illi succlamabant, dicentes : Crucifige

SUCCRESCO.

Gen. 26-13 Et ibat proficiens atque succrescens
Exod. 5- 5 Videtis quod turba succreverit
2 *Reg.* 5-10 Ingrediebatur proficiens atque succrescens
Ezech. 37- 6 Et succrescere faciam super vos carnes
Dan. 8- 3 Unum excelsius altero, atque succrescens

SUCCUMBO.

Levit. 18-23 Mulier non succumbet jumento
20-16 Mulier, quæ succubuerit cuilibet jumento

SUDARIUM.

Luc. 19-20 Quam habui repositam in sudario
Joan. 11-44 Et facies illius sudario erat ligata
20- 7 Et sudarium, quod fuerat super caput ejus
Act. 19-12 Ita ut... deferrentur a corpore ejus sudaria

SUDES.

Josue. 23-13 Et sudes in oculis vestris, donec vos auferat
Job. 40-19 Et in sudibus perforabit nares ejus
Eccli. 37-10 Ne forte mittat sudem in terram

SUDO.

Eccle. 2-11 Et ad labores in quibus frustra sudaveram
Ezech. 24-12 Multo labore sudatum est, et non exivit

SUDOR.

Gen. 3-19 In sudore vultus tui vesceris pane
Eccli. 34-26 Qui aufert in sudore panem
Ezech. 44-18 Et non accingentur in sudore
2 *Mac.* 2-27 Negotium plenum... sudoris assumpsimus
Luc. 22-44 Et factus est sudor ejus, sicut guttæ

SUE I.

Sextus ultimusque filiorum Abraham ex Cetura.

Gen. 25- 2 Quæ peperit ei Zamra... Jesboc et Suë
1 *Par.* 1-32 Filii a. Ceturæ... Madian, Jesboc et Suë

SUE II.

Non est nomen filiæ Chananitidis quam accepit uxorem Juda, ut quidam putant, sed est nomen patris ejus, ut patet ex Hebræo.

Gen. 38- 2 Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Suë
-12 Mortua est filia Suë uxor Judæ
1 *Par.* 2- 3 Hi tres nati sunt ei de filia Suë Chananitide

SUE III.

Filius primogenitus Saaph de stirpe Caleb.

1 *Par.* 2-49 Genuit a. Saaph... Suë patrem Machbena

SUE IV.

Filius Supha filii Helem, in tribu Aser.

1 *Par.* 7-36 Filii Supha : Suë, Harnapher, et Sua

SUFFECTUS.

2 *Mac.* 4-31 Relicto suffecto uno ex comit. s. Andronico

SUFFERENTIA.

Eccli. 16-14 Non retardabit sufferentia misericordiam
Jacob. 5-11 Sufferentiam Job audistis, et finem Dom.

SUFFERO.

1 *Cor.* 13- 7 Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat
2 *Cor.* 11-19 Libenter enim suffertis insipientes
Hebr. 13-22 Rogo a. vos, fratres, ut sufferatis verbum
Jacob. 1-12 Beatus vir, qui suffert tentationem
1 *Petr.* 2-20 Si peccantes, et colaphizati suffertis

SUFFICIENTER.

Nahum. 2-12 Leo cepit sufficienter catulis suis, et necavit

SUFFICIENTIA.

2 *Cor.* 3- 5 Sed sufficientia nostra ex Deo est
9- 6 Semper omnem sufficientiam habentes
1 *Tim.* 6- 6 Quæstus magnus, pietas cum sufficientia

SUFFICIO.

Gen. 45-28 Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius m. vivit
Exod. 12- 4 Ut sufficere possit ad vescendum agnum Animar. quæ sufficere possunt ad esum agni
16- 4 Et colligat quæ sufficiunt per singulos dies
-16 Colligat unusquisque ex eo quantum sufficit
-21 Quantum sufficere poterat ad vescendum
36- 7 Eo quod oblata sufficerent et superabund.
Num. 11-22 Numquid ovium et boum multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum ?
16- 3 Sufficiat vobis, quia o. multitudo sanctor. est
Deut. 1- 6 Sufficit vobis quod in hoc monte mansistis
2- 3 Sufficit vobis circuire montem istum : ite
3-26 Nec exaudivit me, sed dixit mihi : Sufficit
1 *Reg.* 30-22 Sed sufficiat unicuique uxor sua et filii
2 *Reg.* 24-16 Sufficit : nunc contine manum tuam
3 *Reg.* 16-31 Nec sufficit ei ut ambularet in peccatis
19- 4 Sufficit mihi, Domine, tolle animam meam
20-10 Si suffecerit pulvis Samariæ pugillis o. pop.
1 *Par.* 21-13 Sufficit, jam cesset manus tua
2 *Par.* 29-34 Nec poterant sufficere ut pelles holocaust.
30- 3 Qui poss. sufficere, sanctificati non fuerant
Tobiæ. 5-25 Sufficiebat enim nobis paupertas nostra
6- 6 Cætera salierunt, quæ sufficerent eis
Judith. 2- 8 Cum his quæ exercitibus sufficerent copiose
Esth. 14- 8 Et nunc non eis sufficit, quod durissima
Prov. 12- 9 Melior est pauper, et sufficiens sibi
25-16 Mel invenisti, comede quod sufficit tibi
27-27 Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos
30-15 Et quartum, quod nunquam dicit : Sufficit
-16 Ignis vero nunquam dicit : Sufficit
Sap. 14-22 Non suffecerat errasse eos circa Dei scient.
18-12 Nec enim ad sepeliendum vivi sufficiebant
-23 Erat enim sola tentatio iræ sufficiens
Eccli. 5- 1 Et ne dixeris : Est mihi sufficiens vita
11-25 Ne dicas : Sufficiens mihi sum
18- 2 Quis sufficit enarrare opera illius ?
31-22 Quam sufficiens est homini erudito vinum
40-18 Vita sibi sufficientis operarii condulcabitur
Isai. 40-16 Et Libanus non sufficiet ad succendendum Animalia ej. non sufficient ad holocaustum
Jerem. 49- 9 Si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret
Ezech. 44- 6 Sufficiant vobis omnia scelera vestra
45- 9 Dicit Dom... Sufficiat vobis, principes Isr.
Abdiæ. - 5 Nonne furati essent sufficientia sibi ?
2 *Mac.* 2-33 De præfatione tantum dixisse sufficiat
5-15 Nec ista sufficiunt : ausus est etiam intrare
Matth. 6-34 Sufficit diei malitia sua
10-25 Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus
25- 9 Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite
Marc. 14-41 Sufficit : venit hora : ecce Filius hominis
Joan. 6- 7 Ducentor. denariorum panes non sufficiunt
14- 8 Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit
2 *Cor.* 2- 6 Sufficit illi, qui ejusmodi est, objurgatio hæc
3- 5 Non quod sufficientes simus cogitare aliquid
12- 9 Et dixit mihi : Sufficit tibi gratia mea
Philip. 4-11 Ego e. didici, in quibus sum, sufficiens esse
1 *Tim.* 5-16 Ut iis, quæ vere viduæ sunt, sufficiat
1 *Petr.* 4- 3 Sufficit e. præteritum tempus ad voluntatem
3 *Joan.* -10 Et quasi non ei ista sufficiant

SUFFLATORIUM.

Jerem. 6-29 Defecit sufflatorium, in igne consumptum

SUFFLO.

Eccli. 28-14 Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exard.
Isai. 40- 7 Quia spiritus Domini sufflavit in eo
54-16 Ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas
Ezech. 21-31 In igne furoris mei sufflabo in te

SUFFOCO, ATUM.

Judic. 5-11 Et hostium suffocatus est exercitus
1 *Reg.* 17-35 Et suffocabam, interficiebamque eos
Ezech. 36-13 Devoratrix hominum es, et suffocans gent.
Matth. 13- 7 Et creverunt spinæ, et suffocaverunt ea
-22 Et fallacia divitiarum suffocat verbum
18-28 Suffocabat eum, dicens : Redde quod debes
Marc. 4- 7 Et ascenderunt spinæ, et suffocaverunt illud
-19 Concupiscentiæ introeuntes suffocant verb.
5-13 Et suffocati sunt in mari
Luc. 8- 7 Et simul exortæ spinæ suffocaverunt illud
-14 Euntes suffocantur, et non referunt fructum
-33 Per præceps in stagnum, et suffocatus est
Act. 15-20 Ut abstineant se a... suffocatis et sanguine
-29 Ut abstineatis vos ab immol... et suffocato
21-25 Ut abstineant se ab idolis... et suffocato

SUFFODIO.

Gen. 49- 6 Et in voluntate sua suffoderunt murum
Exod. 22- 2 Si effringens fur domum sive suffodiens fuerit inventus
Judic. 6-31 Vindicet se de eo, qui suffodit aram ejus
-32 Ulciscatur se de eo Baal, qui suffodit aram ej.
Psal. 79-17 Suffossa ab increpatione vultus tui peribunt
Eccli. 12-18 Et quasi adjuvans suffodiet plantas tuas
Isai. 23-13 Suffoderunt dom. ej., posuerunt eam in ruin.
Jerem. 51-58 Murus Babylonis iste latissimus suffossione suffodietur
Ezech. 36-35 Et destitutæ atq. suffossæ, munitæ sederunt
Rom. 11- 3 Proph. t. occiderunt, altaria tua suffoderunt

SUFFOSSIO.

Jerem. 51-58 Murus Babylonis iste latissimus suffossione suffodietur

SUFFULCIO.

Eccli. 50- 1 Sacerd. magnus, qui in vita s. suffulsit dom.

SUFFUNDOR.

Num. 12-14 Nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi ?

SUFFUSIO.

4 *Reg.* 8-11 Conturbatus est usque ad suffusionem vultus
Prov. 23-29 Cui sine causa vulnera ? cui suffusio oculorum

SUFFUSORIA.

Zach. 4-12 Rostra aurea, in quibus sunt suffusoria

SUGGERO.

Gen. 40-14 Ut suggeras Pharaoni ut educat me
44-22 Suggessimus domino meo : Non potest puer
Exod. 18-24 Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat
Esth. 2- 4 Et ita, ut suggesserant, jussit fieri
6- 4 Aman quippe... intraver.. ut suggereret regi
Job. 13-13 Ut loquar quodcumq. mihi mens suggesserit
2 *Mac.* 6- 8 Suggerentibus Ptolemæis, ut pari modo
13- 4 Et suggerente Lysia hunc esse causam omn.
Joan. 14-26 Suggeret vobis omnia, quæcumque dixero

SUGGESTIO.

Num. 31-16 Deceper. filios Isr. ad suggestionem Balaam
Esth. 16- 7 Quomodo malis quorumdam suggestionibus regum studia depraventur

SUGILLO.

Luc. 18- 5 Ne in novissimo veniens sugillet me

SUGO.

Deut. 32-13 Ut sugeret mel de petra, oleumque de saxo
33-19 Qui inundationem maris quasi lac sugent
Job. 20-16 Caput aspidum suget, et occidet eum lingua
Cant. 8- 1 Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ ?
Isai. 60-16 Suges lac gentium, et mamilla reg. lactaberis
66-11 Sugatis, et repleamini ab ubere consolationis
-12 Inundant. gloriam gentium, quam sugetis
Joel. 2-16 Congregate parvulos et sugentes ubera
Luc. 11-27 Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti

SUHAM. *Filius Dan filii Jacob.*

Num. 26-42 Suham, a quo familia Suhamitarum

SUHAMITÆ.

Num. 26-42 Suham, a quo familia Suhamitarum
-43 Omnes fuere Suhamitæ, quor. numerus erat

SUHITES.

Baldad Suhites nepos erat Sue filii Abraham ex Cetura, principesque populi, vel civitatis Suhe in Arabia.

Job. 2- 11 Baldad Suhites, et Sophar Naamathites
8- 1 Respondens autem Baldad Suhites, dixit
18- 1 Respondens autem Baldad Suhites, dixit
25- 1 Respondens autem Baldad Suhites, dixit
42- 9 Et Baldad Suhites, et Sophar Naamathites

SUI IPSIUS.

2 *Reg.* 3- 1 David proficiscens, et semp. se ipso robustior *Deinceps omittitur.*

SUILLUS, A.

Isai. 65- 4 Qui comedunt carnem suillam, et jus profan.
66- 3 Quasi qui sanguinem suillum offerat
-17 Qui comedebant carnem suillam
1 *Mac.* 1-50 Et jussit... et immolari carnes suillas

SULAMITIS.

Cant. 6-12 Revertere, revertere, Sulamitis : revertere
7- 1 Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum ?

SULCUS.

Job. 31-38 Et cum ipsa sulci ejus deflent
Eccli. 7- 3 Non semines mala in sulcis injustitiæ
38-27 Cor suum dabit ad versandos sulcos
Osee. 10- 4 Quasi amaritudo judicium super sulcos agri
-11 Arabit Judas, confringet sibi sulcos Jacob
12-11 Altaria eorum quasi acervi super sulcos

SULPHUR.

Gen. 19-24 Super Sodomam et Gomorrham sulphur
Deut. 29-23 Sulphure et salis ardore comburens
Job. 18-15 Aspergatur in tabernaculo ejus sulphur
Ps LXX 10- 7 Ignis, et sulphur, et spiritus procellarum
Isai. 30-33 Flatus Domini sicut torrens sulphuris
34- 9 Et humus ejus in sulphur
Ezech. 38-22 Ignem et sulphur pluam super eum
Luc. 17-29 Pluit ignem et sulphur de cœlo
Apoc. 9-17 Procedit ignis, et fumus, et sulphur
-18 De igne, et de fumo, et sulphure
14-10 Cruciabitur igne et sulphure in conspectu
19-20 Hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure
20- 9 Missus est in stagnum ignis et sulphuris
21- 8 In stagno ardenti igne et sulphure

SULPHUREUS.

Apoc. 9-17 Loricas... hyacinthinas et sulphureas

SUM.

Gen. 1- 2 Terra autem erat inanis et vacua
Deinceps omittitur, exceptis locis notabilioribus.
Gen. 3- 9 Vocavitq... Deus Adam, et dixit ei : Ubi es?
-19 Quia pulvis es, et in pulverem reverteris
Exod. 3-14 Dixit D. ad Moysen : Ego SUM QUI SUM Dices filiis Isr. : QUI EST, misit me ad vos
16- 8 Nos enim quid sumus?
17- 7 Est-ne Dominus in nobis, an non?
32-26 Si quis est Domini, jungatur mihi
Josue. 1- 5 Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum
7-12 Non ero ultra vobiscum, donec conteratis
Judic. 5- 3 Ego sum, ego sum, quæ Domino canam
6-16 Dixitque ei Dominus : Ego ero tecum
1 *Reg.* 3-19 Crevit a. Samuël, et Dominus erat cum eo
16-18 Et Dominus est cum eo
18-12 Eo quod Dominus esset cum eo
28-19 Cras autem tu et filii tui mecum eritis
2 *Reg.* 7- 9 Fui tecum in omnibus ubicumque
3 *Reg.* 11-38 Ero tecum, et ædificabo tibi domum
4 *Reg.* 18- 7 Unde et erat Dominus cum eo
Judith. 8-11 Qui estis vos, qui tentatis Dominum?
Job. 29- 2 Ut sim juxta menses pristinos
38- 4 Ubi eras quando ponebam fundamenta
Psal. 36-36 Transivi, et ecce non erat
Eccle. 1- 9 Quid est quod fuit?
Quid est quod factum est?
Sap. 2- 2 Post hoc erimus tamquam non fuerimus
Isai. 40-17 Quasi non sint, sic sunt coram eo
41-24 Ecce, vos estis ex nihilo, et opus vestrum
43-10 Et intelligatis quia ego ipse sum
-11 Ego sum, ego sum Dominus, et non est absque me Salvator
-25 Ego sum, ego sum ipse qui deleo
Jerem. 7-11 Ego, ego sum : ego vidi, dicit Dominus
Ezech. 28-19 Nihili factus es, et non eris in perpetuum
Abdiæ. -16 Et absorbebunt, et erunt quasi non sint
Soph. 2-15 Ego sum, et extra me non est alia amplius
Matth. 5-37 Sit autem sermo vester, Est, est
28-20 Ego vobiscum sum omnibus diebus
Luc. 3-38 Qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei
Et sic ante in præcedentibus.
Joan. 4-26 Ego sum, qui loquor tecum
6-20 Dicit eis : Ego sum, nolite timere
7-29 Ego scio eum : quia ab ipso sum
8-58 Antequam Abraham fieret, ego sum
13-19 Cum factum fuerit, credatis quia ego sum
14- 3 Ad me ipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis
-20 Cognoscetis, quia ego sum in Patre meo
17-24 Volo ut ubi sum ego, et ibi sint mecum
18- 5 Dicit eis Jesus : Ego sum
- 6 Ut ergo dixit eis, Ego sum, abierunt
Rom. 11-36 Et per ipsum, et in ipso sunt omnia
1 *Cor.* 1-28 Ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret
2 *Cor.* 1-17 Ut sit apud me EST et NON
-18 Non est in illo EST et NON
-19 Non fuit EST et NON, sed EST in illo fuit
-20 Quotquot... Dei sunt, in illo EST
Galat. 2- 2 Iis qui videbantur aliquid esse
4-12 Estote sicut ego, quia et ego sicut vos
6- 3 Existimat se aliquid esse, cum nihil sit
Jacob. 5-12 Sit autem sermo vester : Est, est
1 *Joan.* 1- 1 Quod fuit ab initio, quod audivimus
2- 5 In hoc charitas Dei perfecta est : et in hoc scimus quoniam in ipso sumus
Apoc. 1- 4 Qui est, et qui erat, et qui venturus est
- 8 Ego sum A et Ω, principium et finis
22-13 Ego sum A et Ω, primus et novissimus
-16 Ego sum radix et genus David, stella

SUMMA.

Exod. 30-12 Quando tuleris summam filiorum Israël
Num. 1- 2 Tollite summam universæ congregationis
49 Neque pones summam eorum cum filiis
Num. 2- 4 Omnis de stirpe ejus summa pugnantium
3-40 Et supra, et habebis summam eorum
4- 2 Tolle summam filiorum Caath
-22 Tolle summam etiam filiorum Gerson
26- 2 Numerate omnem summam filiorum Israël
-51 Ista est summa filiorum Israël
31-26 Tollite summam eorum quæ capta sunt
3 *Reg.* 9-15 Hæc est summa expensarum
1 *Par.* 4-27 Adæquare summam filiorum Juda
9- 1 Summa eorum scripta est in libro Regum
2 *Par.* 9-14 Excepta ea summa, quam legati diversar.
-15 De summa sexcentorum aureorum
24-27 Summa pecuniæ quæ adunata fuerat
Esth. 3-14 Summa autem epistolarum hæc fuit
8-13 Summaque epistolæ hæc fuit
2 *Mac.* 9-24 Cui esset rerum summa derelicta
Act. 22-28 Multa summa civilitatem hanc consecutus

SUMMATIM.

Dan. 7- 1 Summatimque perstringens, ait

SUMMITAS.

Gen. 6-16 In cubito consummabis summitatem ejus
44- 1 Pecuniam singulorum in summitate sacci
- 8 Quam invenimus in summitate saccorum
Exod. 26- 4 Ac summitatibus facies cortinarum
28- 7 Habebit in utroque latere summitatum
-23 Pones in utraque rationalis summitate
-26 Quos pones in summitatibus rationalis
-23 Quod si nec sic volueritis recipere disciplin.
27-13 Quod si dare voluerit is qui offert, addet
-15 Si a.ille qui voverat, voluerit redimere eam
-19 Si voluerit redimere agrum ille qui voverat
-31 Si quis a. voluerit redimere decimas suas
Num. 6- 2 Et se voluerint Domino consecrare
14-10 Cumque... et lapidibus eos vellet opprimere
16-14 An et oculos nostros vis eruere?non venimus
20-21 Nec voluit acquiescere deprecanti
22- 9 Quid sibi volunt homines isti apud te?
-17 Et quidquid volueris dabo tibi : veni
-23 Quam cum... vellet ad semitam reducere
27-14 Nec sanctificare me voluistis coram ea
32-22 Et obtinebitis regiones, quas vultis
36- 6 Nubant quibus volunt, tantum ut suæ tribus
Deut. 1-14 Bona res est, quam vis facere
-45 Nec voci vestræ voluit acquiescere
6-20 Dicens : Quid sibi volunt testimonia hæc?
9- 8 Provocasti eum, et iratus delere te voluit
-19 Adversum vos concitatus, delere vos voluit
-20 Vehementer iratus, voluit eum conterere
-23 Neque vocem ejus audire voluistis
12-15 Sin autem comedere volueris
-17 O. quæ voveris, et sponte offerre volueris
-20 Et volueris vesci carnibus, quas desiderat
13- 6 Si tibi voluerit persuadere frater tuus
-10 Quia voluit te abstrahere a Domino Deo tuo
18- 6 Et voluerit venire, desiderans locum
- 9 Cave ne imitari velis abomination. ill. gent.
-20 Depravatus voluerit loqui in nomine meo
21-11 Adamaveris eam, voluerisq. habere uxorem
-16 Voluerit que substantiam inter filios suos dividere
25- 7 Non vult frater viri m. suscitare nomen fr.
-11 Volensq. uxor alterius eruere virum suum
Josue. 2-20 Quod si nos prodere volueris
4- 6 Dicentes : Quid sibi volunt isti lapides?
-21 Dixerint eis : Quid sibi volunt lapides isti?
7- 7 Quid voluisti traducere popul. istum Jord.
9-22 Dixit eis : Cur nos decipere fraude voluistis
22-28 Quod si voluerint dicere, respondebunt eis
23-12 Quod si volueritis... erroribus adhærere
24-27 Ne forte postea negare velitis, et mentiri Do.
Judic. 2-15 Sed quocumque pergere voluissent
-16 Sed nec eos audire voluerunt
8- 1 Quid est hoc quod facere voluisti
9-15 Si a. non vultis, egrediatur ignis de rhamno
11-18 Nec voluit intrare terminos Moab
-23 Et tu nunc vis possidere terram ejus?
13-12 Quid vis ut faciat puer?
-16 Si a. vis holocaustum facere, offer illud Do.
-23 Cui resp. mulier : Si Do. nos vellet occidere
14- 3 Quia vis accipere uxorem de Philisthiim
- 9 Nec tamen eis voluit indicare quod mel
-16 Idcirco problema... non vis mihi exponere
15- 1 Venit Samson, invisere volens uxorem suam
Cumq. cubiculum ejus solito vellet intrare
-11 Quare hoc facere voluisti? Quibus ille ait
17- 8 Peregrinari voluit ubicumque sibi commod.
18- 3 Quam ob causam huc venire voluisti?
-23 Ad Micham : Quid tibi vis? cur clamas?
19- 3 Volens reconciliari ei, atque blandiri
- 5 De nocte consurgens, proficisci voluit
- 7 At ille consurgens, cœpit velle proficisci
-15 Et nullus eos recipere voluit hospitio
-18 Nullusq. sub tectum suum nos vult recipere
20- 5 Volentes me occidere, et uxorem meam
Ruth. 1-13 Si eos expectare velitis, donec crescant
2-15 Etiam si vobiscum metere voluerit
3-13 Si te voluerit propinquitatis jure retinere
4- 4 Quod audire te volui, et tibi dicere
Si vis possidere jure propinquitatis : eme
1 *Reg.* 2-25 Quia voluit Dominus occidere eos
14- 7 Et ero tecum ubicumque volueris
15- 9 Nec voluerunt disperdere ea
-22 Numquid vult Dominus holocausta et vict.
21- 9 Si istum vis tollere, tolle
29- 3 Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis
30- 6 Volebat enim eum populus lapidare
2 *Reg.* 13-26 Et ait Absalom : Si non vis venire, veniat
14-14 Nec vult Deus perire animam : sed retractat
-16 Qui volebant de hæreditate Dei delere me
16- 2 Dixit rex Sibæ : Quid sibi volunt hæc?
17- 9 In foveis, aut in uno, quo voluerit, loco
18-14 Et ait Joab : Non sicut tu vis, sed aggrediar
2 *Reg.* 18-16 Volens parcere multitudini
-22 Dixitque ei Joab : Quid vis currere, fili mi?
20-11 Ecce qui esse voluit pro Joab comes David
21- 2 Et voluit Saül percutere eos zelo
- 4 Neq. volumus ut interficiatur homo de Isr. Rex ait : Quid ergo vultis ut faciam vobis?
23- 7 Si quis tangere voluerit eas, armabitur
24- 3 Sed quid sibi dominus meus rex vult
-12 Elige unum quod volueris ex his, ut faciam
-24 Ait : Nequaq. ut vis, sed emam pretio a te
3 *Reg.* 1-16 Ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis?
-41 Quid sibi vult clamor civitatis tumultuantis?
3- 5 Dicens : Postula quod vis ut dem tibi
8-17 Voluitq. David pater m. ædificare domum
9- 1 Et omne quod optaverat, et voluerat facere
10-13 Salomon dedit reginæ Saba om. quæ voluit
11-40 Voluit ergo Salomon interficere Jeroboam
13-33 Quicumque volebat, implebat manum suam
4 *Reg.* 2- 1 Cum levare vellet Do. Eliam per turbinem
- 9 Postula quod vis ut faciam tibi
4- 2 Cui dixit Eliseus : Quid vis ut faciam tibi?
-13 Ministrasti nobis, quid vis ut faciam tibi? Et vis ut loquar regi, sive principi militiæ?
-14 Et ait : Quid ergo vult ut faciam ei?
5-17 Dixitque Naaman : Ut vis : sed, obsecro
6-27 Dixitque ad eam rex : Quid tibi vis?
7- 3 Quid hic esse volumus donec moriamur?
- 4 Sive ingredi voluerimus civitatem Si a. occidere voluerint,nihilom. moriemur
20- 9 Vis ut ascendat umbra decem lineis
-10 Nec hoc volo ut fiat, sed ut revertat. retrors.
1 *Par.* 17-19 Et nota esse voluisti universa magnalia
21-10 Unum, quod volueris, elige, et faciam tibi
-11 Hæc dicit Dominus : Elige quod volueris
22- 5 Domus autem, quam ædificari volo Domino
29- 3 Et offerat quod voluerit Domino
2 *Par.* 1- 7 Deus dicens : Postula quod vis, ut dem tibi
8- 6 Quæcumque voluit Salomon atq. disposuit
9- 8 Qui voluit te ordinare super thronum suum Quia diligit Deus Israël, et vult servare eum
-12 Salom. dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit
26-16 Adolere voluit incensum super altare thym.
28-10 Vultis vobis subjicere in servos et ancillas
-13 Quare vultis adjicere super peccata nostra
31-21 Volens requirere Deum s. in toto corde suo
32- 1 Obsedit civitates munitas, volens eas capere
-30 In o. operibus suis fecit prospere quæ voluit
1 *Esdr.* 6-12 Statui decretum, quod studiose impleri volo
7-16 Et populus offerre voluerit
2 *Esdr.* 1-11 Qui volunt timere nomen tuum
6- 6 Quod tu...et levare te velis super eos regem
Tobiæ. 1-14 Et dedit illi potestat. quocumque vellet ire Habens libertat. quæcumq. facere voluisset
3-10 Numquid et occidere me vis?
5-19 Quod voluerim cognoscere genus tuum
6-10 Et dixit ei Tobias : Ubi vis ut maneamus?
10-10 Et ille eum nulla ratione vellet audire
Judith. 5-11 Cumque... et iterum eos vellent capere
6-12 Voluisset propter hoc verb. interficere eum
9- 4 Et hoc factum est quod ipse voluisti
11- 1 Viro, qui voluit servire Nabuchodonosor
-12 Et volunt consumere quæ nec manibus
Esth. 1- 8 Ut sumeret unusquisque quod vellet
2-11 Et scire volens quid ei acciderat
-14 Nisi voluisset rex, et eam venire jussisset
-15 Sed quæcumque voluit Egeus eunuchus
-21 Voluerunt q. insurgere in regem, et occidere
3- 6 Magisq. voluit omnem... perdere nationem
5- 3 Dixitq. ad eam rex : Quid vis, Esther regina?
6- 6 Nullum alium rex, nisi se, vellet honorare
- 9 Quemcumque voluerit rex honorare
-11 Quemcumque rex voluerit honorare
7- 2 Quæ est petitio t. Esther.., et quid vis fieri?
- 8 Et ait : Etiam reginam vult opprimere
8- 9 Scriptæ sunt epist., ut Mardochæus voluerat
9-12 Et quid vis ut fieri jubeam?
-27 Qui religioni eorum voluerunt copulari
10- 6 Quam rex accepit uxor., et voluit esse regin.
11-12 Cogitabat quid Deus facere vellet
12- 6 Et voluit nocere Mardochæo et populo ej.
13- 2 Volui nequaq. abuti potentiæ magnitudine
-15 Quia volunt nos inimici nostri perdere
14- 9 Volunt tua mutare promissa, et delere
Job. 9- 3 Si voluerit contendere cum eo, non poterit
-20 Si justificare me voluero, os meum condem.
13-26 Consumere me vis peccatis adolescentiæ m.
23-13 Et anima ejus quodcumque voluit, hoc fecit
26- 4 Quem docere voluisti? nonne eum, qui fecit
29-25 Si voluissem ire ad eos, sedebam primus
31-16 Si negavi, quod volebant, pauperibus
33-32 Loquere : volo enim, te apparere justum
36-29 Si voluerit extendere nubes quasi tentorium
39- 9 Numquid volet rhinoceros servire tibi?
Psal. 5- 5 Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es
17-20 Salvum me fecit, quoniam voluit me

Psal. 21- 9 Salvum faciat eum, quoniam vult eum
33-13 Quis est homo qui vult vitam : diligit dies
34-27 Exultent et lætentur qui volunt justitiam Qui volunt pacem servi ejus
36-23 Gressus hom. dirigentur : et viam ej. volet
39- 9 Ut facerem voluntatem t. : Deus m. volui
-15 Et revereantur qui volunt mihi malà
40-12 In hoc cognovi quoniam voluisti me
50-18 Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem
67-31 Dissipa gentes, quæ bella volunt
69- 4 Et erubescant, qui volunt mihi mala
72-25 Et a te quid volui super terram?
111- 1 In mandatis ejus volet nimis
L. 113- 3 Omnia quæcumque voluit, fecit
118-35 Deduc me in semitam... quia ipsam volui
134- 6 Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit
Prov. 13- 4 Vult et non vult piger
18- 1 Occasion.quærit qui vult recedere ab amico
21- 1 Quocumque voluerit, inclinabit illud
26-23 Quomodo si argento sordido ornare velis vas
Eccle. 8- 3 Quia omne, quod voluerit, faciet
Cant. 2- 7 Neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit
3- 5 Neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit
8- 4 Neque evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit
Sap. 9-13 *Aut quis poterit cogitare quid velit Deus?*
11-26 Posset aliquid permanere nisi tu voluisses?
12- 6 Perdere voluisti per manus parentum nost.
-18 Subest enim tibi, cum volueris, posse
13- 6 Deum quærentes, et volentes invenire
14-17 Imaginem regis, quem honorare volebant
-19 Ille e. volens placere illi, qui se assumpsit
16-21 Ad quod quisque volebat, convertebatur
Prolog.Eccli. Voluit et ipse scribere aliquid horum Qui volunt animum intendere, et discere
Eccli. 7- 5 Et penes regem noli velle videri sapiens
-14 Noli velle mentiri omne mendacium
14- 7 Ignoranter, et non volens facit
15-16 Si volueris mandata servare, conservabunt
-17 Ad quod volueris, porrige manum tuam
28- 1 Qui vindicari vult, a Do. inveniet vindict.
39- 8 Si enim Dominus magnus voluerit
50-23 Et iteravit... volens ostendere virtutem Dei
Isai. 1-19 Si volueritis, et audieritis me, bona terræ
13-17 Qui argent. non quærant, nec aurum velint
42-21 Et Dominus voluit ut sanctificaret eum
53- 7 Oblatus est quia ipse voluit
-10 Domin. voluit conterere eum in infirmitate
55-11 Sed faciet quæcumq. volui, et prosperabit.
56- 4 Qui custodierint..et elegerint quæ ego volui
58- 2 In diem quærunt, et scire vias meas volunt Appropinquare Deo volunt
Jerem. 2-18 Et nunc quid tibi vis in via Ægypti?
-29 Quid vultis mecum judicio contendere?
23-27 Qui volunt facere ut obliviscatur populus
39-12 Sed, ut voluerit, sic facias ei
42-22 Moriemini in loco,ad quem voluistis intrare
Baruc. 6-45 Nisi id quod volunt esse sacerdotes
Ezech. 24-13 Quia mundare te volui, et non es mundata
37-18 Nonne indicas nobis quid in his tibi velis?
Dan. 4-14 Et cuicumque voluerit, dabit illud
-22 Et cuicumque voluerit, det illud
-29 Et cuicumque voluerit, det illud
5-19 Et quos volebat, interficiebat : et quos volebat, percutiebat : et quos volebat, exaltabat : et quos volebat, humiliabat
-21 Quemcumq. voluerit, suscitabit super illud
7-19 Volui diligenter discere de bestia quarta
13-11 Volentes concumbere cum ea
-15 Voluitque lavari in pomario : æstus quippe
Osee. 6- 6 Quia misericordiam volui, et non sacrific.
7- 1 Cum sanare vellem Israël, revelata est iniq.
Amos. 4- 5 Sic enim voluistis, filii Israël, dicit Dominus
Jonæ. 1-14 Quia tu, Domine, sicut voluisti, fecisti
Mich. 7-18 Quoniam volens misericordiam est
Malac. 3- 1 Et Angelus testamenti, quem vos vultis
1 *Mac.* 3-34 Et mandavit ei de omnibus, quæ volebat
4-27 Quod non qualia volui, talia contigerunt
5-67 In bello, dum volunt fortiter facere
7- 5 Alcimus dux eor., qui volebat fieri sacerdos
8- 9 Voluerunt ire, et tollere eos
-13 Quib. vero vellent auxilio esse ut regnarent Quos autem vellent, regno deturbabant
-30 Addere aut demere ad hæc aliq. voluerint
11-45 Et volebant interficere regem
-49 Obtinuiss. Judæi civitatem sicut volebant
-63 Volentes eum removere a negotio regni
12-34 Audivit e. quod vellent præsidium tradere
14-31 Et voluerunt inimici eor. calcare.. regionem
15- 3 Volo a. vendicare regnum, et restituere illud
- 4 Volo a. procedere per regionem, ut ulciscar
16-13 Et volebat obtinere regionem, et cogitabat
2 *Mac.* 1- 3 Et faciatis ej. voluntatem... animo volenti
2-25 Volentibus aggredi narrationes historiarum
-26 Curavimus volentibus quidem legere
6-23 Dicens, præmitti se velle in infernum
7- 2 Quid quæris, et quid vis discere a nobis?
-16 Cum sis corruptibilis, facis quod vis
11-23 Nos volentes eos, qui sunt in regno nostro
-24 Sed tenere velle suum institutum
-25 Volentes igitur hanc quoq. gentem quietam
-28 Si valetis, sic estis ut volumus
-29 Dicens velle vos descendere ad vestros
12- 8 Velle pari modo facere habitantibus secum
-35 Et cum vellet illum capere vivum
14-35 Voluisti templum habitat. tuæ fieri in nobis
-39 Volens autem Nicanor manifestare odium
15-39 Et ut historiæ competit, hoc et ipse velim
Matth. 1-19 Joseph autem.. voluit occulte dimittere eam
3- 9 Ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus
5-40 Et ei, qui vult tecum judicio contendere
-42 Da ei : et volenti mutuari a te, ne avertaris
7-12 Omnia ergo quæcumq. vultis ut faciant vobis
8- 2 Dicens : Domine, si vis, potes me mundare
- 3 Tetigit eum, dicens : Volo : Mundare
9-13 Misericordiam volo, et non sacrificium
11-14 Si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus
-27 Nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare
12- 7 Misericordiam volo, et non sacrificium
-38 Magister, volumus a te signum videre
13-28 *Dixerunt ei : Vis, imus, et colligimus ea?*
14- 5 Et volens illum occidere, timuit populum
15-28 Magna est fides tua : fiat tibi sicut vis
16-24 Si quis vult post me venire, abneget semet.
-25 Qui e. voluerit animam suam salvam facere
17- 4 Si vis, faciamus hic tria tabernacula
-12 Sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt
18-23 Qui voluit rationem ponere cum servis suis
19-17 Si a. vis ad vitam ingredi, serva mandata
-21 Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes
20-14 Volo a. et huic novissimo dare sicut et tibi
-15 Aut non licet mihi quod volo, facere?
-21 Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic ut sedeant
-26 Sed quicumq. voluerit inter vos major fieri
-27 Et qui voluerit inter vos primus esse
-32 Et ait : Quid vultis ut faciam vobis?
23-37 Quoties volui congregare filios tuos
26-15 Quid vultis mihi dare, et ego eum vobis
-17 Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?
-39 Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu
27-15 Dimittere unum vinctum, quem voluissent
-17 Dixit Pilatus : Quem vultis dimittam vobis?
-21 Ait illis : Quem vultis vobis de duob. dimitti
-43 Confidit in Deo : liberet nunc, si vult, eum
Marc. 1-40 Dixit ei : Si vis, potes me mundare
-41 Et tangens eum, ait illi : Volo : Mundare
3-13 Vocavit ad se quos voluit ipse : et venerunt
6-19 Et volebat occidere eum, nec poterat
-22 Rex ait puellæ : Pete a me quod vis, et dabo
-25 Volo ut protinus des mihi in disco caput
-48 Et volebat præterire eos
7-24 Et ingressus domum, neminem voluit scire
8-34 Si quis vult me sequi, deneget semetipsum
-35 Qui e. voluerit animam suam salvam facere
9-12 Et fecerunt illi quæcumque voluerunt
-29 Nec volebat quemquam scire
-34 Si quis vult primus esse, erit omnium nov.
10-35 Volumus, ut quodcumq. petierimus, facias
-36 Ille dixit eis : Quid vultis ut faciam vobis
-43 Sed quicumque voluerit fieri major
-44 Quicumque voluerit in vobis primus esse
-51 Jesus dixit illi : Quid tibi vis faciam?
12-38 Cavete a Scribis, qui volunt in stolis ambul.
14- 7 Et cum volueritis, potestis illis benefacere
-36 Sed non quod ego volo, sed quod tu
15- 9 Vultis dimittam vobis regem Judæorum?
-12 Quid ergo vultis faciam regi Judæorum?
-15 Pilatus autem volens populo satisfacere
Luc. 1-62 Innuebant... quem vellet vocari eum
4- 6 Quia mihi tradita sunt, et cui volo do illa
5-12 Domine, si vis, potes me mundare
-13 Tetigit eum dicens : Volo : Mundare
-39 Nemo bibens vetus, statim vult novum
6-31 Et prout vultis ut faciant vobis homines
8-20 Fratres tui stant foris, volentes te videre
9-23 Si quis vult post me venire, abneget semet.
-24 Qui e. voluerit animam suam salvam facere
-54 Vis dicimus ut ignis descendat de cœlo
10-22 Nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare
-24 Et reges voluerunt videre quæ vos videtis
-29 Ille a. volens justificare se ipsum, dixit
12-49 Et quid volo, nisi ut accendatur?
13-31 Vade hinc : quia Herodes vult te occidere
14-28 Quis e. ex vobis volens turrim ædificare
16-26 Ut hi, qui volunt hinc transire ad vos
20-46 A Scribis, qui volunt ambulare in stolis
22- 9 At illi dixerunt : Ubi vis paremus?
23-20 Locutus est ad eos, volens dimittere Jesum
Joan. 1-43 In crastinum voluit exire in Galilæam
3- 8 Spiritus ubi vult spirat : et voc. ejus audis
5- 6 Dicit ei : Vis sanus fieri?
-35 Vos a. voluistis ad horam exultare in luce
-40 Et non vultis venire ad me ut vitam habetis
6-11 Similiter et ex piscibus, quantum volebant
-21 Voluerunt ergo accipere eum in navim
-68 Numquid et vos vultis abire?
7- 1 Non enim volebat in Judæam ambulare
-17 Si quis voluerit voluntatem ejus facere
-44 Ex ipsis volebant apprehendere eum
8-44 Et desideria patris vestri vultis facere
9-27 Audistis : Quid iterum vultis audire? Numquid et vos vultis Discipuli ej. fieri?
10-38 Si mihi non vultis credere, operibus credite
12-21 Dicentes : Domine, volumus Jesum videre
15- 7 Quodcumque volueritis, petetis, et fiet vob.
16-19 Cognovit a. Jesus quia volebant eum interr.
17-24 Volo ut ubi sum ego, et illi sint mecum
18-39 Vultis ergo dimittam vobis regem Judæor.
21-18 Cingebas te, et ambulabas ubi volebas Alius te cinget, et ducet quo tu non vis
-22 Sic eum volo manere donec veniam
-23 Sic eum volo manere donec veniam
Act. 2-12 Ad invic. dicentes : Quidnam vult hoc esse?
5-28 Vultis inducere super nos sanguinem hom.
9- 6 Stupens dixit : Domine, quid me vis facere?
10-10 Et *cum esuriret, voluit gustare*
12- 4 Volens post Pascha producere eum populo
14-12 Cum populis volebat sacrificare
15-37 Barnabas a. volebat sec. assumere et Joann.
16- 3 Hunc voluit Paulus secum proficisci
-27 Evaginato gladio, volebat se interficere
17-18 Quid vult seminiverbius hic, dicere?
-20 Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse
18-21 Iterum revertar ad vos, Deo volente
-27 Cum a. vellet ire Achaïam, exhortati fratres
19-30 Paulo autem volente intrare in populum
-33 Volebat reddere rationem populo
22-30 Postera autem die volens scire diligentius
23-28 Volensque scire causam quam objiciebant
24- 6 Voluimus secundum legem nostr. judicare
-27 Volens a. gratiam præstare Judæis Felix
25- 9 Festus a. volens gratiam præstare Judæis Dixit : Vis Jerosolymam ascendere?
-20 Dicebam si vellet ire Jerosolymam
-22 Volebam et ipse hominem audire
26- 5 Si velint testimonium perhibere
27-43 Centurio autem volens servare Paulum
28-18 Voluerunt me dimittere, eo quod nulla ess.
Rom. 7-15 Non enim quod volo bonum, hoc ago
-18 Nam velle, adjacet mihi : perficere a. bon.
-19 Non enim quod volo bonum, hoc facio
-21 Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum
8-20 Vanitati e. creatura subjecta est non volens
9-16 Igitur non volentis, neque currentis
-18 Cujus vult miseretur, et quem vult indurat
-22 Quod si Deus volens ostendere iram
13- 3 Vis a. non timere potestatem? Bonum fac
16-19 Sed volo vos sapientes esse in bono
1 *Cor.* 4-19 Veniam a. ad vos cito, si Dominus voluerit
-21 Quid vultis? in virga veniam ad vos
7- 7 Volo enim omnes vos esse sicut me ipsum
-32 Volo autem vos sine sollicitudine esse
-36 Quod vult faciat : non peccat, si nubat
-39 Liberata est. Cui vult nubat, tantum in Do.
9-17 Si enim volens hoc ago, mercedem habeo
10-27 Si quis vocat vos infidelium, et vultis ire
11- 3 Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est
12-11 Idem Spiritus, dividens singulis prout vult
-18 *Unumquodque eor. in corpore sicut voluit*
14- 5 Volo autem omnes vos loqui linguis
-19 In Ecclesia volo quinq. verba sensu m. loqui
-35 Si quid autem volunt discere
15-38 Deus autem dat illi corpus sicut vult
2 *Cor.* 1- 8 Non enim volumus ignorare vos, fratres
-15 Et hac confidentia volui prius venire ad vos
-17 Cum ergo hoc voluissem, numquid levitate
8-10 Qui non solum facere, sed et velle cœpistis
11-12 Occasionem eorum, qui volunt occasionem
12- 6 Nam si voluero gloriari, non ero insipiens
-20 Cum venero,non quales volo,inveniam vos Ego inveniar a vobis, qualem non vultis
Galat. 1- 7 Et volunt convertere Evangelium Christi
3- 2 Hoc solum a vobis volo discere
4- 9 Egena elementa,quibus denuo servire vultis
-17 Sed excludere vos volunt ut illos æmulemini
-20 Vellem a.esse apud vos modo,et mutare voc.
-21 Dicite mihi qui sub lege vultis esse
5-17 Ut non quæcumque vultis,illa faciatis
6-12 Quicumque enim volunt placere in carne
-13 Sed volunt vos circumcidi, ut in carne vest.
Philip. 1-12 Scire a. vos volo, fratr., quia quæ circa me

Philip. 2-13 Qui operatur in vobis et velle, et perficere
Colos. 1-27 Quibus voluit Deus notas facere divitias
2- 1 Volo e. vos scire qualem sollicitud. habeam
-18 Nemo vos seducat, volens in humilitate
1*Thes.* 2- 8 Cupide volebamus tradere vobis non solum
-18 Quoniam voluimus venire ad vos
2*Thes.* 3-10 Quon.si quis non vult operari,nec manducet
1*Tim.* 1- 7 Volentes esse leg. doctores, non intelligent.
2- 4 Qui omnes homines vult salvos fieri
- 8 Volo ergo viros orare in omni loco
5-11 Luxuriatæ fuerint in Christo: nubere volunt
-14 Volo ergo juniores nubere, filios procreare
6- 9 Nam qui volunt divites fieri incidunt in tent.
2*Tim.* 3-12 Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo
Tit. 3- 8 Fidelis sermo est: et de his volo te confirmare
Phile. -13 Quem ego volueram mecum detinere
-14 Sine consilio autem tuo nihil volui facere
Hebr. 6-17 In quo abundantius volens Deus ostendere
13-18 In omnibus bene volentes conversari
Jacob. 2-20 Vis a. scire, o homo inanis, quoniam fides
3- 4 Ubi impetus dirigentis voluerit
4- 4 Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi
-15 Pro eo ut dicatis : Si Dominus voluerit
1*Petr.* 3-10 Qui e. vult vitam diligere et dies videre bon.
-17 Benefacientes (si voluntas Dei velit) pati
2 *Petr.* 3- 5 Latet e. eos hoc volentes, quod cœli erant
Judæ. - 5 Commonere a. vos volo, scientes semel om.
Apoc. 2-21 Et non vult pœnitere a fornicatione sua
11- 5 Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet
Si quis voluerit eos lædere, sic oportet
- 6 Potestatem habent.. percutere terram omni
plaga quotiescumque voluerint
22-17 Et qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis

VOLUBILIS.

Ezech. 10-13 Rotas istas vocavit volubiles, audiente me

VOLUCRIS.

Gen. 1-30 Cunctis animant.terræ, omniq. volucri cœli
6- 7 Delebo... a reptili usque ad volucres cœli
-20 De volucribus juxta genus suum
7- 8 Et de volucribus, et ex omni quod movetur
-14 Omnesq. volucres (-15) ingressæ s. ad Noë
-21 Caro quæ movebatur sup.terram volucrum
-23 Et delevit... tam reptile quam volucres cœli
8-20 Et tollens de cunctis...voluc ribus mundis
9- 2 Ac tremor sit...super omnes volucres cœli
-10 Tam in volucribus, quam in jumentis
15-11 Descenderuntque volucres super cadavera
40-19 Et lacerabunt volucres carnes tuas
Levit. 11-20 Omne de volucribus quod graditur
-23 Quidquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes
-46 Ista est lex animantium ac volucrum
3*Reg.* 4-33 Disseruit de jumentis et volucribus et rept.
16- 4 In regione, comedent eum volucres cœli
21-24 In agro, comedent eum volucres cœli
Job. 28-21 Volucres quoque cœli latet
35-11 Qui docet...et super volucres cœli erudit nos
Psal. 8- 9 Volucres cœli, et pisces maris, qui peramb.
103-12 Super ea volucres cœli habitabunt
148-10 Univ. pecora : serpentes, et volucres penn.
Eccle. 12- 4 Et consurgent ad vocem volucris
Isai. 14-29 Regulus et semen ejus absorbens volucrem
18- 6 Et æstate perpetua erunt sup. eum volucres
Jerem. 7-33 In cibos volucribus cœli et bestiis terræ
9-10 A volucre cœli usque ad pecora transmigr.
12- 4 Consumptum est animal, et volucre
Ezech. 17-23 Et habitabunt sub ea omnes volucres
38-20 Pisces maris, et volucres cœli, et bestiæ agri
39-17 Dic omni volucri et universis avibus
Dan. 2-38 Volucres quoque cœli dedit in manu tua
3-80 Benedicite, omnes volucres cœli, Domino
4- 9 In ramis ej. conversabantur volucres cœli
-11 Fugiant... et volucres de ramis ejus
Osee. 2-18 Et cum volucre cœli, et cum reptili terræ
4- 3 In bestia agri, et in volucre cœli
7-12 Quasi volucrem cœli detrahan eos, cædam
Matth. 8-20 Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos
13- 4 Et venerunt volucres cœli, et comederunt ea
-32 Et fit arbor, ita ut volucres cœli veniant
Marc. 4- 4 Et venerunt volucres cœli, et comederunt
Luc. 8- 5 Et volucres cœli comederunt illud
9-58 Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos
13-19 Et volucres cœli requieverunt in ramis ejus
Rom. 1-23 Volucrum, et quadrupedum, et serpentium
1 *Cor.* 15-39 Alia (*caro*) volucrum, alia autem piscium
Jacob. 3- 7 Omnis enim natura bestiarum et volucrum
Apoc. 18- 2 Facta est... custodia o. volucris immundæ

VOLUMEN.

Exod. 24- 7 Assumensque volumen fœderis, legit
Deut. 17-18 Describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine
28-58 Quæ scripta sunt in hoc volumine
Deut. 28-61 Quæ non sunt scriptæ in volumine legis huj.
29-20 Maledicta,quæ scripta sunt in hoc volumine
-27 Maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt
31-24 Scripsit Mo. verba legis hujus in volumine
Josue. 1- 8 Non recedat volumen legis hujus ab ore tuo
8-31 Et scriptum est in volumine legis Moysi
-34 Cuncta quæ scripta erant in legis volumine
18- 9 Diviserunt, scribentes in volumine
23- 6 Quæ scripta sunt in volumine legis Moysi
24-26 Scripsit quoq. omnia verba hæc in volumine
4*Reg.* 22- 8 Deditque Helcias volumen Saphan
-13 De verbis voluminis istius, quod inventum
-18 Pro eo quod audisti verba voluminis
1*Par.* 29-29 Scripta sunt... atque in volumine Gad Vid.
2 *Par.* 34-16 At ille intulit volumen ad regem
-21 Omnia quæ scripta sunt in isto volumine
-26 Quoniam audisti verba voluminis
-30 Legit rex omnia verba voluminis
-31 Faceret quæ scripta sunt in volumine illo
1*Esdr.* 6- 2 Inventum est in Ecbatanis...volumen unum
2*Esdr.* 9- 3 Et legerunt in volumine legis Dom. Dei sui
13- 1 Lectum est in volumineMoysi audiente pop.
Esth. 9-26 Id est, libri hujus, volumine continentur
Jerem. 36- 2 Tolle volumen libri, et scribes in eo omnia
- 4 Et scripsit Baruch.. in volumine libri
- 6 Ingredere ergo tu, et lege de volumine
- 8 Legens ex volumine sermones Domini
-10 Legitq.Baruch ex volumine sermon. Jerem.
-13 Legente Baruch ex volumine in auribus pop.
-14 Volumen ex quo legisti audiente populo
Tulit ergo Baruch... volumen in manu sua
-18 Et ego scribebam in volumine atramento
-20 Porro volumen commendaverunt in gazoph.
-21 Misitque rex Judi ut sumeret volumen
-23 Donec consumeretur omne volumen igni
-27 Postq. combusserat rex volumen et sermon.
-28 Rursum tolle volumen aliud : et scribe in eo
omnes sermones priores, qui erant in
primo volumine
-29 Tu combussisti volumen illud, dicens
-32 Jeremias autem tulit volumen aliud
Ezech. 3- 1 Comede volumen istud, et vadens loquere
- 2 Aperui os meum, et cibavit me volumine illo
- 3 Et viscera tua complebuntur volumine isto
Zach. 5- 1 Et vidi, et ecce volumen volans
- 2 Et dixi : Ego video volumen volans
2 *Mac.* 2-24 Tentavimus nos uno volumine breviare

VOLUNTARIE.

Levit. 22-23 Bovem et ovem... voluntarie offerre potes
1*Esdr.* 1- 4 Excepto quod voluntarie offerunt temploD.
Psal. 53- 8 Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor
2 *Mac.* 6-19 Voluntarie præibat ad supplicium
14- 3 Alcimus... sed voluntarie coinquinatus est
Hebr. 10-26 Voluntarie enim peccantibus nobis
Jacob. 1-18 Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis
1 *Petr.* 5- 2 Neque turpis lucri gratia, sed voluntarie

VOLUNTARIUS, A, UM.

Exod. 35- 5 Om. voluntarius et prono animo offerat eas
-29 Filii Israël voluntaria Domino dedicaverunt
1*Par.* 28- 9 Servito ei corde perfecto et anim. voluntario
Psal. 67-10 Pluviam voluntariam segrebabis, Deus
118-108 Voluntaria oris mei beneplacita fac, Dom.
Eccli. 20- 4 Sic enim effugies voluntarium peccatum
Ezech. 46-12 Cum a. fecerit.. pacifica voluntaria Domino
Amos. 4- 5 Et vocare voluntarias oblationes
1*Mac.* 2-42 Omnis voluntarius in lege
2*Cor.* 8- 3 Et supra virtutem voluntarii fuerunt
Phile. -14 Uti ne velut ex necessitate bonum tuum
esset, sed voluntarium

VOLUNTAS.

Gen. 24-57 Puellam, et quæramus ipsius voluntatem
27-20 Voluntas Dei fuit ut cito occurreret mihi
45- 8 Sed Dei voluntate huc missus sum
49- 6 Et in voluntate sua suffoderunt murum
50-19 Num Dei possumus resistere voluntati ?
Num. 32-12 Isti impleverunt voluntatem meam
Deut. 23-23 Et propria voluntate et ore tuo locutus es
Judic. 5- 9 Qui propria voluntate obtulistis vos discrim.
2 *Reg.* 23- 5 Cuncta enim salus mea, et omnis voluntas
3*Reg.* 5- 3 Tu scis voluntatem David patris mei
- 8 Ego faciam omnem voluntatem tuam
-10 Ligna abiegna, juxta omnem voluntatem ej.
19- 3 Surg. abiit quocumq.eum ferebat voluntas
4*Reg.* 16- 9 Qui et acquievit voluntati ejus
-15 Altare... erit paratum ad voluntatem meam
18-25 Numquid sine Domini voluntate ascendi
1 *Par.* 22- 7 Fili mi, voluntatis meæ fuit ut ædificarem
29-18 Custodi in æternum hanc voluntatem cordis
2 *Par.* 6- 7 Cumq. fuisset voluntatis David patris mei
- 8 Quia hæc fuit voluntas tua, ut ædificares
domum nomini meo, bene quidem fecisti
hujuscemodi habere voluntatem
2 *Par.* 10-14 Locutusque est juxta juvenum voluntatem
-15 Erat enim voluntatis Dei, ut compleretur
11- 4 Quia mea hoc gestum est voluntate
15-15 Et in tota voluntate quæsierunt eum
18- 7 A quo possumus quærere Dom. voluntatem
22- 7 Voluntatis quippe fuit Dei adv. Ochoziam
25-20 Eo quod Dom. esset voluntas ut traderetur
1*Esdr.* 5-17 Et voluntatem regis sup. hac re mittat ad nos
7-18 Juxta voluntatem Dei vestri facite
10- 3 Qui de his nati sunt juxta voluntatem Dom.
2*Esdr.* 9-37 Corporibus nostris dominantur, et jumentis nostris secundum voluntatem suam
Tobiæ. 3- 6 Do.,secundum voluntatem tuam fac mecum
12-18 Vobiscum, per voluntatem Dei eram
Judith. 8-17 Ut secundum voluntatem s. sic faciat nobisc.
9-16 Neque in equorum viribus voluntas tua est
Esth. 5- 5 Vocate.. Aman, ut Esther obediat voluntati
- 8 Et cras aperiam regi voluntatem meam
13- 9 Et non est qui possit tuæ resistere voluntati
Job. 23-14 Cum expleverit in me voluntatem suam
37-12 Quocumq. eas voluntas gubernantis duxerit
Psal. 1- 2 Sed in lege Domini voluntas ejus
5-13 Ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos
15- 3 Mirificavit omnes voluntates meas in eis
20- 3 Et voluntate labiorum ej.non fraudasti eum
27- 7 Et ex voluntate mea confitebor ei
29- 6 Quoniam... et vita in voluntate ejus
- 8 In voluntate tua præstitisti decori meo virt.
39- 9 Ut facerem voluntatem tuam : Deus meus
50-20 Benigne fac, Dom., in bona voluntate t.Sion
72-24 Et in voluntate tua deduxisti me
102- 7 Notas fecit... filiis Israël voluntates suas
-21 Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus
106-30 Et deduxit eos in portum voluntatis eorum
110- 2 Opera Do. : exquisita in om. voluntates ejus
142-10 Doce me facere voluntatem tuam
144-19 Voluntatem timentium se faciet
146-10 Non in fortitudine equi voluntatem habebit
Prov. 11- 1 Et pondus æquum, voluntas ejus
-20 Voluntas ejus in iis qui simpliciter ambulant
16-13 Voluntas regum labia justa : qui recta
19-21 Voluntas autem Domini permanebit
29-15 Puer autem, qui dimittitur voluntati suæ
Sap. 6- 5 Neque secundum voluntatem Dei ambulastis
16-21 Et deserviens uniuscujusque voluntati
-25 Ad voluntatem eorum, qui a te desiderabant
Eccli. 8-18 Ipse enim secundum voluntatem suam vadit
18-30 Et a voluntate tua avertere
32-21 Et secundum voluntatem suam inveniet
43-17 Et in voluntate ejus aspirabit Notus
Isai. 44-28 Et omnem voluntatem meam complebis
46-10 Et omnis voluntas mea fiet
-11 Vocans... de terra longinqua virum voluntatis meæ
48-14 Faciet voluntatem suam in Babylone
53-10 Et voluntas Domini in manu ejus dirigetur
58- 3 In die jejunii vestri invenitur voluntas vestra
-13 Facere voluntatem tuam in die sancto meo
Et non invenitur voluntas tua, ut loquaris
62- 4 Sed vocaberis,Voluntas mea in ea
Jerem. 7-24 Sed abierunt in voluntatibus et in pravitate
Ezech. 18-23 Numquid voluntatis meæ est mors impii
Dan. 4-32 Juxta voluntatem enim suam facit
8- 4 Fecitque secundum voluntatem suam
-25 Secund. voluntatem suam, et dirigetur dol.
11-36 Et faciet juxta voluntatem suam rex
Osee. 10- 6 Et confundetur Israël in voluntate sua
Mich. 6-16 Et ambulasti in voluntatibus eorum
Malac. 1-10 Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dom.
1 *Mac.* 3-60 Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat
4-42 Voluntatem habentes in lege Dei
2 *Mac.* 1- 3 Et faciatis ejus voluntatem corde magno
2-28 Et quærunt aliorum voluntati parere
11-26 Ut cognita nost. voluntate, bono animo sint
-37 Ut nos quoq. sciamus, cujus estis voluntatis
12-16 Et capta civitate per Domini voluntatem
Matth. 6-10 Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra
7-21 Sed qui facit voluntatem Patris mei
12-50 Quicumq. e. fecerit voluntatem Patris mei
18-14 Sic non est voluntas ante Patrem vestrum
21-31 Quis ex duobus fecit voluntatem Patris ?
26-42 Transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua
Marc. 3-35 Qui e.fecerit voluntatem Dei,hic frater meus
Luc. 2-14 Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis
12-47 Servus qui cognovit voluntatem domini sui
Et non fecit secundum voluntatem ejus
22-42 Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat
23-25 Jesum vero tradidit voluntati eorum
Joan. 1-13 Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt
4-34 Ut faciam voluntatem ejus qui misit me
5-30 Quia non quæro voluntatem meam,sed voluntatem ejus, qui misit me
6-38 Descendi de cœlo,non ut faciam voluntatem meam,sed voluntatem ejus, qui misit me

Joan. 6-39 Hæc est a. voluntas ejus, qui misit me, Patris
-40 Hæc est a. voluntas Patris mei, qui misit me
7-17 Si quis voluerit voluntatem ejus facere
9-31 Si quis..voluntatem ejus facit, hunc exaudit
Act. 13-22 Qui faciet omnes voluntates meas
-36 Cum administrasset voluntati Dei, dormivit
21-14 Quievimus, dicentes : Domini voluntas fiat
22-14 Ut cognosceres voluntatem ejus, et videres
Rom. 1-10 Prosperum iter habeam in voluntate Dei
2 18 Et nosti voluntatem ejus, et probas utiliora
9-19 Voluntati enim ejus quis resistit?
10- 1 Voluntas quidem cordis mei, et obsecratio
12- 2 Ut probetis quæ sit voluntas Dei bona
15-32 Ut ven. ad vos in gaudio per voluntatem Dei
1 *Cor.* 1- 1 Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei
7-37 Potestatem autem habens suæ voluntatis
16-12 Et utique non fuit voluntas ut nunc veniret
2 *Cor.* 1- 1 Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei
5- 8 Audemus a., et bonam voluntatem habemus
8- 5 Domino, deinde nobis per voluntatem Dei
-11 Quemadm. promptus est animus voluntatis
-12 Si enim voluntas prompta est; secundum id
-17 Sua voluntate profectus est ad vos
-19 Et destinatam voluntatem nostram
Galat. 1- 4 Secundum voluntatem Dei et Patris nostri
Ephes. 1- 1 Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei
- 5 Secundum propositum voluntatis suæ
- 9 Notum faceret nob. sacrament. voluntatis s.
-11 Omnia secundum consilium voluntatis suæ
2- 3 Facientes voluntatem carnis et cogitation.
5-17 Sed intelligentes quæ sit voluntas Dei
6- 6 Facientes voluntatem Dei ex animo
- 7 Cum bona voluntate servientes sicut Dom.
Philip. 1-15 Quidam a. et propter bonam voluntatem
2-13 Et velle, et perficere, pro bona voluntate
Colos. 1- 1 Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei
- 9 Ut impleamini agnitione voluntatis ejus
4-12 Ut stetis perfecti et pleni in o. voluntate D.
1 *Thes.* 4- 3 Hæc est e. voluntas Dei, sanctificatio vestra
5-18 Hæc est e. voluntas Dei in Christo Jesu
2 *Thes.* 1-11 Et impleat omnem voluntatem bonitatis
2 *Tim.* 1- 1 Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei
2-26 A quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem
Hebr. 2- 4 Distributionibus secund. suam voluntatem
10- 7 Ut faciam, Deus, voluntatem tuam
- 9 Ecce venio, ut faciam, Deus, voluntatem t.
-10 In qua voluntate sanctificati sumus per obl.
-36 Ut voluntatem Dei facientes, reportetis
12-10 Secundum voluntatem suam erudiebant eos
13-21 In omni bono, ut faciatis ejus voluntatem
1 *Petr.* 2-15 Quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes
3-17 Benefacientes (si voluntas Dei velit) pati
4- 2 Non desideriis hominum, sed voluntati Dei
- 3 Ad voluntatem gentium consummandam
-19 Qui patiuntur secundum voluntatem Dei
2 *Petr.* 1-21 Non enim voluntate humana allata est
1 *Joan.* 2-17 Qui autem fecit voluntatem Dei, manet
5-14 Secundum voluntatem ejus, audit nos
Apoc. 4-11 Propter voluntatem t. erant, et creata sunt

VOLUPTAS.

Gen. 2- 8 Plantaverat a. Do. D. paradisum voluptatis
-10 Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis
-15 Et posuit eum in paradiso voluptatis
3-23 Emisit eum Do. Deus de paradiso voluptatis
-24 Collocavit ante paradisum voluptatis Cher.
18-12 Do. m. vetulus est, voluptati operam dabo?
Psal. 26- 4 Ut videam voluptatem Domini, et visitem
35- 9 Et torrente voluptatis tuæ potabis eos
Eccle. 2-10 Quin omni voluptate frueretur
11-10 Adolescentia enim et voluptas vana sunt
Isai. 13-22 Respondeb... sirenes in delubris voluptatis
Jerem. 22-28 Numquid vas absque omni voluptate?
Ezech. 31- 9 Æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis
-16 Omn. ligna voluptatis egregia atq. præclara
-18 O inclyte atq. sublimis int. ligna voluptatis
Ecce deductus es cum lignis voluptatis
36-35 Inculta, facta est ut hortus voluptatis
Joel. 2- 3 Quasi hortus voluptatis terra coram eo
Amos. 1- 5 Et tenentem sceptrum de domo voluptatis
1 *Mac.* 3-45 Et ablata est voluptas a Jacob, et defecit ibi
Luc. 8-14 Et voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur
2 *Tim.* 3- 4 Et voluptatum amatores magis quam Dei
Tit. 3- 3 Servientes desideriis et voluptatibus variis
2 *Petr.* 2-13 Voluptatem existimantes diei delicias

VOLUPTUOSE.

Thren. 4- 5 Qui vescebantur voluptuose, interierunt

VOLUTABRUM.

2 *Petr.* 2-22 Et, Sus lota in volutabro luti

VOLUTO.

Judith. 14- 4 Truncum in suo sanguine volutatum
Eccli. 23-16 Auferentur, et in delictis non volutabuntur
Marc. 9-19 Et elisus in terram, volutabatur spumans

VOLVO.

Gen. 24-45 Dumque hæc tacitus mecum volverem
Josue. 10-18 Volvite saxa ingentia ad os speluncæ
Judic. 5-27 Volvebatur ante pedes ejus, et jacebat
7-13 Quasi subcinericius panis ex hordeo volvi
1 *Reg.* 14-33 Volvite ad me jam nunc saxum grande
2 *Par.* 21-19 Cumque... et temporum spatia volverentur
36-10 Cumque anni circulus volveretur, misit
Prov. 26-27 Et qui volvit lapidem, revertetur ad eum

VOMENS.

In Hebræo est : Verba Aghur filii Jache. *Sunt ergo duo nomina propria; ideo voces* Congregantis *et* Vomentis *litteris majusculis initialibus scriptæ sunt. Doctus quidam inter Hebræos putat tempore Salomonis fuisse virum quemdam integræ vitæ et magnæ sapientiæ, nomine* Aghur, *filium* Jache *vel* Jaqe, *cujus dicta et sententias transtulerit in librum suum Salomon.*

Prov. 30- 1 Verba Congregantis filii Vomentis

VOMER.

Deut. 21- 3 Non traxit jugum, nec terram scidit vomere
Judic. 3-31 Percussit de Philist. sexcentos viros vomere
1 *Reg.* 13-20 Ut exacueret unusquisque vomerem suum
-21 Retusæ itaq. erant acies vomerum et ligon.
Isai. 2- 4 Et conflabunt gladios suos in vomeres
Mich. 4- 3 Concident gladios suos in vomeres

VOMITUS.

Prov. 26-11 Sicut canis, qui revertitur ad vomitum s.
Isai. 28- 8 Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu
Jerem. 48-26 Et allidet manum Moab in vomitu suo
Habac. 2-16 Et vomitus ignominiæ super gloriam tuam
2 *Petr.* 2-22 Canis reversus ad suum vomitum

VOMO.

Isai. 19-14 Sicut errat ebrius et vomens
Jerem. 25-27 Bibite, et inebriamini, et vomite

VORAGO.

3 *Reg.* 11-27 Et coæquavit voraginem Civitatis David
Prov. 13-15 In itinere contemptorum vorago
Isai. 2-19 Et introibunt... in voragines terræ
Jerem. 49- 8 Descendite in voraginem, habitator. Dedan
-30 In voraginibus sedete, qui habitatis Asor

VORAX.

Judic. 20-48 Viculos Benjamin vorax flamma consumps.
Matth. 11-19 Dicunt : Ecce homo vorax, et potator vini

VORO.

Exod. 12- 9 Caput cum pedibus ejus et intest. vorabitis
Levit. 6-10 Tolletq. cineres, quos vorans ignis exussit
Num. 19- 6 Mittet in flammam, quæ vaccam vorat
2 *Reg.* 18- 8 Quam hi quos voraverat gladius in die illa
22- 9 Et ignis de ore ejus vorabit
3 *Reg.* 14-11 In agro, vorabunt eos aves cœli
18-38 Cecidit a. ignis Dom., et vorabit holocaust.
Eccle. 6- 2 Sed homo extraneus vorabit illud
Isai. 9-18 Impietas, veprem et spinam vorabit
-20 Unusquisq. carnem brachii sui vorabit
24- 6 Propter hoc maledictio vorabit terram
31- 8 Et gladius non hominis vorabit eum
33-11 Spiritus vester ut ignis vorabit vos
Jerem. 5-14 Et populum istum in ligna, et vorabit eos
Joel. 2- 3 Ante faciem ejus ignis vorans, et post eum

VORTEX.

Sap. 13-13 Lignum curv. et vorticibus plenum sculpat

VOTUM.

Gen. 28-20 Vovit etiam votum, dicens : Si fuerit Deus
31-13 Unxisti lapidem, et votum vovisti mihi
Exod. 36- 3 Quotidie mane vota populus offerebat
Levit. 7-16 Si voto, vel sponte quispiam obtulerit host.
22-18 Vel vota solvens, vel sponte offerens
-21 Vel vota solvens, vel sponte offerens
-23 Votum autem ex eis solvi non potest
23-38 Et quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte
27- 2 Homo qui votum fecerit, et sponderit
Num. 6- 2 Cum fecerint votum ut sanctificentur
- 4 Dieb. quibus ex voto Domino consecrantur
-13 Cum dies, quos ex voto decreverat, compleb.
15- 3 Vota solventes, vel sponte offerentes
- 8 Ut impleas votum vel pacificas victimas
18-14 Omne quod ex voto reddiderint filii Israël
21- 2 At Israel voto se Domino obligans, ait
29-39 Præter vota et oblationes spontaneas in hol.
30- 3 Si quis virorum votum Domino voverit
- 4 Si cognoverit pater votum, quod pollicita est
Et tacuerit, voti rea erit
- 6 Et vota et juramenta ejus irrita erunt
- 8 Vir, et non contradixerit, voti rea erit
Num. 30-11 Uxor in domo viri cum se voto constrinxerit
Deut. 12- 6 Offeratis in loco illo... vota atque donaria
23-21 Cum votum voveris Domino Deo tuo
Judic. 11-30 Votum vovit Domino, dicens : Si tradideris
1 *Reg.* 1-11 Et votum vovit, dicens : Domine exercituum
-21 Ut immolaret Domino... votum suum
2 *Reg.* 15- 7 Reddam vota mea quæ vovi Do. in Hebron
24-23 Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum
1 *Par.* 29- 9 Cum vota sponte promitterent
Judith. 16-22 Obtulerunt omnes holocausta et vota
Job. 22-27 Et exaudiet te, et vota tua reddes
Psal. 21-26 Vota mea reddam in consp. timentium eum
49-14 Et redde Altissimo vota tua
55-12 In me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam
60- 9 Ut reddam vota mea de die in diem
64- 2 Et tibi reddetur votum in Jerusalem
65-13 Reddam tibi vota mea
115-14 Vota mea Dom. reddam coram omni pop.
-18 Vota mea Do. reddam in consp. omnis pop.
131- 2 Sicut juravit Dom., votum vovit Deo Jacob
Prov. 7-14 Pro salute vovi, hodie reddidi vota mea
15- 8 Vota justorum placabilia
20-25 Ruina est homini... et post vota retractare
31- 2 Quid, dilecte votorum meorum?
Eccle. 5- 4 Quam post votum promissa non reddere
Sap. 13-17 Et de nuptiis votum faciens, inquirit
Jerem. 33-11 Et portantium vota in domum Domini
44-25 Faciamus vota nostra, quæ vovimus
Implestis vota vest., et opere perpetrastis ea
Baruc. 6-34 Si quis illis votum voverit, et non reddiderit
Ezech. 44-29 Et omne votum in Israël ipsorum erit
Amos. 5-22 Et vota pinguium vestrorum non respiciam
Jonæ. 1-16 Immolaverunt hostias Do., et voverunt vota
Nahum. 1-15 Celebra, Juda, festivitat. t., et redde vota t.
Malac. 1-14 Et votum faciens, immolat debile Domino
2 *Mac.* 3-35 Deo obla'a, et vobis magnis promissis ei
Act. 18-18 Habebat enim votum
21-23 Sunt nobis viri quat. votum habentes sup. se
24-17 Eleemosynas facturus..et oblationes, et vota

VOVEO.

Gen. 28-20 Vovit etiam votum, dicens : Si fuerit Deus
31-13 Ubi unxisti lapidem, et votum vovisti mihi
Levit. 27- 9 Animal autem.. si quis voverit, sanctum erit
-11 Animal immundum... si quis voverit
-14 Homo si voverit domum suam, et sanctific.
-15 Sin a. ille qui voverat, voluerit redimere
-16 Quod si agrum possessionis suæ voverit
-17 Ab anno incipientis jubilæi voverit agrum
-19 Si voluerit redimere agrum ille qui voverat
-20 Ultra eum qui voverat redimere non poterit
-23 Et dabit ille qui voverat eum, Domino
-26 Nemo sanctificare poterit et vovere
Num. 6-21 Cum voverit oblationem suam Domino
18-11 Primitias a., quas voverint et obtulerint
30- 3 Si quis virorum votum Domino voverit
- 4 Mulier si quippiam voverit, et se constrinxerit
- 7 Si maritum habuerit, et voverit aliquid
-10 Vidua et repudiata, quidquid voverint
-14 Si voverit, et juramento se constrinxerit
-15 Quidquid voverat atque promiserat, reddet
Deut. 12-11 In muneribus, quæ vovebitis Domino
-17 O. quæ voveris, et sponte offerre volueris
-26 Quæ autem sanctificaveris, et voveris Dom.
23-18 Quidquid illud est quod voveris
-21 Cum votum voveris Domino Deo tuo
Judic. 11-30 Votum vovit Domino, dicens : Si tradideris
-39 Fecit ei sicut voverat, quæ ignorabat virum
17- 3 Consecravi et vovi hoc argentum Domino
1 *Reg.* 1-11 Votum vovit, dicens : Domine exercituum
2 *Reg.* 15- 7 Reddam vota mea quæ vovi Do. in Hebron
- 8 Voveus enim vovit servus tuus
3 *Reg.* 15-15 Quæ sanctificaverat pater suus, et voverat
2 *Par.* 5- 1 Omnia, quæ voverat David pater suus
15-18 Eaque, quæ voverat pater suus, et ipse
31- 6 Decimasque sanctorum, quæ voverant Do.
-12 Intulerunt.. quæcumque voverant, fideliter
35- 8 Duces... sponte quod voverant, obtulerunt
Psal. 75-12 Vovete, et reddite Domino D. vestro, omnes
131- 2 Sicut juravit Dom., votum vovit Deo Jacob
Prov. 7-14 Victimas pro salute vovi, hodie reddidi vota
Eccle. 5- 3 Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere
Sed quodcumque voveris, redde
- 4 Multoque melius est non vovere
Isai. 19-21 Et vota vovebunt Domino, et solvent
Jerem. 44-25 Faciamus vota nostra, quæ vovimus
Baruc. 6-34 Si quis illis votum voverit, et non reddiderit
Jonæ. 1-16 Immolaverunt hostias Do., et voverunt vota
2-10 Quæcumq. vovi, reddam pro salute Domino

VOX.

Gen. 3- 8 Cum audissent vocem Domini Dei deamb.
-10 Vocem tuam audivi in paradiso: et timui
-17 Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti

Gen. 4-10 Vox sanguinis fratris tui clamat ad me
-23 Audite vocem meam, uxores Lamech
11- 7 Ut non audiat unusquisq. vocem proximi s.
21-12 Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ej.
-16 Sedens contra, levavit vocem suam, et flevit
-17 Exaudivit autem Deus vocem pueri
Exaudivit enim Deus vocem pueri
22-18 Benedicentur... quia obedisti voci meæ
26- 5 Eo quod obedierit Abraham voci meæ
27-13 Audi vocem m., et pergens affer quæ dixi
-22 Dixit Isaac : Vox quidem, vox Jacob est
-43 Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam
29-11 Osculatus est eam : et elevata voce flevit
30- 6 Et exaudivit vocem meam, dans mihi filium
39-15 Et audisset vocem meam, reliquit pallium
45- 2 Elevavitque vocem cum fletu
Exod. 3-18 Et audient vocem tuam : ingredierisque tu
4- 1 Non credent mihi, neq. audient vocem m.
- 9 Quod si... neque audierint vocem tuam
5- 2 Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus
15-26 Dicens : Si audieris vocem Domini Dei tui
19- 5 Si ergo audieritis vocem meam, et custod.
20-18 Cunctus a. populus videbat voces et lamp.
23- 1 Non suscipies vocem mendacii
-21 Observa eum, et audi vocem ejus
-22 Quod si audieris vocem ejus, et feceris
24- 3 Responditque omnis populus una voce
32- 5 Et præconis voce clamavit, dicens : Cras
-18 Sed vocem cantantium ego audio
36- 6 Jussit ergo Moyses præconis voce cantari
Levit. 5- 1 Si peccav. anima, et audierit vocem jurantis
Num. 7-89 Audiebat vocem loquent. ad se de propitiat.
14-22 Tentaverunt me.. nec obedierunt voci meæ
Deut. 1-34 Cumq. audisset Do. vocem sermonum vest.
-45 Nec voci vestræ voluit acquiescere
4-12 Vocem verborum ejus audistis
-30 Ad Dom. Deum tuum, et audies vocem ejus
-33 Ut audiret populus vocem Dei loquentis
-36 De cœlo te fecit audire vocem suam
5-22 Hæc verba locutus est Dom... voce magna
-23 Postq. audistis vocem de medio tenebrar.
-24 Vocem ejus audivimus de medio ignis
-25 Si enim audierimus ultra vocem Dom. Dei
-26 Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei
-28 Audivi vocem verborum populi hujus
8-20 Si inobedientes fueritis voci Do. Dei vestri
